RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. praec. art. 1. ad 1.], lex, cum sit regula et mensura, dupliciter potest esse in aliquo: uno modo sicut in regulante et mensurante; alio modo sicut in regulato et mensurato, quia inquantam participat aliquid de regula vel mensura, sic regulatur vel mensuratur. Unde cum omnia, quae divinae providentiae subduntur, a lege

volgt, dat alles, wat aan de Goddelijke Voorzienigheid onderworpen is, juist omdat het geregeld en gemeten wordt door de eeuwige wet zooals uit het vorig Artikel blijkt, op een of andere manier deel heeft aan de eeuwige Wet, voor zoover nl. alles door het indrukken van de eeuwige wet een zekere neiging heeft met betrekking tot eigen daad en doel. Boven alle andere dingen echter is het redelijk schepsel op een veel verhevener wijze aan de goddelijke Voorzienigheid onderworpen, in zoover het zelf deelt in de voorzienigheid, doordat het zichzelf en anderen leidt. Vandaar deelt het redelijk schepsel ook in het eeuwig verstand, waardoor het een natuurlijke neiging ontvangt tot de verschuldigde daad en doel. Deze deelhebbing van het redelijk schepsel aan de eeuwige wet wordt natuurwet genoemd. Vandaar laat de Psalmist (*Psalm* 4, 6) op het gezegde : « Breng uw offers van gerechtigheid » volgen : « *Velen zeggen : wie toont ons de goede werken* », alsof sommigen vroegen welke de werken van gerechtigheid zijn. Op die vraag antwoordt de Psalmist : « *Opgegaan is over ons het licht van Uw aanschijn, o Heer* ». Met dit licht schijnt de Psalmist te willen aangeven het licht van de natuurlijke rede, waar-

---

aeterna regulentur et mensurentur, ut ex dictis patet [art. praec.], manifestum est, quod omnia participant aliqualiter legem aeternam, inquantum scilicet ex impressione ejus habent inclinationes in proprios actus et fines. Inter caetera autem rationalis creatura excellentiori quodam modo divinae providentiae subjacet, inquantum et ipsa fit providentiae particeps, sibi ipsi et aliis providens. Unde et in ipsa participatur ratio aeterna, per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum et finem: et talis participatio legis aeternae in rationali creatura lex naturalis dicitur. Unde cum Psalmista dixisset [Ps. 4, v. 6.]: « Sacrificate sacrificium justitiae », quasi quibusdam quaerentibus, quae sunt justitiae opera, subjungit : « Multi dicunt : Quis ostendit nobis bona. », cui quaestioni respondens dicit: « Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine », quasi lumen rationis naturalis, quo discernimus quid sit bonum et quid malum, quod pertinet ad naturalem legem, nihil aliud sit, quam impressio divini luminis in nobis. Unde patet, quod lex naturalis nihil aliud est, quam participatio legis aeternae in rationali creatura.

door wij onderscheiden, wat goed is en wat kwaad is. Dit valt onder de natuurwet, die dan ook niets anders is dan de indruk van het goddelijk licht in ons. Het blijkt dus, dat de natuurwet niets anders is, dan de deelhebbing van het redelijk schepsel aan de eeuwige wet.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Die redeneering zou opgaan, indien de natuurwet onderscheiden was van de eeuwige wet. Zij is echter niets anders dan een deelhebbing aan de eeuwige wet, zooals (in de Leerstelling) gezegd is.

2. Iedere werking van het verstand en van den wil wordt in ons afgeleid van iets wat overeenkomstig de natuur is, zooals vroeger bewezen is (X^{e} Kw., I^{e} Art.). Iedere redeneering immers wordt afgeleid van beginselen, die ons van nature bekend zijn, en iedere neiging tot de middelen wordt afgeleid van de natuurlijke neiging tot het laatste doel. Daarom moet ook de eerste richting van onze handelingen op hun doel geschieden door de natuurwet.

3. Evenals het redelijk schepsel, zoo ook hebben de onredelijke schepselen op hun manier deel aan het eeuwig verstand. Maar

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procederet, si lex naturalis esset aliquid diversum a lege aeterna; non autem est nisi quaedam participatio ejus, ut dictum est [in corp. art.].

AD SECUNDUM dicendum, quod omnis operatio rationis et voluntatis derivatur in nobis ab eo, quod est secundum naturam, ut supra habitum est [q. 10. art. 1.], nam omnis ratiocinatio derivatur a principiis naturaliter notis, et omnis appetitus eorum quae sunt ad finem, derivatur a naturali appetitu ultimi finis. Et sic etiam oportet, quod prima directio actuum nostrorum ad finem fiat per legem naturalem.

AD TERTIUM dicendum, quod etiam animalia irrationalia participant rationem aeternam suo modo, sicut et rationalis creatura. Sed quia rationalis creatura participat eam intellectualiter et rationaliter, ideo participatio legis aeternae in creatura rationali proprie lex vocatur, nam lex est aliquid rationis, ut supra dictum est [q. praec. art. 1.]; in creatura autem irrationali non participatur rationaliter; unde non potest dici lex nisi per similitudinem.

omdat het redelijk schepsel rationeel en intellectueel aan haar deel heeft, wordt alleen die deelhebbing in het redelijk schepsel in eigenlijken zin wet genoemd. De wet is immers iets van het verstand, zooals hierboven gezegd is (XC^e Kw., 1^e Art.). De onredelijke schepselen hebben niet rationeel deel aan de eeuwige wet, en daarom kan men bij hen slechts vergelijkenderwijs spreken van wet.

III^e ARTIKEL.

Is er een menschelijke wet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat er geen menschelijke wet is. — 1. De natuurwet immers is een deelhebbing aan de eeuwige wet, zooals hierboven gezegd is (vorig artikel). Welnu Augustinus zegt in zijn Boek *Over den vrijen Wil* (I^e B., VI^e H.), dat door de eeuwige wet alles op de meest rechtmatige wijze geordend is. Bijgevolg is de natuurwet voldoende om al het menschelijke te ordenen, waaruit volgt, dat de menschelijke wet overbodig is.

ARTICULUS III.

Utrum sit aliqua lex humana.

[Infr. q. 95. art. 1. et 2. Dist. 9. art. 2. corp. et ad 5. et 3. Dist. 40. art. 2. et art. 8. corp. et Rom. 8. corp. et fin. et 3. Dist. 37. q. 2. art. 2. Met. lect. 5.].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod non sit aliqua lex humana : lex enim naturalis est participatio legis aeternae, ut dictum est [art. praec.]; sed per legem aeternam omnia sunt ordinatissima, ut Augustinus dicit in 1. de Lib. Arbit. [cap. 6.]; ergo lex naturalis sufficit ad omnia humana ordinanda; non est ergo necessarium, quod sit aliqua lex humana.

2. De wet is een maat, gelijk hierboven gezegd is (XC^e^ Kw., 1^e^ en 2^e^ Art.). Welnu het menschelijk verstand is niet de maat der dingen, maar juist andersom, zooals we lezen in het X^e^ Boek der *Metaphysica* (IX^e^ B., I^e^ H., Nr 14). Bijgevolg kan uit het menschelijk verstand geen enkele wet voortkomen.

3. Een maatstaf moet absoluut zeker zijn, zooals we lezen in het X^e^ Boek der *Metaphysica* (IX^e^ B., t. a. pl.). Welnu een voorschrift van de menschelijke rede omtrent de dingen, die gedaan moeten worden, is onzeker, zooals er geschreven staat in het Boek der *Wijsheid* (9, 14) : « *Aarzelend zijn de raadslagen der stervelingen en feilbaar zijn onze berekeningen* ». Bijgevolg kan uit het menschelijk verstand geen enkele wet voortkomen.

Maar daartegenover staat, dat Augustinus, in zijn Boek *Over den vrijen Wil* (I^e^ B., VI^e^ en XV^e^ H.) een dubbele wet aanneemt, nl. een eeuwige en een tijdelijke, die de menschelijke wet genoemd wordt.

LEERSTELLING. — Zooals reeds gezegd is (XC^e^ Kw., 1^e^ Art., Antw. op de 2^e^ Bed.), is de wet een voorschrift van het

---

2. PRÆTEREA, lex habet rationem mensurae, ut dictum est [q. praec. art. 1 et 2.] ; sed ratio humana non est mensura rerum, sed potius e converso, ut in 10. Metaph. [l. 9, cap. 1.] dicitur; ergo ex ratione humana nulla lex procedere potest.

3. PRÆTEREA, mensura debet esse certissima, ut dicitur in 10. Met. [l. 9, cap., 1.] ; sed dictamen humanae rationis de rebus gerendis est incertum, secundum illud Sap. 9, [v. 14] : « Cogitationes mortalium timidae, et incertae providentiae nostrae » ; ergo ex ratione humana nulla lex procedere potest.

SED CONTRA est, quod Augustinus in primo de Libero Arbitrio [cap. 6 et 15], ponit duas leges; unam aeternam, et aliam temporalem, quam dicit esse humanam.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. praec., art. 1. ad 2], lex est quoddam dictamen practicae rationis; similis autem processus esse

practisch verstand. Welnu het practisch verstand en het beschouwend verstand werken op gelijke wijze. Beide toch leiden uit bepaalde beginselen bepaalde gevolgtrekkingen af, zooals we hierboven gezegd hebben (t. a. pl.). Hieruit volgt, dat het practisch verstand noodzakelijk meer particuliere regelingen van de voorschriften van de natuurwet afleidt, als van sommige algemeene en onbewijsbare beginselen, evenals het beschouwend verstand de besluiten der verschillende wetenschappen, die niet van nature, maar door vinding gekend zijn, afleidt van onbewijsbare en van nature gekende beginselen. Die particuliere regelingen, gevonden door het menschelijk verstand, worden wetten genoemd, wanneer ze beantwoorden aan de voorwaarden, die behooren tot het wezen van de wet, zooals vroeger gezegd is (XC[e] Kw., 2[e] Art. en v. v.). Vandaar zegt Tullius in zijn *Rhetorica* (II[e] B., LIII[e] H.): « *Het begin van het recht komt van de natuur voort; vervolgens komen sommige wetten in gebruik, omdat ze ingezien worden als nuttig; ten slotte geeft de wet en de godsdienst sanctie aan de dingen, die van de natuur zelf voortkomen en van de gewoonte kracht hebben gekregen* ».

---

invenitur rationis practicae, et speculativae : utraque enim ex quibusdam principiis ad quasdam conclusiones procedit, ut superius habitum est [loc. cit.]. Secundum hoc ergo dicendum est, quod, sicut in ratione speculativa ex principiis indemonstrabilibus naturaliter cognitis producuntur conclusiones diversarum scientiarum, quarum cognitio non est nobis naturaliter indita, sed per industriam rationis inventa; ita etiam ex praeceptis legis naturalis, quasi ex quisbusdam principiis communibus et indemonstrabilibus, necesse est quod ratio humana procedat ad aliqua magis particulariter disponenda. Et istae particulares dispositiones adinventae secundum rationem humanam dicuntur leges humanae, observatis aliis conditionibus, quae pertinent ad rationem legis, ut supra dictum est [q. praec. art., 2 et sqq.]. Unde Tullius dicit in sua Rhetorica [lib. 2. cap., 53.], quod initium juris est a natura profectum; deinde quaedam in consuetudinem ex utilitate rationis venerunt; postea res a natura profectas, et a consuetudine probatas legum metus et religio sanxit.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Ten volle kan het menschelijk verstand geen deel hebben aan de uitspraak van het goddelijk verstand, maar op zijn manier en onvolmaakt. Zoo heeft de mensch, van den kant van het practisch verstand, van nature deel aan de eeuwige wet, met betrekking tot sommige algemeene beginselen, echter niet met betrekking tot particuliere regelingen van afzonderlijke gevallen, ofschoon die vervat zijn in de eeuwige wet; evenals hij, van den kant van het beschouwend verstand, van nature deel heeft aan de goddelijke Wijsheid, omdat hem de kennis van sommige algemeene beginselen van nature eigen is, niet echter de kennis van alle particuliere waarheden, die tot de goddelijke Wijsheid behooren. Het is dus noodzakelijk, dat het menschelijk verstand verder sommige particuliere wetten afleidt.

2. Het verstand van den mensch is op zichzelf geen norm van de dingen, maar de beginselen, die aan het verstand van nature eigen zijn, zijn in het algemeen norm en maatstaf van alles wat door de menschen gedaan moet worden en waarvan het natuurlijk verstand de norm en maatstaf is, ofschoon het geen norm en maatstaf is van die dingen, die tot de natuur behooren.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio humana non potest participare ad plenum dictamen rationis divinae, sed suo modo et imperfecte; et ideo, sicut ex parte rationis speculativae per naturalem participationem divinae sapientiae inest nobis cognitio quorumdam communium principiorum, non autem cujuslibet veritatis propria cognitio, sicut in divina sapientia continetur : ita etiam ex parte rationis practicae naturaliter homo participat legem aeternam secundum quaedam communia principia, non autem secundum particulares directiones singulorum, quae tamen in aeterna lege continentur; ideo necesse est ulterius, quod ratio humana procedat ad particulares quasdam legum sanctiones.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio humana secundum se non est regula rerum, sed principia ei naturaliter indita sunt regulae quaedam generales et mensurae omnium eorum, quae sunt per hominem agenda, quorum ratio naturalis est regula et mensura, licet non sit mensura eorum, quae sunt a natura.

3. Het practisch verstand betrekt zich op die dingen, die gedaan moeten worden, en die particulier en wisselvallig zijn, en niet, zooals het beschouwend verstand, op de dingen die noodzakelijk zijn. Daarom kunnen de menschelijke wetten niet die zekerheid hebben, die de bewezen besluiten der wetenschap hebben. Niet iedere norm echter moet absoluut zeker zijn, maar ieder overeenkomstig zijn soort.

IVe ARTIKEL.

Is een Goddelijke Wet noodzakelijk?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat er geen goddelijke wet noodig is. — 1. Zooals hierboven gezegd is (2e Art.), is de natuurwet een afstraling van de eeuwige wet in ons. Welnu de eeuwige wet is de goddelijke wet, zooals hierboven ook bewezen is (1e Art.). Bijgevolg is er buiten de natuurwet en de daarvan afgeleide menschelijke wet geen goddelijke wet noodig.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio practica est circa operabilia, quae sunt singularia et contingentia, non autem circa necessaria, sicut ratio speculativa; et ideo leges humanae non possunt illam infallibilitatem habere, quam habent conclusiones demonstrativae scientiarum; nec oportet, quod omnis mensura sit omnino infallibilis et certa, sed secundum quod est possibile in genere suo.

ARTICULUS IV.

Utrum fuerit necessarium esse aliquam legem divinam.

[Part. 1 q. 1. art. 2. et part. 3. q. 60. art. 5. ad. 3. et Dist. 37. art. 3. et Rom. 8. fin.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit necessarium esse aliquam legem divinam : quia, ut dictum est [art. 2. huj. q.], lex naturalis est quaedam participatio legis aeternae in nobis; sed lex aeterna est lex divina, ut dictum est [art. 1. huj. q.]; ergo non oportet quod praeter legem naturalem et leges humanas ab ea derivatas, sit aliqua alia lex divina.

2. In het Boek *Ecclesiasticus* (15, 14) wordt gezegd : « *God laat den mensch over aan zijn eigen raadsbesluiten* ». Welnu het beraad is een daad van het verstand, zooals hierboven bewezen is (XIV^e^ Kw., 1^e^ Art). Dus is de mensch overgelaten aan de leiding van zijn verstand. Maar zooals hierboven bewezen is (vorig Art.), worden de voorschriften van het verstand menschelijke wetten genoemd, en bijgevolg heeft de mensch de goddelijke wet niet noodig.

3. De menschelijke natuur voorziet in meer dingen dan de onredelijke schepsels. Welnu de onredelijke schepsels hebben buiten hun natuurlijke neiging geen goddelijke wet noodig. Veel minder dus het redelijk schepsel.

Maar daaretengover staat, dat David aan God vroeg om hem een wet te stellen. Hij bad immers (*Psalm* 118, 33) : « *Stel mij, o Heer, een wet, den weg van Uw rechtvaardigmaking* ».

LEERSTELLING. — Buiten de natuurwet en buiten de menschelijke wet, is voor de leiding van het menschelijk leven een goddelijke wet noodig, om vier redenen.

Ten eerste, omdat de wet de daden regelt, die eigen zijn aan

---

2. PRÆTEREA, Eccli. 15 [v. 14] dicitur, quod Deus dimisit hominem in manu consilii sui; consilium autem est actus rationis, ut supra habitum est [q. 14. art. 1.]; ergo homo dimissus est gubernationi suae rationis; sed dictamen rationis humanae est lex humana, ut dictum est [art. praec.]; ergo non oportet quod homo aliqua lege divina gubernetur.

3. PRAETEREA, natura humana est sufficientior irrationalibus creaturis; sed irrationales creaturae non habent aliquam legem divinam praeter inclinationem naturalem eis inditam; ergo multo minus creatura rationalis debet habere aliquam legem divinam praeter naturalem legem.

SED CONTRA est, quod David expetit legem a Deo sibi poni, dicens Psal. 118 [v. 33] : « Legem pone mihi, Domine, in via justificationum tuarum. »

RESPONDEO dicendum, quod praeter legem naturalem et legem humanam, necessarium fuit ad directionem humanae vitae habere legem divinam. Et hoc propter quatuor rationes.

den mensch, in hun verhouding tot het laatste doel. Indien de mensch alleen maar geordend was tot een doel, dat zijn natuurlijke krachten niet te boven ging, dan zou de mensch van den kant van zijn verstand geen andere leiding noodig hebben boven de natuurwet en de daarvan afgeleide menschelijke wet. Maar nu de mensch geordend is tot de eeuwige gelukzaligheid, die boven zijn natuurlijke krachten uitgaat, zooals vroeger bewezen is (V^e^ Kw., 5^e^ Art.), daarom is het noodzakelijk, dat de mensch, buiten de natuurwet en de menschelijke wet, door een goddelijke wet geleid wordt tot zijn doel.

Ten tweede, omdat het voorkomt, om de onzekerheid van het menschelijk oordeel, vooral met betrekking tot particuliere en wisselvallige dingen, dat verschillenden verschillend oordeelen over de menschelijke daden, waardoor ook verschillende en tegenstrijdige wetten ontstaan. Om nu zonder eenigen twijfel te weten, wat de mensch te doen heeft en te laten, is het noodzakelijk, dat de mensch met betrekking tot de handelingen die hem eigen zijn geleid wordt door een goddelijke onfeilbare wet.

Ten derde, omdat de mensch slechts met betrekking tot die dingen wetten kan maken, waarover hij kan oordeelen. Het oor-

---

Primo quidem, quia per legem dirigitur homo ad actus proprios in ordine ad ultimum finem; et si quidem homo ordinaretur tantum ad finem, qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis, non oporteret quod homo haberet alquid directivum ex parte rationis supra legem naturalem et legem humanitus positam quae ab ea dirivatur. Sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis aeterae, quae excedit proportionem naturalis facultatis humanae, ut supra habitum est [q. 5. art. 5.], ideo necessarium fuit, ut supra legem naturalem et humanam dirigeretur etiam ad suum finem lege divinitus data.

Secundo, quia propter incertitudinem humani judicii, praecipue de rebus contingentibus et particularibus contingit de actibus humanis diversorum esse diversa judicia, ex quibus etiam diversae et contrariae leges procedunt; ut ergo homo absque omni dubitatione scire possit, quid ei sit agendum et quid vitandum, necessarium fuit, ut in actibus propriis dirigeretur per legem divinitus datam, de qua constat, quod non potest errare.

Tertio, quia de his potest homo legem facere, de quibus potest judicare; judicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus qui latent, sed

deel van een mensch kan zich echter niet uitstrekken over innerlijke handelingen, die verborgen zijn, maar wel en alleen over de uiterlijke handelingen, die zichtbaar zijn. Welnu, tot den hoogsten graad der deugd behoort het, dat de mensch goed geregeld is met betrekking tot beide handelingen. Het is daarom noodzakelijk, dat er een goddelijke wet is, daar de menschelijke wet niet voldoende de innerlijke handelingen kan regelen.

Ten vierde, omdat, gelijk Augustinus zegt in zijn Boek *Over den vrijen Wil* (I^e^ B., V^e^ H.), de menschelijke wet niet al het verkeerde kan straffen en verhinderen. Immers indien zij al het verkeerde zou willen opheffen, zou ze ook veel goeds opheffen, en zoo zou ze ingaan tegen het algemeen welzijn, dat noodzakelijk is voor de menschelijke samenleving. Opdat dus geen enkel kwaad onverhinderd en ongestraft zou blijven, is de goddelijke wet noodzakelijk, waardoor al het verkeerde wordt verhinderd.

Deze vier redenen worden den Psalmist aangeraakt (*Psalm* 18, 18), als hij zegt : « *De wet van den Heer is onbesmet* (d. i. ze laat geen enkele zondensmet toe), *de harten bekeerend* (daar ze niet alleen de uiterlijke, maar ook de innerlijke handelingen leidt), *een getrouw getuigenis van den Heer* (om de zekerheid

---

solum de exterioribus qui apparent; et tamen ad perfectionem virtutis requiritur, quod in utrisque actibus homo rectus existat; et ideo lex humana non potuit cohibere et ordinare sufficienter interiores actus; sed necessarium fuit, quod ad hoc superveniret lex divina.

Quarto, quia, sicut Augustinus dicit in 1. de de Libero Arbitrio [cap. 5.] lex humana non potest omnia quae male fiunt, punire vel prohibere, quia dum auferre vellet omnia mala, sequeretur quod etiam multa bona tollerentur, et impediretur utilitas boni communis, quod est necessarium ad conversationem humanam; ut ergo nullum malum improhibitum et impunitum remaneat, necessarium fuit supervenire legem divinam, per quam omnia peccata prohibentur.

Et istae quatuor causae tanguntur in Psal. 18 [v. 18] ubi dicitur : « Lex Domini immaculata », id est nullam peccati turpitudinem permittens, « convertens animas », quia non solum exteriores actus, sed etiam interiores dirigit; « testimonium Domini fidele », propter certitudinem veritatis et rectitudinis;

van de waarheid en gerechtigheid), *wijsheid gevend aan de geringen* (voorzoover ze den mensch ordent tot het bovennatuurlijk goddelijk doel) ».

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De natuurwet deelt in de eeuwige wet, overeenkomstig de krachten van de menschelijke natuur. Maar 't is noodig, dat de mensch op een verhevener manier geleid wordt tot het bovennatuurlijk laatste doel. Daarom is er ook een goddelijke wet, waardoor de eeuwige wet op een verhevener manier wordt gedeeld.

2. Het beraad is een soort onderzoek; vandaar moet het van bepaalde beginselen uitgaan. Het is echter niet voldoende, dat het uitgaat van natuurlijke beginselen, nl. van de voorschriften van de natuurwet, om de hierboven (in de Leerstelling) aangeduide reden. Daarom moeten er andere beginselen worden toegevoegd, nl. de voorschriften van de goddelijke wet.

3. De onredelijke schepselen hebben slechts een doel, dat overeenkomt met de krachten van hun natuur, en daarom staan ze niet op gelijke lijn met den mensch.

« sapientiam praestans parvulis », inquantum ordinat hominem ad supernaturalem finem et divinum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod per naturalem legem participatur lex aeterna secundum proportionem capacitatis humanae naturae; sed oportet, ut altiori modo dirigatur homo in ultimum finem supernaturalem; et ideo superadditur lex divinitus data, per quam lex aeterna participatur altiori modo.

AD SECUNDUM dicendum, quod consilium est inquisitio quaedam; unde oportet quod procedat ex aliquibus principiis; nec sufficit, quod procedat ex principiis naturaliter inditis, quae sunt praecepta legis naturae, propter praedicta [in corp.], sed oportet, quod superaddantur quaedam alia principia, scilicet praecepta legis divinae.

AD TERTIUM dicendum, quod creaturae irrationales non ordinantur ad altiorem finem, quam sit finis, qui est proportionatus naturali virtuti ipsarum; et ideo non est similis ratio.

V° ARTIKEL.

Is de Goddelijke wet slechts één?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de goddelijke wet slechts één is. — 1. Immers in een rijk bestaat er van één koning slechts één wet. Welnu heel het menschelijk geslacht verhoudt zich tot God als tot een koning, overeenkomstig het woord van den Psalmist (*Psalm* 46, 8) : « *God, de Koning van heel de aarde* ». Bijgevolg is er slechts één goddelijke wet.

2. Iedere wet is geordend tot het doel, dat de wetgever beoogd heeft voor degenen, aan wie hij de wet oplegt. Welnu, wat God voor de menschen beoogt, is één en hetzelfde, overeenkomstig het woord uit den *I*^en^ *Brief aan Timotheus* (2, 4) : « *Hij wil, dat alle menschen zalig worden en tot de kennis der waarheid komen* ». Dus is de goddelijke wet slechts één.

3. De goddelijke wet staat in zoover dichter bij de eeuwige wet, die één is, dan de natuurwet, als de openbaring van de ge-

---

ARTICULUS V.

Utrum lex divina sit una tantum.

[Inf. q. 107. art. 1. et Gal. 3. lect. 2.].

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod lex divina sit una tantum : unius enim regis in uno regno est una lex; sed totum humanum genus comparatur ad Deum, sicut ad unum regem, secundum illud Ps. 46 [v. 8] : « Rex omnis terrae Deus est. » Ergo est una tantum lex divina.

2. PRÆTEREA, lex omnis ordinatur ad finem quem legislator intendit in eis, quibus legem fert; sed unum et idem est, quod Deus intendit in omnibus hominibus, secundum illud primae ad Timotheum 2 [v. 4] : « Vult omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. » Ergo una tantum est lex divina.

3. PRÆTEREA, lex divina propinquior esse videtur legi aeternae, quae est una, quam lex naturalis, quanto altior est revelatio gratiae quam cognitio

nade hooger is dan de kennis van de natuur. Welnu de natuurwet is één voor alle menschen. Dus veel meer de goddelijke wet.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in den *Brief aan de Hebreën* (7, 12) : « *Toen het priesterschap overgebracht was, moest ook noodzakelijk de Wet overgebracht worden* ». Welnu het priesterschap is tweevoudig, nl. het priesterschap van Levi, en dat van Christus. Dus moet ook de goddelijke wet tweevoudig zijn, nl. de Nieuwe en de Oude Wet.

LEERSTELLING. — Zooals in het I^e^ Deel gezegd is (XXX^e^ Kw., 3^e^ Art.), is het onderscheid de oorzaak van de veelheid. Op twee manieren nu kunnen twee dingen onderscheiden zijn : ten eerste, zooals twee dingen, die soortelijk verschillen, b. v., paard en koe; ten tweede, als twee dingen, die in één en dezelfde soort zich verhouden als onvolmaakt tot volmaakt, b. v. jongeling en man. Op deze laatste manier nu wordt de goddelijke Wet onderscheiden in Oude en Nieuwe Wet. Vandaar vergelijkt de Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (3, 24-25), den tijd van de Oude en van de Nieuwe Wet : van de Oude Wet, met den

---

naturae; sed lex naturalis est una omnium hominum; ergo multo magis lex divina.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Hebr. 7 [v. 12] : « Translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. » Sed sacerdotium est duplex, ut ibidem dicitur, scilicet sacerdotium Leviticum, et sacerdotium Christi; ergo etiam duplex est lex divina, scilicet lex vetus, et lex nova.

RESPONDEO dicendum, quod sicut in 1. dictum est [q. 30. art. 3.], distinctio est causa numeri. Dupliciter autem inveniuntur aliqua distingui : uno modo, sicut ea quae sunt omnino specie diversa, ut equus, et bos; alio modo, sicut perfectum et imperfectum in eadam specie, sicut puer et vir. Et hoc modo lex divina distinguitur in legem veterem et legem novam; unde Apostolus ad Galatas 3 [v. 24-25] comparat statum veteris legis statui puerili existenti sub paedagogo; statum autem novae legis comparat statui viri perfecti, qui jam non est sub paedagogo.

tijd van een jongeling, die onder een opvoeder staat; den tijd van de Nieuwe Wet vergelijkt hij met den tijd van den volwassen man, die niet meer onder een opvoeder staat.

De volmaaktheid of onvolmaaktheid, zoowel van de Oude als van de Nieuwe Wet, kan men erkennen aan drie dingen, die, zooals hierboven gezegd is (XC^e Kw., 2^e, 3^e en 4^e Art.), tot het wezen van de wet behooren. Immers behoort op de eerste plaats tot de wet, dat ze geordend is tot het algemeen welzijn, als tot haar doel, volgens wat vroeger gezegd is (XC^e Kw., 2^e Art.). Dit doel kan tweevoudig zijn, nl. ten eerste, een zinnelijk en aardsch goed; en hiertoe was de Oude Wet rechtstreeks geordend. Daarom wordt in het begin van het Boek *Exodus* (3, 8 en 17) het aardsche rijk Canaän aangeboden aan het volk. Ten tweede, een verstandelijk en hemelsch goed, en hiertoe is de Nieuwe Wet geordend. Vandaar stelt Christus den menschen van af het begin van zijn prediking het rijk der hemelen voor met de woorden : « *Doet boetvaardigheid, want het rijk der hemelen is nabij* ». (*Mattheus*, 4, 17). Augustinus, in zijn Boek *tegen Faustus* (IV^e B., II^e H.), zegt ook, dat de beloften van tijdelijke goederen vervat zijn in de Oude Wet, en daarom wordt ze ook *Oud* genoemd, maar de belofte van het eeuwig leven behoort tot de Nieuwe Wet.

Attenditur autem perfectio et imperfectio legis secundum tria, quae ad legem pertinent, ut supra dictum est [q. praec. art. 2, 3 et 4.]. Primo enim ad legem pertinet, ut ordinetur ad bonum commune, sicut ad finem, ut supra dictum est [q. praec. art. 2.]. Quod quidem potest esse duplex, scilicet bonum sensibile et terrenum, et ad tale bonum ordinabat directe lex vetus; unde statim Exod. 3 [v. 8, 17] in principio legis invitatur populus ad regnum terrenum Chananaeorum. Et iterum bonum intelligibile et coeleste : et ad hoc ordinat lex nova; unde statim Christus ad regnum coelorum in suae praedicationis principio invitavit dicens : « Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum coelorum », Matthaei 4 [v. 17]; et ideo Augustinus dicit in 4. contra Faustum [cap. 2.] quod temporalium rerum promissiones in testamento veteri continentur, et ideo vetus appellatur; sed aeternae vitae promissio ad novum pertinet testamentum.

Op de tweede plaats behoort tot de wet het regelen van de menschelijke handelingen overeenkomstig de gerechtigheid. Ook hierin overtreft de Nieuwe Wet de Oude, voor zoover de Nieuwe Wet de innerlijke daden regelt, overeenkomstig het gezegde van *Mattheus* (5, 20) : « *Indien Uwe gerechtigheid niet meer is dan die van de Schriftgeleerden en Pharizeërs, zult ge het rijk der hemelen niet binnengaan* ». Daarom zegt men dan ook, dat de Oude Wet de hand bedwingt, de Nieuwe de ziel.

Op de derde plaats behoort tot de wet, het leiden van de menschen tot de onderhouding van de voorschriften. Dit bewerkte de Oude Wet door vrees voor straf, de Nieuwe Wet door de liefde, die in ons wordt ingestort door de genade van Christus, die in de Nieuwe Wet wordt meegedeeld, terwijl ze in de Oude slechts werd voorgesteld. Daarom zegt Augustinus in zijn Boek *Tegen Adamantius* (XVII[e] H.), dat, met een enkel woord, het verschil tusschen de Oude Wet en het Evangelie is, vrees en straf.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Gelijk een vader in zijn gezin andere bevelen geeft voor de kinderen dan voor de volwassenen, zoo ook heeft God in zijn rijk een andere wet

---

Secundo ad legem pertinet dirigere humanos actus secundum ordinem justitiae : in quo etiam superabundat lex nova legi veteri, interiores actus animi ordinando, secundum illud Matthaei quinto [v. 20] : « Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum coelorum. » Et ideo dicitur, quod lex vetus cohibet manum, lex nova animum.

Tertio ad legem pertinet inducere homines ad observantias mandatorum; et hoc quidem lex vetus faciébat timore poenarum, lex autem nova facit hoc per amorem, qui in cordibus nostris infunditur per gratiam Christi, quae in lege nova confertur, sed in lege veteri figurabatur; et ideo dicit Augustinus contra Adamantium Manichaei discipulum [cap. 17], quod brevis differentia est Legis et Evangelii : timor et amor.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut paterfamilias in domo alia mandata proponit pueris et adultis, ita etiam unus rex Deus in uno suo regno

gegeven aan de menschen, die onder onvolmaakter omstandigheden leefden, dan aan de menschen, die door de vorige wet reeds vatbaarder gemaakt waren voor het goddelijke.

2. Het heil der menschen kan niet bereikt worden, tenzij door Christus, volgens *Handelingen* (4, 12): « *Geen andere naam is aan de menschen gegeven, waardoor wij kunnen zalig* worden ». Daarom kan er geen wet gegeven worden, die krachtig genoeg is om alle menschen tot het behoud te leiden, tenzij na de komst van Christus. Vóór dien tijd echter moest aan het volk, waaruit Christus geboren zou worden, een wet gegeven worden, die als een voorbereiding was op de komst van Christus, en waarin sommige beginselen van de naar het behoud leidende gerechtigheid vervat waren.

3. De natuurwet leidt den mensch overeenkomstig sommige algemeene regels, waarin de volmaakten zoowel als de onvolmaakten overeenkomen, en daarom is zij één voor allen. Maar de goddelijke wet leidt den mensch in bijzondere omstandigheden, welke voor de volmaakten en voor de onvolmaakten niet hetzelfde zijn, en daarom moet de goddelijke wet tweevoudig zijn.

---

aliam legem dedit hominibus adhuc imperfectis existentibus, et aliam perfectiorem jam manuductis per priorem legem ad majorem capacitatem divinorum.

Ad SECUNDUM dicendum, quod salus hominum non poterat esse nisi per Christum, secundum illud Act. 4 [v. 12] : « Non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. » Et ideo lex perfecte omnes ad salutem inducens dari non potuit nisi post Christi adventum; antea vero dari oportuit populo, ex quo Christus erat nasciturus, legem praeparatoriam ad Christi susceptionem, in qua quaedam rudimenta salutaris justitiae continentur.

Ad TERTIUM dicendum, quod lex naturalis dirigit hominem secundum quaedam praecepta communia, in quibus conveniunt tam perfecti quam imperfecti, et ideo est una omnium; sed lex divina dirigit hominem etiam in particularibus quibusdam, ad quae non similiter se habent perfecti et imperfecti; et ideo oportuit legem divinam esse duplicem, sicut jam dictum est [in corp.].

VI^e ARTIKEL.

Is er een wet, volgens welke de mensch tot zondigen geneigd is?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat er geen wet is, volgens welke de mensch tot zondigen geneigd is. — 1. Isidorus immers zegt in zijn *Etymologieën* (V^e B., III^e H.) : « *De wet zetelt in het verstand.* » Welnu de neiging tot zondigen zetelt niet in het verstand, zelfs integendeel wijkt ze af van het verstand. Dus is de neiging tot zondigen geen wet.

2. Iedere wet heeft een verplichtend karakter, zoodat zij, die haar niet onderhouden, overtreders genoemd worden. Welnu door aan de neiging tot zondigen te weerstaan, wordt iemand geen overtreder. Integendeel, juist door haar gehoor te geven, wordt iemand overtreder. Dus is de neiging tot zondigen geen wet.

3. De wet is tot het algemeen welzijn geordend, zooals hierboven gezegd is (XC^e Kw., 2^e Art). Welnu de neiging tot zondigen beweegt iemand niet tot het algemeen welzijn, maar juist tot het private welzijn. Dus is de neiging tot zondigen geen wet.

ARTICULUS VI.

Utrum sit aliqua lex fomitis.

[Infr. q. 93. art. 3. ad 1. et Rom. 7 lect 4.].

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod non sit aliqua lex fomitis : dicit enim Isidorus in 5 Etymol. [cap. 3.], quod lex in ratione consistit; fomes autem non consistit in ratione, sed magis a ratione deviat; ergo fomes non habet rationem legis.

2. PRÆTEREA, omnis lex obligatoria est, ita quod qui eam non servant, transgressores dicuntur; sed fomes non constituit aliquem transgressorem ex hoc quod ipsum non sequitur, sed magis trangressor redditur, si quis ipsum sequatur; ergo fomes non habet rationem legis.

3. PRÆTEREA, lex ordinatur ad bonum commune, ut supra habitum est [q. praec. art. 2] ; sed fomes non inclinat ad bonum commune, sed magis ad bonum privatum; ergo fomes non habet rationem legis.

Maar daar tegenover staat het gezegde van den Apostel in den *Brief aan de Romeinen* (7, 23) : « *Ik zie een andere wet in mijn leden, die tegen de wet van mijn rede strijdt.* »

LEERSTELLING. — Gelijk we gezien hebben (XC^e Kw., 1^e Art., antw. op de 1^e Bed.) wordt de wet naar haar wezen gevonden in iets, dat zelf regelt en maat aangeeft, en meer bij deelhebbing in iets, wat gemeten en geregeld wordt, zoodat iedere neiging of ordening, die zich bevindt in iets, wat aan een wet onderworpen is, slechts bij deelhebbing wet genoemd wordt, zooals uit het voorafgaande duidelijk blijkt (2^{e}Art.).

In diegenen nu, die aan de wet onderworpen zijn, kan de wetgever op twee manieren een neiging teweegbrengen : ten eerste, voor zoover hij zijn onderdanen rechtstreeks tot iets beweegt en zelfs verschillenden tot verschillende daden; hiermede in overeenstemming kan men zeggen, dat er wetten zijn voor de krijgslieden en andere wetten voor de kooplieden; ten tweede zijdelings, voor zoover nl. uit het feit, dat de wetgever aan een onderdaan een zekere waardigheid ontneemt, volgt, dat die onderdaan overgaat tot een andere orde en als het ware onder een andere wet komt;

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Roman. 7 [v. 23] : « Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae. »

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. praec. art. 1. ad 1.] lex essentialiter invenitur in regulante et mensurante, participative autem in eo quod mensuratur et regulatur; ita quod omnis inclinatio vel ordinatio, quae invenitur in his, quae subjecta sunt legi, participative dicitur lex, ut ex supra dictis patet [art. 2. huj. q.].

Potest autem in his, quae subduntur legi, aliqua inclinatio inveniri dupliciter a legislatore : uno modo, inquantum directe suos inclinat subditos ad aliquid, et interdum (1) ad diversos actus, secundum quem modum potest dici, quod alia est lex militum, et alia est lex mercatorum. Alio modo, indirecte, inquantum scilicet per hoc quod legislator destituit aliquem sibi subditum aliqua dignitate, sequitur quod transeat in

(1) interdum diversos ad diversos actus.

b. v. wanneer een soldaat uit den dienst wordt onslagen, zal hij onder de boeren- of koopmanswet vallen. Zoo ook hebben de verschillende schepsels, die onder Gods wetgeving vallen, verschillende natuurlijke neigingen, zoodat wat voor den een volgens de wet is, voor den ander er tegen kan zijn; zooals ook vurig zijn eenigszins wet is voor een hond, echter tegen de wet is van een koe of van een ander zachtzinnig dier.

Hieruit volgt, dat het voor den mensch een wet is, dat hij volgens zijn verstand moet handelen, en die wet is hem door God opgelegd, overeenkomstig zijn natuur. Die wet was zóó krachtdadig in den eersten toestand van den mensch, dat er toen niets in hem kon opkomen, wat buiten of tegen zijn rede was. Maar toen de mensch zich van God had afgekeerd, kwam in hem de drang op, om te handelen overeenkomstig zijn zinnelijke neiging. Die drang is zooveel te sterker in iemand, naarmate hij meer afwijkt van de rede. In dat geval gelijkt hij meer op de onredelijke dieren, die den drang van 't zinnelijke volgen, overeenkomstig het woord van den Psalmist (*Psalm* 48, 21) : « *De mensch, wanneer hij in eere is, ziet het niet in, hij lijkt op lastdieren zonder verstand, en hij wordt huns gelijke* ».

---

alium ordinem, et quasi in aliam legem : puta si miles ex militia destituatur, transibit in legem rusticorum vel mercatorum. Sic igitur sub Deo legislatore diversae creaturae diversas habent naturales inclinationes, ita ut quod uni est quodammodo lex, alteri sit contra legem, ut si dicam, quod furibundum esse est quodammodo lex canis, est autem contra legem ovis vel alterius mansueti animalis.

Est ergo hominis lex, quam sortitur ex ordinatione divina, secundum propriam conditionem, ut secundum rationem operetur. Quae quidem lex fuit tam valida in primo statu, ut nihil vel praeter rationem, vel contra rationem posset subrepere homini; sed dum homo a Deo recessit, incurrit in hoc, quod feratur secundum impetum sensualitatis. Et unicuique etiam particulariter hoc contingit, quanto magis a ratione recesserit; ut sic quodammodo bestiis assimiletur, quae sensualitatis impetu feruntur, secundum illud Psal. 48 [v. 21] : « Homo, cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis. »

In dien zin valt de zinnelijke drang zelf ook in de andere dieren onder het begrip van wet, natuurlijk voor zoover men bij die dieren de directe neiging een wet kan noemen. In dien zin echter valt het bij den mensch niet onder het begrip van wet, maar wijkt het juist af van de wet der rede. Doch in zoover de mensch door de goddelijke gerechtigheid vervallen is uit den staat van oorspronkelijke gerechtigheid, waarin de rede zoo krachtig was, valt die zinnelijke drang, die hem drijft, onder het begrip van wet, voor zoover hij een straf is, die krachtens de wet van God gevallen is op den mensch, die van zijn eigen waardigheid beroofd is.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Die redeneering gaat uit van de neiging tot zondigen, op zich zelf beschouwd, nl. in zoover ze drijft tot het kwade. In dien zin valt ze niet onder het wezen van wet, zooals (in de Leerstelling) gezegd is. Voor zoover ze echter een gevolg is van de gerechtigheid der goddelijke wet, zou ze wet genoemd kunnen worden, zooals het ook wet kan genoemd worden, dat een voornaam persoon om zijn zonden tot slavenarbeid gedwongen wordt.

Sic igitur ipsa sensualitatis inclinatio, quae fomes dicitur, in aliis quidem animalibus simpliciter habet rationem legis, illo tamen modo, quo in talibus lex dici potest secundum directam inclinationem; in hominibus autem secundum hoc non habet rationem legis, sed magis est deviatio a lege rationis. Sed inquantum per divinam justitiam homo destituitur originali justitia et vigore rationis, ipse impetus sensualitatis, qui eum ducit, habet rationem legis, inquantum est poenalis, et ex lege divina consequens, hominem destitutum (2) propria dignitate.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de fomite secundum se considerato, prout inclinat ad malum : sic enim non habet rationem legis, ut dictum est (in corp. art.); sed secundum quod sequitur ex divinae legis justitia, tamquam si diceretur lex esse, quod aliquis nobilis propter suam culpam ad servilia opera induci permitteretur.

---

(2) destituente.

2. Die moeilijkheid gaat uit van wet in den zin van norm en maatstaf. In dit geval toch worden degenen, die tegen de wet handelen, overtreders genoemd. In dien zin echter is de neiging tot zondigen geen wet. Ze is alleen wet door deelhebbing, zooals hierboven (in de Leerstelling) gezegd is.

3. Die redeneering gaat uit van de neiging tot zonde, in zooverre ze juist een neiging is tot iets, en niet met betrekking tot haar oorsprong. Indien men echter de zinnelijke neiging neemt voor zoover ze in de onredelijke dieren is, is ze geordend tot het algemeen welzijn, nl. tot behoud van de soort en het individu; en dit is ook bij de menschen het geval, voor zoover de zinnelijkheid onderworpen is aan de rede, maar hier gaat het over de neiging, juist voor zoover ze tegen de rede ingaat.

AD SECUNDUM dicendum, quod objectio illa procedit de eo, quod est lex, quasi regula et mensura : sic enim deviantes a lege transgressores constituuntur. Sic autem fomes non est lex, sed per quamdam participationem, ut supra dictum est [in corp. art.].

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit de fomite quantum ad inclinationem propriam, non autem quantum ad suam originem; et tamen si consideretur inclinatio sensualitatis, prout est in aliis animalibus, sic ordinatur ad bonum commune, id est ad conservationem naturae in specie vel individuo. Et hoc est etiam in homine, prout sensualitas subditur rationi; sed fomes dicitur, secundum quod exit rationis ordinem.

TWEE EN NEGENTIGSTE KWESTIE.

OVER DE GEVOLGEN VAN DE WET.

(*Twee Artikelen.*)

Hierna moeten we onze aandacht wijden aan de gevolgen van de wet. Hieromtrent stellen we twee vragen :

1) Maakt de wet de menschen goed?

2) Zijn *bevelen*, *verbieden*, *veroorloven* en *straffen* gevolgen van de wet?

Ie ARTIKEL.

Maakt de wet de menschen goed?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de wet de menschen niet goed maakt. — 1. De menschen immers zijn goed door de

---

QUÆSTIO XCII.

DE EFFECTIBUS LEGIS.

Deinde considerandum est de effectibus legis.

Et circa hoc quaeruntur duo : 1. Utrum effectus legis sit homines facere bonos. — 2. Utrum effectus legis sint: imperare, vetare, permittere, et punire, sicut Legisperitus dicit.

ARTICULUS I.

Utrum effectus legis sit facere homines bonos.

[Infr. art. 2. ad 4. et lib. 3. Contr. g. cap. 116. § 2. et 3. et 4. et Rom. 10]

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod legis effectus non sit facere homines bonos. Homines enim sunt boni per virtutem: virtus enim est, quae

deugden, want deugd is, wat dengene, die de deugd heeft, goed maakt, zooals we lezen in het IIe Boek der *Ethica* (VIe H.). Welnu alleen van God krijgt de mensch de deugd, want Hij is het, die haar aan ons geeft zonder ons, zooals hierboven gezegd is in de bepaling van de deugd (LXe Kw., 4e Art.). Bijgevolg maakt de wet de menschen niet goed.

2. De mensch heeft geen voordeel van de wet, tenzij hij ze onderhoudt. Maar dat hij ze onderhoudt, komt omdat hij goed is. Dus wordt het goed-zijn verondersteld in den mensch vóór de wet, en bijgevolg maakt zij hem niet goed.

3. De wet is geordend tot het algemeen welzijn, zooals hierboven gezegd is (XCe Kw., 2e Art.). Welnu er zijn er die goed zijn met betrekking tot wat het algemeen welzijn betreft, en niet met betrekking tot het bijzonder welzijn. Dus maakt de wet den mensch niet goed.

4. Sommige wetten zijn tyranniek, zooals de Wijsgeer zegt in zijn *Politiek* (IIIe B., VIe H.). Welnu een tyran heeft niet het welzijn der menschen op het oog, maar alleen zijn eigen belang. Dus maakt de wet de menschen niet goed.

---

bonum facit habentem, ut dicitur in secundo Ethicorum [cap. 6.] ; sed virtus est homini a solo Deo : ipse enim eam facit in nobis sine nobis ut supra dictum est in diffinitione virtutis [q. 55. art. 4.] ; ergo legis non est homines facere bonos.

2. PRÆTEREA, lex non prodest homini, nisi legi obediat; sed hoc ipsum quod homo obedit legi, est ex bonitate; ergo bonitas praeexigitur in homine ad legem; non igitur lex facit bonos homines.

3. PRÆTEREA, lex ordinatur ad bonum commune, ut supra dictum est [q. 90. art. 2.] ; sed quidam bene se habent in his, quae ad commune pertinent, qui tamen in propriis non bene se habent; non ergo ad legem pertinet, quod faciat homines bonos.

4. PRÆTEREA, quaedam leges sunt tyranicae, ut Philosophus dicit in sua Politica [lib. 3. cap. 6.] ; sed tyrannus non intendit ad bonitatem subditorum, sed solum ad propriam utilitatem; non ergo legis est facere homines bonos.

Maar daartegenover staat het gezag van den Wijsgeer, die in het II^e^ Boek zijner *Ethica* zegt (I^e^ H.): « *De bedoeling van ieder wetgever is de menschen goed te maken* ».

LEERSTELLING.—Gelijk we vroeger gezien hebben (XC^e^ Kw., 1^e^, 3^e^ en 4^e^ Art.), is de wet niets anders dan een voorschrift van de rede van dengene die aan het hoofd staat, waardoor de onderdanen bestuurd worden. Welnu het behoort tot de deugd van iederen onderdaan, dat hij goed onderworpen is aan hem, door wien hij bestuurd wordt, evenals de deugd voor het weerstrevend en voor het begeerend streefvermogen hierin bestaat, dat het goed gehoorzaamt aan de rede. En in dien zin moet men de woorden van den Wijsgeer verstaan, dat het een deugd is voor iederen onderdaan dat hij goed onderworpen is aan zijn bestuurder. (I^e^ Boek der *Politiek*, V^e^ H.). Welnu het is het doel van iedere wet, door de onderdanen opgevolgd te worden. Vandaar is het duidelijk dat het eigen is aan de wet haar onderdanen te leiden tot de onderhouding van de hun eigen deugd. Daar nu de deugd hem in wien ze is, goed maakt, volgt ook dat het eigen gevolg van de wet is, diegenen voor wie ze gegeven wordt, óf onder alle op-

---

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 2 Ethicor. [cap. 1.], quod voluntas cujuslibet legislatoris haec est, ut faciat homines bonos.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est [q. 90. art. 1, 3 et 4.], lex nihil aliud est, quam dictamen rationis in praesidente, quo subditi gubernantur. Cujuslibet autem subditi virtus est, ut bene subdatur ei, a quo gubernatur, sicut virtus irascibilis et concupiscibilis in hoc consistit, quod sint bene obedientes rationi, et per hunc modum virtus cujuslibet subjecti est, ut bene subjiciatur principanti, ut Philosophus dicit in 1. Polit. [cap. 5.]. Ad hoc autem ordinatur unaquaeque lex, ut obediatur ei a subditis; unde manifestum est, quod hoc sit proprium legis, inducere subjectos ad propriam ipsorum virtutem. Cum igitur virtus sit, quae facit bonum habentem, sequitur quod proprius effectus legis sit bonos facere eos, quibus datur, vel simpliciter, vel secundum quid. Si enim intentio ferentis legem tendat in verum bonum, quod est bonum commune secundum justitiam divinam regulatum, sequitur

zichten, óf onder een bepaald opzicht, goed te maken. Indien de wetgever het ware goed op het oog heeft, nl. het algemeen welzijn, geregeld overeenkomstig de goddelijke gerechtigheid, dan maakt zij dien mensch zonder meer goed. Indien echter het goed, dat de wetgever op het oog heeft, niet in alle opzichten goed is, maar iets wat voor hem nuttig of aangenaam is, of zelfs iets wat de goddelijke gerechtigheid weerstreeft, dan maakt de wet de menschen niet onder ieder opzicht goed, maar slechts onder een bepaald opzicht, nl. in orde tot dergelijk bestuur. In dien zin kan er zelfs iets goeds gevonden worden in iets, wat op zichzelf kwaad is, zooals men b. v. iemand een goed roover noemt, in zoover hij handelt in overeensteming met zijn doel.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Zooals vroeger is uiteengezet (LXIII[e] Kw., 2[e] Art.), is er een dubbele soort van deugd, nl. de verworven en de ingestorte. De gewoonte betrekt zich op beide, maar op verschillende manier, want met betrekking tot de aangeworven deugd is ze oorzaak, terwijl ze met betrekking tot de ingestorte, een bepaalde gesteltenis geeft, om ze te ontvangen, en, als men de ingestorte deugd reeds heeft, behoudt en bevordert ze haar. Daar nu de wet gegeven wordt om de men-

---

quod per legem homines fiant boni simpliciter; si vero intentio legislatoris feratur ad id, quod non est bonum simpliciter, sed utile, vel delectabile sibi, vel repugnans justitiae divinae, tunc lex non bonos facit homines simpliciter, sed secundum quid, scilicet in ordine ad tale regimen; sic autem bonum invenitur etiam in per se malis, sicut aliquis dicitur bonus latro, quia operatur accommode ad finem.

En evenals nu de mensch door de bevelen een innerlijk beginsel van handelen geeft aan zijn onderdanen, zoo geeft God aan de heele natuur de beginselen van de handelingen, die aan ieder wezen eigen zijn. In dien zin zegt men, dat God de geheele natuur beveelt, overeenkomstig het woord van den Psalmist (*Psalm* 148, 6) : « *Een bevel heeft hij gegeven, dat niet zal overtreden worden* ». Om dezelfde reden zijn ook alle bewegingen en handelingen van heel de natuur aan de eeuwige wet onderworpen.

---

unde nullus, proprie loquendo, suis actibus legem imponit. Quaecumque autem aguntur circa usum rerum irrationalium homini subditarum, aguntur per actum ipsius hominis moventis hujusmodi res, nam hujusmodi irrationales creaturae non agunt seipsas, sed ab aliis aguntur, ut supra habitum est [q. 1. art. 2.]. Et ideo rebus irrationalibus homo legem imponere non potest, quantumcumque ei subjiciantur; rebus autem rationalibus sibi subjectis potest imponere legem, inquantum suo praecepto, vel denuntiatione quacumque imprimit menti earum quamdam regulam, quae est principium agendi.

Sicut autem homo imprimit denuntiando quoddam interius principium actuum homini sibi subjecto, ita etiam Deus imprimit toti naturae principia propriorum actuum. Et ideo per hunc modum Deus dicitur praecipere toti naturae, secundum illud Psalm. 148 [v. 6.]: « Praeceptum posuit, et non praeteribit. » Et per hanc etiam rationem omnes motus et actiones totius naturae legi aeternae subduntur. Unde alio modo creaturae irrationales

De onredelijke schepselen zijn aan de eeuwige wet op een andere wijze onderworpen, nl. voor zoover ze door de goddelijke Voorzienigheid bewogen worden, niet echter door het inzicht in het goddelijk bevel, zooals de redelijke schepselen.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Het indrukken van een innerlijk beginsel van handeling is voor de natuurdingen wat de afkondiging van de wet voor de menschen is, want door de afkondiging der wet wordt aan de menschen een leidend beginsel gegeven voor hun daden, zooals gezegd is (in de Leerstelling).

2. De onredelijke schepselen deelen niet in het menschelijk verstand en gehoorzamen er ook niet aan. Wel deelen zij in het goddelijk verstand, voor zoover zij er aan gehoorzamen. Immers de kracht van het goddelijk verstand strekt zich verder uit, dan die van het menschelijk verstand. En evenals de ledematen van het lichaam zich op het bevel van het verstand bewegen, terwijl zij toch niet deelen in het verstand, daar zij geen tot verstand ordenende kennis hebben, zoo ook worden de onredelijke schepselen door God bewogen, terwijl zij daarom toch niet redelijk zijn.

---

subduntur legi aeternae, inquantum moventur a divina providentia; non autem per intellectum divini praecepti, sicut creaturae rationales.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hoc modo se habet impressio activi principii intrinseci quantum ad res naturales, sicut se habet promulgatio legis quantum ad homines, quia per legis promulgationem imprimitur hominibus quoddam directivum principium humanorum actuum, ut dictum est [in corp. art.].

AD SECUNDUM dicendum, quod creaturae irrationales non participant ratione humana, nec ei obediunt; participant tamen per modum obedientiae ratione divina. Ad plura enim se extendit virtus rationis divinae, quam virtus rationis humanae. Et sicut membra corporis humani moventur ad imperium rationis, non tamen participant ratione, quia non habent aliquam apprehensionem ordinatam ad rationem, ita etiam creaturae irrationales moventur a Deo, nec tamen propter hoc sunt rationales.

3. Ofschoon de afwijkingen in de natuur voorvallen, buiten de orde van de bijzondere oorzaken om, vallen ze toch niet buiten de orde der algemeene oorzaken, bijzonder buiten de eerste oorzaak, nl. God, aan wiens Voorzienigheid niets ontgaan kan, zooals we bewezen hebben in het I^e Deel (XXII^e Kw., 2^e Art.). En omdat, zooals (in het 1^e Art.) gezegd is, de eeuwige wet het begrip is van de goddelijke Voorzienigheid, vallen ook de afwijkingen in de natuurdingen onder de eeuwige wet.

VI^e ARTIKEL.

Zijn alle menschelijke aangelegenheden aan de eeuwige wet onderworpen?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat niet alle menschelijke aangelegenheden aan de eeuwige wet onderworpen zijn. — 1. Immers de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Galaten* (5, 18) : « *Indien gij U door den Geest laat leiden, staat gij niet onder de*

AD TERTIUM dicendum, quod defectus, qui accidunt in rebus naturalibus, quamvis sint praeter ordinem causarum particularium, non tamen sunt praeter ordinem causarum universalium, et praecipe causae primae, quae Deus est, cujus providentiam nihil subterfugere potest, ut in 1. dictum est [q. 22. art. 2.]. Et quia lex aeterna est ratio divinae providentiae, ut dictum est [art. 1. huj. q. 1], ideo defectus rerum naturalium legi aeternae subduntur.

ARTICULUS VI.

Utrum omnes res humanae subjiciantur legi aeternae.

[Part. 1. q. 22. art. 2. corp. et ad 2. et 3. Dist. 9. q. 2. art. 2. corp. et ad 5. et lib. 3. Contr. g. cap. 1. 64. 90. 111. et 112. et Veri q. 5. art. 5. et opusc. 3. cap. 243.].

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod non omnes res humanae subjiciantur legi aeternae : dicit enim Apostolus ad Gal. 5. [v. 18] : « Si

wet ». Rechtvaardige menschen nu, die aangenomen kinderen van God zijn, worden door den Geest Gods geleid, overeenkomstig de woorden uit den *Brief aan de Romeinen* (8, 14) : « *Allen, die door den Geest Gods geleid worden, zijn kinderen Gods* ». Dus staan niet alle menschen onder de eeuwige wet.

2. De Apostel zegt in zijn *Brief aan de Romeinen* (8, 7) : « *Het zinnen van het vleesch staat vijandig tegen God* » ; aan de wet toch van God gehoorzaamt het niet. Maar vele menschen zijn er, waarin het zinnen van het vleesch de overhand heeft. Dus zijn niet alle menschen onderworpen aan de eeuwige wet.

3. Augustinus zegt in zijn Boek *Over den vrijen Wil* (I^e^ B., VI^e^ H.) : « *Door de eeuwige wet verdienen de kwaden de verdoeming, de goeden de zaligheid* ». Maar de menschen, die reeds zalig, en zij die reeds verdoemd zijn, kunnen niets verdienen. Dus zijn ze niet onderworpen aan de eeuwige wet.

Maar daartegenover staat het gezegde van Augustinus, in zijn werk *De Stad Gods* (XIX^e^ B., XII^e^ H.) : « *Op geen enkele manier kan iemand onttrokken worden aan de wetten, noch aan de voorschriften van den Allerhoogsten Schepper, waardoor de harmonie van het heelal geleid wordt* ».

Spiritu Dei ducimini, non estis sub lege. » Sed viri justi, qui sunt filii Dei per adoptionem, Spiritu Dei aguntur, secundum illud Rom. 8. [v. 14] : « Qui Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. » Ergo non omnes homines sunt sub lege aeterna.

2. PRÆTEREA, Apostolus dicit ad Rom. 8. [v. 7.] : « Prudentia carnis inimica est Deo; legi enim Dei subjecta non est. » Sed multi homines sunt in quibus prudentia carnis dominatur; ergo legi aeternae, quae est lex Dei, non subjiciuntur omnes homines.

3. PRÆTEREA, Augustinus dicit in 1. de Lib. Arb. [cap. 6.], quod lex aeterna est, qua mali miseriam, boni vitam beatam merentur; sed homines jam beati vel jam damnati non sunt in statu merendi; ergo non subsunt legi aeternae.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit 19. de Civ. Dei [cap 12.] : « Nullo modo aliquid legibus summi Creatoris ordinationique subtrahitur, a quo pax universitatis administratur. »

LEERSTELLING. — Zooals uit het vorig Artikel blijkt, kan iets op twee manieren onderworpen zijn aan de eeuwige wet : ten eerste voor zoover iets door zijn kennis deelt in de eeuwige wet; en ten tweede, door het uitoefenen en het ondergaan van een werking, voor zoover nl. iets in de eeuwige wet deelt als in een innerlijk beginsel van handeling. Op die tweede manier zijn de onredelijke schepselen aan de eeuwige wet onderworpen, zooals in het vorig Artikel gezegd is. Maar daar het redelijk schepsel, boven wat aan alle schepselen toekomt, nog iets eigens heeft, juist voor zoover het redelijk is, is het op beide manieren aan de eeuwige wet onderworpen, én in zoover ieder redelijk schepsel eenige kennis heeft van de eeuwige wet, zooals hierboven gezegd is (2e Art.), én in zoover het een natuurlijke neiging heeft tot datgene, wat overeenkomt met de eeuwige wet, overeenkomstig het woord van den Wijsgeer in het IIe Boek zijner *Ethica* (Ie H., N. 35) : « *Van nature zijn we aangelegd om deugden te hebben* ». In de kwaden echter zijn die twee manieren om aan de wet onderworpen te zijn onvolmaakt en in zekeren zin bedorven, omdat nl. in hen de natuurlijke neiging tot de deugd bedorven is door hun ondeugd, en ook omdat hun natuurlijke kennis van het

---

RESPONDEO dicendum, quod duplex est modus quo aliquid subditur legi aeternae, ut ex supradictis patet [art. praec.] : uno modo, inquantum participatur lex aeterna per modum cognitionis; alio modo, per modum actionis et passionis, inquantum participatur per modum interioris principii motivi. Et hoc secundo modo subduntur legi aeternae irrationales creaturae, ut dictum est [art. praec.]. Sed quia rationalis natura cum eo, quod est commune omnibus creaturis, habet aliquid sibi proprium, inquantum est rationalis, ideo secundum utrumque modum legi aeternae subditur : quia et notionem legis aeternae aliquo modo habet, ut supra dictum est [art. 2. huj. q.] ; et iterum unicuique rationali creaturae inest naturalis inclinatio ad id, quod est consonum legi aeternae : sumus enim innati ad habendum virtutes, ut dicitur in 2. Eth. [cap. 1]. Uterque tamen modus imperfectus quidem est et quodammodo corruptus in malis, in quibus et inclinatio naturalis ad virtutem depravatur per habitum vitiosum, et iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebratur per passiones et habitus peccatorum. In bonis

goede verduisterd is door de hartstochten en kwade gewoonten. In de goeden echter worden beide manieren op volmaakter wijze gevonden, én omdat bij de natuurlijke kennis van het goede nog de kennis door het geloof en de wijsheid bijkomt, én omdat aan de natuurlijke neiging tot het goede een innerlijk beginsel door de genade wordt toegevoegd.

Zoo zijn dus de goeden volkomen onderworpen aan de eeuwige wet, daar zij altijd overeenkomstig haar handelen; de slechten daarentegen onvolmaakt, met betrekking tot hun handelingen, in zoover zij het goede onvolmaakt kennen en er een onvolmaakte neiging toe hebben. Wat er echter ontbreekt aan de handelingen, die ze stellen, wordt aangevuld door de handeling die ze ondergaan, in zoover zij nl. zooveel lijden wat de eeuwige wet omtrent hen beslist, als zij te kort schieten in het doen van wat met de eeuwige wet overeenkomt. Vandaar zegt Augustinus in zijn Boek *Over den vrijen Wil* (I° B., XV° H.) : « *Ik meen dat de rechtvaardigen handelen onder den invloed van de eeuwige wet* ». En in zijn Boek *Over het Onderricht der Ongeleerden* (XVIII° H.) : « *God wist krachtens zijn rechtvaardig medelijden met de zielen, die Hem verlaten hebben, de lagere deelen van zijn schepping te ordenen door buitengewoon geschikte wetten* ».

---

autem uterque modus invenitur perfectior, quia et supra cognitionem naturalem boni superadditur eis cognitio fidei et sapientiae, et supra naturalem inclinationem ad bonum superadditur eis interius motivum gratiae et virtutis.

Sic igitur boni perfecte subsunt legi aeternae, tanquam semper secundum eam agentes; mali autem subsunt quidem legi aeternae, imperfecte quidem quantum ad actiones ipsorum, prout imperfecte cognoscunt et imperfecte inclinantur ad bonum, sed quantum deficit ex parte actionis, suppletur ex parte passionis, prout scilicet intantum **patiuntur quod lex** aeterna dictat de eis, inquantum deficiunt facere quod legi aeternae convenit. Unde Augustinus dicit in 1. de Lib. Arb. [cap. 15.] : « Justos sub aeterna lege agere existimo. » En in libro de Catechizandis rudibus [cap. 18.] dicit, quod Deus ex justa miseria animarum se deserentium convenientissimis legibus inferiores partes creaturae suae novit ordinare.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Het aangehaalde gezegde van den Apostel kan op twee manieren verstaan worden: ten eerste, in zoover onder de wet zijn verstaan wordt van hen die zich niet willen onderwerpen aan wat de wet gebiedt, en onwillig onder de wet gebukt gaan, als onder een last. Vandaar merkt de *Glossa* (getrokken uit het werk van Augustinus *Over Natuur en Genade*, LVII[e] H.), op de aangehaalde plaats aan: « *Onder de wet gaat hij gebukt, die het verkeerde laat uit vrees voor de straf waarmede de wet dreigt, en niet uit liefde voor de gerechtigheid* ». In dien zien vallen de hoogerstaande menschen niet onder de wet, daar zij door de liefde, die de H. Geest in hun harten instort, gedreven worden om vrijwillig de wet te volbrengen. Op de tweede plaats kan het aangehaalde gezegde verstaan worden in zoover de werken van den mensch, gedreven door den H. Geest, meer werken van den H. Geest genoemd worden dan van den mensch. Vandaar vallen die werken, in zoover ze van den H. Geest zijn, niet onder de wet, daar de H. Geest niet onder de wet valt, evenmin als de Zoon, overeenkomstig het hierboven gezegde (4[e] Art., 2[e] Antw.). Dit wordt in den *II[a] Corinthiërbrief* (3, 17) bevestigd door het woord van den Apostel: « *Waar de Geest Gods is, daar is vrijheid.* »

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illud verbum Apostoli potest intelligi dupliciter: uno modo, ut esse sub lege intelligatur ille, qui nolens obligationem legis, subditur quasi cuidam ponderi; unde Glossa. [Augustinus, lib. de Nat. et Grat. cap. 57.] ibidem dicit, quod sub lege est, qui timore supplicii, quod lex minatur, non amore justitiae, a malo opere abstinet. Et hoc modo spirituales viri non sunt sub lege, quia per charitatem, quam Spiritus Sanctus cordibus eorum infundit, voluntarie id quod legis est, implent. Alio modo potest etiam intelligi, inquantum hominis opera qui Spiritu Sancto agitur, magis dicuntur esse opera Spiritus Sancti, quam ipsius hominis. Unde, cum Spiritus Sanctus non sit sub lege, sicut nec Filius, ut supra dictum est [art. 4. huj. q. ad 2.], sequitur quod hujusmodi opera, inquantum sunt Spiritus Sancti, non sint sub lege. Et huic attestatur, quod Apostolus dicit 2. ad Cor. 3 [v. 17] : « Ubi Spiritus Domini, ibi libertas. »

2. Het zinnen van het vleesch valt niet onder de wet Gods, met betrekking tot de handeling, daar het aandrijft tot handelingen die strijdig zijn met de wet Gods. Het valt echter onder de wet Gods, met betrekking tot het lijden, omdat het straf verdient te ondergaan, overeenkomstig de wet der goddelijke rechtvaardigheid. Want het zinnen van het vleesch kan onmogelijk den mensch zóó beheerschen, dat het goed, dat in de natuur ligt, geheel bedorven wordt. En zoo blijft in den mensch altijd een neiging om te doen wat overeenkomstig de eeuwige wet is. Vroeger immers (LXXXV^{e} Kw., 2^{e} Art.) hebben we bewezen, dat de zonde nooit het goed dat in de natuur ligt, geheel kan opheffen.

3. Dezelfde oorzaak houdt zich staande in het doel, en drijft het er toe, zooals ook een lichaam op een lagere plaats in rust blijft, krachtens dezelfde oorzaak, waardoor het op die plaats terecht gekomen is. En zoo moeten we zeggen dat, evenals sommigen door de eeuwige wet de zaligheid of de verdoemenis verdienen, zij ook door dezelfde wet in de zaligheid of verdoemenis blijven. En in dien zin zijn de gelukzaligen en de verdoemden aan de eeuwige wet onderworpen.

AD SECUNDUM dicendum, quod prudentia carnis non potest subjici legi Dei ex parte actionis, quia inclinat ad actiones contrarias legi divinae; subjicitur tamen legi Dei ex parte passionis, quia meretur pati poenam secundum legem divinae justitiae. Nihilominus tamen in nullo homine ita prudentia carnis dominatur, quod totum bonum naturae corrumpatur. Et ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea, quae sunt legis aeternae : habitum est enim supra [q. 85. art. 2.], quod peccatum non tollit totum bonum naturae.

AD TERTIUM dicendum, quod idem est, per quod aliquid conservatur in fine, et per quod movetur ad finem, sicut corpus grave gravitate quiescit in loco inferiori, per quam etiam ad locum ipsum movetur. Et sic dicendum est, quod sicut secundum legem aeternam aliqui merentur beatitudinem vel miseriam, ita per eamdem legem in beatitudine vel miseria conservantur. Et secundum hoc beati et damnati subsunt legi aeternae.

VIER EN NEGENTIGSTE KWESTIE.

OVER DE NATUURWET.

(Zes Artikelen.)

Na de eeuwige wet moeten we handelen over de natuurwet. Hieromtrent stellen we zes vragen :

1) Wat is de natuurwet?
2) Welke zijn de voorschriften van de natuurwet?
3) Komen alle deugddaden van de natuurwet?
4) Is de natuurwet voor allen dezelfde?
5) Is de natuurwet veranderlijk?
6) Kan de natuurwet uitgewischt worden uit de harten der menschen?

QUÆSTIO XCIV.

DE LEGE NATURALI.

Deinde considerandum est de lege naturali.

Et circa hoc quaeruntur sex : 1. Quid sit lex naturalis. — 2. Quae sint praecepta legis naturalis. — 3. Utrum omnes actus virtutum sint de lege naturae. — 4. Utrum lex naturalis sit una apud omnes. — 5. Utrum sit mutabilis. — 6. Utrum possit a mente hominis deleri.

I^e ARTIKEL.

Is de natuurwet een hebbelijkheid?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de natuurwet een hebbelijkheid is. — 1. Zooals immers de Wijsgeer zegt in het II^e Boek zijner *Ethica* (V^e H., N. 1), zijn er in de ziel drie dingen : vermogens, hebbelijkheden en hartstochten. Welnu de natuurwet is geen vermogen van de ziel, en ook geen hartstocht, wat blijkt door uitsluiting der afzonderlijke vermogens en hartstochten. Dus is de natuurwet een hebbelijkheid.

2. We lezen bij Basilius (Damascenus, *Over het ware Geloof*, IV^e B., XXII^e H.) : « *Het geweten, of de synderesis, is de wet van ons verstand* », wat alleen kan verstaan worden van de natuurwet. Maar het geweten is een hebbelijkheid, zooals bewezen is in het I^e Deel (LXXIX^e Kw., 12^e Art.). Dus is de natuurwet een hebbelijkheid.

ARTICULUS I.

Utrum lex naturalis sit habitus.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex naturalis sit habitus, quia, ut Philosophus dicit in 2. Ethicor. [cap. 5.], tria sunt in anima : potentia, habitus, et passio; sed naturalis lex non est aliqua potentiarum animae, nec aliqua passionum, ut patet enumerando per singula; ergo lex naturalis est habitus.

2. PRÆTEREA, Basilius dicit [Damascenus lib. 4. Orth. Fid. cap. 22.], quod conscientia, sive synderesis, est lex intellectus nostri,, quod non potest intelligi nisi de lege naturali; sed synderesis est habitus quidam, ut in 1. habitum est [q. 79. art. 12.]; ergo lex naturalis est habitus.

3. De natuurwet blijft altijd in den mensch, zooals verder bewezen wordt (6e Art.). Welnu het verstand van den mensch, dat de zetel is van de wet, denkt niet altijd over de natuurwet na. Bijgevolg is de natuurwet geen voortdurende daad, maar een hebbelijkheid.

4. Van een ander standpunt uit kan men daar tegen aanvoeren het gezegde van Augustinus in zijn Boek *Over het Huwelijk* (XXIe H.) : « *Een hebbelijkheid is iets waardoor iemand iets doet als het noodig is* ». Maar zoo iets is de natuurwet niet, want zij is ook in de kinderen en verdoemden, die door haar niet handelen. Dus is zij geen hebbelijkheid.

LEERSTELLING. — Iets kan op twee manieren een hebbelijkheid genoemd worden : ten eerste eigenlijk en wezenlijk, en in dien zin is de natuurwet geen hebbelijkheid. Immers vroeger (XCe Kw., 1e Art., Antwoord op de 2e Bed.) hebben we gezien, dat de natuurwet iets is wat door het verstand gevormd wordt, zooals het uitdrukken van een oordeel iets is van het verstand. Welnu dat, wat iemand uitwerkt, is niet hetzelfde, als datgene, waardoor iemand iets uitwerkt; immers door taalhebbelijkheid

---

3. PRÆTEREA, lex naturalis semper in homine manet, ut infra patebit [art. 6. huj. q.]; sed non semper ratio hominis, ad quam lex pertinet, cogitat de naturali lege; ergo lex naturalis non est actus, sed habitus.

SET CONTRA est, quod Augustinus dicit in lib. de Bono Conjugali [cap. 21.], quod habitus est, quo aliquid agitur, cum opus est; sed naturalis lex non est hujusmodi : est enim in parvulis et dammatis, qui per eam agere non possunt; ergo lex naturalis non est habitus.

RESPONDEO dicendum, quod aliquid potest dici esse habitus dupliciter. Uno modo proprie et essentialiter, et sic lex naturalis non est habitus. Dictum est enim supra [q. 90. art. 1. ad 2.], quod lex naturalis est aliquid per rationem constitutum, sicut etiam propositio est quoddam opus rationis. Non est autem idem, quod quis agit, et quo quis agit: aliquis enim per habitum grammaticae agit orationem congruam. Cum igitur habitus sit,

maakt iemand goede volzinnen. Omdat dus een hebbelijkheid iets is, waardoor iemand werkt, kan de wet geen eigenlijke en wezenlijke hebbelijkheid zijn. Ten tweede kan datgene, wat men door een hebbelijkheid heeft, hebbelijkheid genoemd worden, gelijk men ook datgene, wat men door het geloof heeft, geloof noemt, en op die manier kan de natuurwet een hebbelijkheid genoemd worden, daar de voorschriften der natuurwet nu eens daadwerkelijk door het verstand overwogen worden, en dan weer als een hebbelijkheid in het verstand blijven. In denzelfden zin zijn de onbewijsbare beginselen in de beschouwende wetenschappen niet de hebbelijkheid zelf van die beginselen, maar de beginselen die het voorwerp van die hebbelijkheid zijn.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Hier wil de wijsgeer onderzoeken wat deugd is; en omdat het vanzelf spreekt, dat de deugd een beginsel is van de daad, noemt hij alleen de beginselen van de menschelijke daden op, nl. de vermogens, de hebbelijkheden en de hartstochten. Maar buiten deze drie zijn echter nog andere dingen in de ziel, b. v. daden, zooals het willen in den willende is. Ook worden gekende voorwerpen in den

---

quo quis agit, non potest esse, quod lex aliqua sit habitus proprie, et essentialiter. Alio modo potest dici habitus id, quod habitu tenetur, sicut dicitur fides id, quod fide tenetur. Et hoc modo, quia praecepta legis naturalis quandoque considerantur in actu a ratione, quandoque autem sunt in ea habitualiter tantum, secundum hunc modum potest dici, quod lex naturalis sit habitus, sicut etiam principia indemonstrabilia in speculativis non sunt ipsi habitus principiorum, sed sunt principia, quorum est habitus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Philosophus intendit ibi investigare genus virtutis, et cum manifestum sit, quod virtus sit quoddam principium actus, illa tantum ponit, quae sunt principia humanorum actuum, scilicet : potentias, habitus, et passiones. Praeter haec autem tria sunt quaedam alia in anima, sicut quidam actus, ut velle est in voluntate (1) et etiam cognita sunt

---

(1) volente.

kennende, en natuurlijke eigenschappen, zooals onsterfelijkheid en dergelijke, in de ziel gevonden.

2. Het geweten wordt de wet van ons verstand genoemd, voor zoover het een hebbelijkheid is, die de voorschriften van de natuurwet bevat, die de eerste beginselen zijn der menschelijke handelingen.

3. Die redeneering besluit tot de conclusie, dat de natuurwet niet steeds daadwerkelijk door het verstand beschouwd wordt, en dat geven we toe.

4. Soms kan iemand datgene, wat in hem is als een hebbelijkheid, niet gebruiken, om een of andere hindernis, zooals b. v. iemand zijn wetenschap niet kan gebruiken in den slaap. Op die manier kan een kind, om zijn te kort aan jaren, zijn hebbelijkheid van de eerste beginselen niet gebruiken of ook de natuurwet, ofschoon ze in hem is als een hebbelijkheid.

---

in cognoscente, et proprietates naturales animae insunt ei, ut immortalitas et alia hujusmodi.

AD SECUNDUM dicendum, quod synderesis dicitur lex intellectus nostri, inquantum est habitus continens praecepta legis naturalis, quae sunt prima principia operum humanorum.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa concludit quod lex naturalis habitualiter tenetur, et hoc concedimus.

Ad id vero quod IN CONTRARIUM objicitur, dicendum, quod eo quod habitualiter inest, quandoque aliquis uti non potest propter aliquod impedimentum, sicut homo non potest uti habitu scientiae propter somnum, et similiter puer non potest uti habitu intellectus principiorum, vel etiam lege naturali, quae ei habitualiter inest, propter defectum aetatis.

IIe ARTIKEL.

Bevat de natuurwet meerdere, of slechts één voorschrift?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de natuurwet niet meerdere, maar slechts één voorschrift bevat. — 1. Immers de wet wordt gerangschikt onder de voorschriften, zooals hierboven gezegd werd (XCIIe Kw., 2e Art.). Indien er dus meerdere voorschriften van de natuurwet waren, dan zou er uit volgen, dat er ook meerdere natuurwetten waren.

2. De natuurwet is een gevolg van de menschelijke natuur. Welnu de menschelijke natuur is als geheel één, hoewel ze veelvoudig is door haar deelen. Dus bevat de natuurwet ofwel slechts één voorschrift, om de eenheid van het geheel, ofwel meerdere, overeenkomstig de deelen van de menschelijke natuur. In het tweede geval echter zou de hang naar het zinnelijke ook tot de natuurwet moeten behooren.

3. De wet is iets van het verstand, zooals hierboven bewezen is (XCe Kw., 1e Art.). Welnu het verstand in den mensch is één. Dus is er maar één voorschrift van de natuurwet.

ARTICULUS II.

Utrum lex naturalis contineat plura praecepta, vel unum tantum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod lex naturalis non contineat plura praecepta, sed unum tantum : lex enim continetur in genere praecepti, ut supra habitum est [q. 92. art. 2.] ; si igitur essent multa praecepta legis naturalis, sequeretur quod etiam essent multae leges naturales.

2. PRÆTEREA, lex naturalis consequitur hominis naturam; sed humana natura est una secundum totum, licet sit multiplex secundum partes. Aut ergo est unum praeceptum tantum legis naturae propter unitatem totius, aut sunt multa secundum multitudinem partium naturae humanae. Et sic oportebit, quod etiam ea, quae sunt de inclinatione concupiscibilis, pertineant ad legem naturalem.

3. PRÆTEREA, lex est aliquid ad rationem pertinens, ut supra dictum est [q. 90. art. 1.) ; sed ratio in homine est una tantum; ergo solum unum praeceptum est legis naturalis.

Maar daartegenover staat, dat de voorschriften van de natuurwet zich tot de menschelijke handelingen verhouden, als de eerste beginselen tot de beschouwende wetenschappen. Welnu er zijn meerdere eerste onbewijsbare beginselen. Dus zijn er ook meerdere voorschriften van de natuurwet.

LEERSTELLING. — Vroeger hebben we gezegd (XCI[e] Kw., 3[e] Art.), dat de voorschriften van de natuurwet zich tot het practisch verstand verhouden, als de eerste beginselen der bewijsvoeringen tot het beschouwend verstand; beide toch zijn uit zichzelf klaarblijkelijke beginselen. Iets nu kan op twee manieren uit zichzelf klaarblijkelijk genoemd worden : ten eerste, op zichzelf genomen, en ten tweede, met betrekking tot ons. Op zichzelf wordt een voorafgaand oordeel uit zichzelf klaarblijkelijk genoemd, wanneer het gezegde opgesloten ligt in het begrip van het onderwerp. Toch kan het heel goed gebeuren, dat zoo een voorafgaand oordeel voor iemand niet uit zichzelf klaarblijkelijk is, wanneer hij nl. de bepaling van het onderwerp niet kent. Zoo is b. v. het voorafgaand oordeel : *De mensch is redelijk*, op zichzelf genomen, uit zichzelf klaarblijkelijk, omdat men als men

---

SED CONTRA est, quia sic se habent praecepta legis naturalis in homine quantum ad operabilia, sicut se habent prima principia in demonstrativis; sed prima principia indemonstrabilia sunt plura; ergo etiam praecepta legis naturae sunt plura.

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est [q. 91. art. 3.], praecepta legis naturae hoc modo se habent ad rationem practicam, sicut principia prima demonstrationum se habent ad rationem speculativam : utraque enim sunt quaedam principia per se nota. Dicitur autem aliquid per se notum dupliciter : uno modo secundum se, alio modo quoad nos. Secundum se quidem quaelibet propositio dicitur per se nota, cujus praedicatum est de ratione subjecti. Contingit tamen, quod ignoranti diffinitionem subjecti, talis propositio non erit per se nota, sicut ista propositio : Homo est rationale, est per se nota secundum sui naturam, quia qui dicit hominem, dicit rationale, et tamen ignoranti quid sit homo, haec propositio non est per se nota. Et

mensch zegt, ook *redelijk* zegt. Toch is dit voorafgaand oordeel niet uit zichzelf klaarblijkelijk voor iemand die niet weet wat *mensch* is. Daarom is het gezegde van Boëtius in zijn Boek *Over de Tijdstippen* waar, dat sommige axioma's of voorafgaande oordeelen voor bijna alle menschen uit zichzelf klaarblijkelijk zijn. Hieronder vallen die voorafgaande oordeelen waarvan de termen door allen gekend zijn, zooals b. v. : *Ieder geheel is grooter dan een van zijn deelen; twee dingen, die gelijk zijn aan een zelfde derde, zijn ook onderling gelijk.* Andere voorafgaande oordeelen zijn alleen voor de geleerden uit zichzelf klaarblijkelijk, omdat zij weten wat de termen van die voorafgaande oordeelen beteekenen. Zoo is het b. v. voor iemand die weet dat een engel geen lichaam heeft, uit zichzelf klaarblijkelijk, dat hij geen plaats inneemt, wat niet klaarblijkelijk is voor ongeletterden, die dat niet inzien.

In datgene nu, wat onder het bereik van alle menschen valt, wordt een bepaalde orde gevonden. Datgene immers, wat het allereerste onder het bereik van de menschelijke kennis valt, is het zijnde, waarvan het begrip gevonden wordt in al het gekende. Daarom ook is het eerste onbewijsbare beginsel, wat steunt

---

inde est, quod, sicut dicit Boetius in lib. de Hebdomad., quaedam sunt dignitates vel propositiones per se notae communiter omnibus, et hujusmodi sunt illae propositiones quarum termini sunt omnibus noti, ut : Omne totum est majus sua parte, et : Quae uni et eidem sunt aequalia, sibi invicem sunt aequalia. Quaedam vero propositiones sunt per se notae solis sapientibus, qui terminos propositionum intelligunt quid significent, sicut intelligenti, quod angelus non est corpus, per se notum est, quod non est circumscriptive in loco; quod non est manifestum rudibus, qui hoc non capiunt.

In his autem, quae in apprehensione hominum (1) cadunt, quidam ordo invenitur : nam illud, quod primo cadit in apprehensione est ens, cujus intellectus includitur in omnibus quaecumque quis apprehendit; et ideo primum principium indemonstrabile est, quod non est simul affirmare et negare, quod fundatur supra rationem entis et non entis : et super hoc principio omnia alia fundatur, ut dicitur in 4. Metaphys. [l. 3, c. 3].

(1) omnium.

op het begrip van zijnde en niet-zijnde, dit : *Iets kan niet tegelijk bevestigd en ontkend worden.* Op dit beginsel steunen verder alle andere, zooals de Wijsgeer zegt in het IV^e^ Boek der *Metaphysica* (III^e^ B., III^e^ H., N^r^ 9).

Evenals nu het zijnde het eerst onder de kennis in het algemeen valt, zoo is dat, wat het eerst onder het bereik van het practisch verstand valt, dat geordend is tot handelen, het goede. Immers iedere werker handelt om een doel, dat krachtens zijn wezen goed is. Daarom steunt het eerste beginsel van het practisch verstand op het begrip : *goed;* dit begrip is nl. : *Wanneer men iets verlangt, verlangt men het, omdat het goed is.* Het eerste voorschrift van de wet is dus : *Het goede moet gedaan en nagestreefd worden, het kwade gemeden,* en daarop steunen alle andere voorschriften van de natuurwet, zoodat het doen of laten van iets valt onder de voorschriften van de natuurwet, wanneer het practisch verstand het van nature inziet als goed voor den mensch. Daar echter het goede valt onder het begrip *doel* en het kwade onder het tegenovergestelde, ziet het verstand alles waartoe de mensch een natuurlijke neiging heeft, van nature als goed in, en daarom als iets wat nagestreefd moet worden, en het tegenover-

---

Sicut autem ens est primum, quod cadit in apprehensione simpliciter, ita bonum est primum, quod cadit in apprehensione practicae rationis, quae ordinatur ad opus : omne enim agens agit propter finem, qui habet rationem boni. Et ideo primum principium in ratione practica est, quod fundatur supra rationem boni, quae est : Bonum est, quod omnia appetunt. Hoc est ergo primum praeceptum legis, quod bonum est faciendum, et prosequendum, et malum vitandum; et super hoc fundantur omnia alia praecepta legis naturae, ut silicet omnia illa facienda vel vitanda pertineant ad praecepta legis naturae, quae ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana. Quia vero bonum habet rationem finis, malum autem rationem contrarii, inde est quod omnia illa, ad quae homo habet naturalem inclinationem, ratio naturaliter apprehendit ut bona, et per consequens ut opere prosequenda, et contraria eorum ut mala et vitanda.

Secundum igitur ordinem inclinationum naturalium est ordo praeceptorum legis naturae. Inest enim primo inclinatio homini ad bonum secundum natu-

gestelde als verkeerd en daarom ook als iets wat gemeden moet worden.

Uit bovenstaande volgt, dat dezelfde orde, die in de natuurlijke neigingen gevonden wordt, ook moet gevonden worden in de voorschriften van de natuurwet. Op de eerste plaats is er in den mensch een neiging naar het goede, dat volgt op zijn natuur, voor zoover ze gemeen is aan alle zelfstandigheden. Iedere zelfstandigheid toch heeft een natuurlijke neiging om te blijven zooals zij is door haar natuur. Overeenkomstig die neiging behooren die voorschriften tot de natuurwet, die dienen voor het behoud van het menschelijk leven, of om het tegenovergestelde tegen te gaan. Op de tweede plaats is er in den mensch een neiging tot een meer bijzonder goed, dat volgt op zijn natuur, voor zoover zij ook aan de dieren gemeen is. Overeenkomstig deze neiging behooren die voorschriften tot de natuurwet, die de natuur aan alle dieren heeft ingegeven, zooals de vereeniging van man en vrouw, de opvoeding der kinderen, en dergelijke. Op de derde plaats is er in den mensch een neiging naar het goede, dat volgt op zijn redelijke natuur, die hem eigen is. Hierdoor heeft de mensch een natuurlijke neiging om de waarheid omtrent God te kennen, en in gemeenschap samen te leven. Overeenkomstig die neiging behooren

---

ram, in qua communicat cum omnibus substantiis, prout scilicet quaelibet substantia appetit conservationem sui esse secundum suam naturam. Et secundum hanc inclinationem pertinent ad legem naturalem ea, per quae vita hominis conservatur, et contrarium impeditur. Secundo inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundum naturam, in qua communicat cum caeteris animalibus. Et secundum hoc dicuntur ea esse de lege naturali, quae natura omnia animalia docuit, ut est commixtio maris et foeminae, et educatio liberorum, et similia. Tertio modo inest homini inclinatio ad bonum secundum naturam rationis, quae est sibi propria, sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc quod veritatem cognoscat de Deo, et ad hoc quod in societate vivat. Et secundum hoc ad legem naturalem pertinent ea, quae ad hujusmodi inclinationem spectant, utpote quod homo ignorantiam vitet, quod alios non offendat, cum quibus debet conversari, et caetera hujusmodi, quae ad hoc spectant.

die voorschriften tot de natuurwet, die daarop betrekking hebben, b. v. dat hij de onwetendheid vlucht, dat hij degenen, met wie hij samen leeft, geen onrecht aandoet, en dergelijke, die daar mede in verband staan.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Al die voorschriften van de natuurwet vallen onder één natuurwet, voor zoover ze betrekking hebben op een eerste voorschrift.

2. Alle neigingen van welk deel der menschelijke natuur ook, b. v. van het begeerend of van het weerstrevend streefvermogen behooren tot de natuurwet voor zoover ze door het verstand geregeld worden, en worden teruggebracht tot één eerste beginsel, zooals (in de Leerstelling) gezegd is. In dien zin zijn de voorschriften van de natuurwet veelvuldig, wanneer men ze op zichzelf beschouwt, terwijl ze alle in één beginsel overeenkomen.

3. Ofschoon het verstand op zichzelf genomen één is, geeft het toch richting aan alles, wat op de menschen betrekking heeft. En in dien zin valt alles, wat door het verstand kan geregeld worden, onder de wet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnia ista praecepta legis naturae, inquantum referuntur ad unum primum praeceptum, habent rationem unius legis naturalis.

AD SECUNDUM dicendum, quod omnes hujusmodi inclinationes quarumcumque partium naturae humanae, puta concupiscibilis et irascibilis, secundum quod regulantur ratione, pertinent ad legem naturalem, et reducuntur ad unum primum praeceptum, ut dictum est [in corp.]. Et secundum hoc sunt multa praecepta legis naturae in seipsis, quae tamen communicant in una radice.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio etsi in se una sit, tamen est ordinativa omnium, quae ad homines spectant. Et secundum hoc sub lege rationis continentur omnia ea, quae ratione regulari possunt.

III^e ARTIKEL.

Vallen alle deugddaden onder de natuurwet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat niet alle deugddaden onder de natuurwet vallen. — 1. Immers, zooals hierboven gezegd is (XC^e Kw., 2^e Art.), is het eigen aan de wet te ordenen tot het algemeen welzijn. Welnu sommige deugddaden zijn geordend tot het particulier welzijn van iemand, zooals vooral blijkt bij de daden van de matigheid. Dus vallen niet alle deugddaden onder de natuurwet.

2. Alle zonden zijn aan een of andere deugddaad tegenovergesteld. Indien dus alle deugddaden onder de natuurwet zouden vallen, dan moeten alle zonden tegen de natuur zijn, wat maar van enkele zonden speciaal gezegd wordt.

3. In die dingen, die overeenkomstig de natuur zijn, komen allen overeen. Maar in het stellen van deugddaden komen niet allen overeen; iets immers wat voor den een goed is, is voor een ander slecht. Dus vallen niet alle deugddaden onder de natuurwet.

ARTICULUS III.

Utrum omnes actus virtutum sint de lege naturae.

[4. Dist. 13. q. 1. art. 3. q. 1. ad 4].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod non omnes actus virtutum sint de lege naturae : quia, ut supra dictum est [q. 90. art. 2.), de ratione legis est, ut ordinetur ad bonum commune; sed quidam virtutum actus ordinantur ad bonum privatum alicujus, ut patet praecipue in actibus temperantiae; non ergo omnes actus virtutum legi subduntur naturali.

2. PRÆTEREA, omnia peccata aliquibus virtuosis actibus opponuntur; si igitur omnes actus virtutum sint de lege naturae, videtur ex consequenti, quod omnia peccata sint contra naturam, quod tamen specialiter de quisbusdam peccatis dicitur.

3. PRÆTEREA, in his quae sunt secundum naturam, omnes convenuint; sed in actibus virtutum non omnes conveniunt : aliquid enim est virtuosum

Maar daartegenover staat het gezegde van Damascenus in het III^e Boek van zijn werk *Over het ware Geloof* (XIV^e H.), dat de deugden natuurlijk zijn. Dus zijn de deugddaden aan de natuurwet onderworpen.

LEERSTELLING. — Men kan over deugddaden spreken op twee manieren : ten eerste, juist in zoover ze deugddaden zijn; ten tweede, in zoover het die bepaalde daden zijn, beschouwd in hun eigen soort.

Indien we over deugddaden spreken, juist in zoover ze deugddaden zijn, dan behooren alle deugddaden tot de natuurwet. We hebben immers (in het vorig Artikel) gezien, dat tot de natuurwet behoort al datgene, waartoe de mensch overeenkomstig zijn natuur geneigd is. Alles nu is van nature geneigd tot die werking, die met zijn wezensvorm overeenkomt, zooals het vuur tot verwarmen. Daar dus de redelijke ziel de wezensvorm van den mensch is, is er in iederen mensch een natuurlijke neiging om te handelen overeenkomstig de rede; en dit is handelen overeenkomstig de deugd. Bijgevolg vallen alle deugddaden onder de natuurwet. Ieders verstand immers schrijft van nature aan eenieder voor, dat men deugdzaam moet handelen.

---

uni, quod est alteri vitiosum; ergo non omnes actus virtutum sunt de lege naturae.

SED CONTRA est, quod Damascenus dicit in 3. lib. [Orth. Fid. cap. 14], quod virtutes sunt naturales; ergo et actus virtuosi subjacent legi naturae.

RESPONDEO dicendum, quod de actibus virtuosis dupliciter loqui possumus: uno modo, inquantum sunt virtuosi; alio modo, inquantum sunt tales actus in propriis speciebus considarati.

Si igitur loquamur de actibus virtutum, inquantum sunt virtuosi, sic omnes actus virtuosi pertinent ad legem naturae. Dictum est enim [art. praec.], quod ad legem naturae pertinet omne illud, ad quod homo inclinatur secundum suam naturam. Inclinatur autem unumquodque naturaliter ad operationem sibi convenientem secundum suam formam, sicut ignis ad calefaciendum. Unde cum anima rationalis sit propria forma hominis, naturalis inclinatio inest

Maar indien men over de deugddaden spreekt op zichzelf, beschouwd in hun eigen soort, vallen niet alle deugddaden onder de natuurwet. Vele daden immers vallen onder de deugd, waartoe de mensch van nature uit niet onmiddellijk geneigd is, maar die na een verstandelijk onderzoek nuttig bevonden worden om goed te leven.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De matigheid is gericht op de natuurlijke begeerte naar spijs, drank en geslachtsleven, die echter geordend zijn tot het algemeen belang van de natuur, zooals de andere wettelijke voorschriften gericht zijn op het algemeen belang in de zedelijke orde.

2. Als de natuur van den mensch kan men aanzien, ofwel de natuur, die eigen is aan den mensch, en in zoover zijn alle zonden, juist omdat ze tegen de rede ingaan, tegennatuurlijk, zooals Damascenus zegt in het II[e] Boek van zijn werk *Over het ware Geloof* (XXX[e] H.), ofwel de natuur die eigen is aan den mensch en aan de overige dieren, en in zoover zegt men van sommige zonden speciaal, dat ze tegennatuurlijk zijn, zooals het geslachtsverkeer tusschen mannen, dat speciaal een tegennatuurlijk zonde

---

cuilibet homini ad hoc, quod agat secundum rationem; et hoc est agere secundum virtutem. Unde secundum hoc omnes actus virtutum sunt de lege naturali : dicat enim hoc naturaliter unicuique propria ratio, ut virtuose agat.

Sed si loquamur de actibus virtuosis secundum seipsos, prout scilicet in propriis speciebus considerantur, sic non omnes actus virtuosi sunt de lege naturae : multa enim secundum virtutem fiunt, ad quae natura non primo inclinat; sed per rationis inquisitionem ea homines adinvenerunt, quasi utilia ad bene vivendum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod temperantia est circa concupiscentias naturales cibi et potus et venereorum, quae quidem ordinantur ad bonum commune naturae; sicut et alia legalia ordinantur ad bonum commune morale.

AD SECUNDUM dicendum, quod natura hominis potest dici vel illa, quae est propria hominis; et secundum hoc omnia peccata, inquantum sunt contra rationem, sunt etiam contra naturam, ut patet per Damascenum in 2. lib. [Orth. Fid. cap. 30.]; vel illa, quae est communis homini et aliis anima-

genoemd wordt, ingaat tegen het verkeer tusschen het mannelijk en het vrouwelijk individu, wat voor alle dieren overeenkomstig de natuur is.

3. Die redeneering gaat uit van de daden, op zichzelf beschouwd. In dat geval immers gebeurt het, om de verschillende levensomstandigheden van de menschen, dat sommige daden voor sommigen deugdelijk zijn, in zoover ze aan hun levensomstandigheden aangepast zijn, terwijl ze voor anderen verkeerd zijn, in zoover ze aan hun levensomstandigheden niet aangepast zijn.

IV^e ARTIKEL.

Is de natuurwet voor allen gelijk?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de natuurwet niet voor allen gelijk is. — 1. In de *Decreten* immers staat geschreven (I^e Deel) : « *Het natuurrecht is dat, wat vervat is in de Wet en in het Evangelie* ». Welnu dit is niet gelijk voor allen, want « *niet*

---

libus; et secundum hoc quaedam specialia peccata dicuntur esse contra naturam, sicut contra commixtionem maris et foeminae, quae est naturalis omnibus animalibus, est concubitus masculorum, quod specialiter dicitur vitium contra naturam.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit de actibus secundum seipsos consideratis : sic enim propter diversas hominum conditiones contingit, quod aliqui actus sunt virtuosi, tamquam eis proportionati et convenientes, qui tamen sunt aliis vitiosi, tamquam eis non proportionati.

ARTICULUS IV.

Utrum lex naturae sit una apud omnes.

[3. Dist. 37. art. 3. corp. et 4. Dist. 33. q. 1. art. 1. corp. et art. 2. ad 1.]

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod lex naturae non sit una apud omnes : dicitur enim in Decretis [dist. 1, in praef. Gratiani], quod jus naturale est quod in Lege et in Evangelio continetur; sed hoc non est com-

allen gehoorzamen aan het Evangelie », zegt de *Brief aan de Romeinen* (10, 16). Dus is de natuurwet niet voor allen gelijk.

2. Datgene wat overeenkomstig de wet is, wordt rechtmatig genoemd, zooals we lezen in het V^e^ Boek der *Ethica* (I^e^ H., N^r^ 12). Maar in hetzelfde Boek wordt gezegd (VII^e^ H., N^r^ 4), dat niets zóó rechtmatig is voor allen, zonder dat het voor sommigen verschilt. Dus is ook de natuurwet niet gelijk voor allen.

3. Tot de natuurwet behoort datgene waartoe de mensch van nature geneigd is, zooals hierboven gezegd is (2^e^ Art). Welnu verschillende menschen zijn van nature tot verschillende dingen geneigd; zoo toonen sommigen een neiging tot zingenot, anderen naar eerbejag, nog anderen naar iets anders. Dus is de natuurwet niet voor allen gelijk.

Maar daartegenover staat het gezegde van Isidorus in het V^e^ Boek van zijn *Etymologieën* (IV^e^ H.): « *Het natuurrecht is aan ieder volk gemeen* ».

LEERSTELLING. — Zooals vroeger gezegd is (2^e^ Art.), behooren die dingen tot de natuurwet, waartoe de mensch van na-

---

mune omnibus, quia, ut dicitur Rom. 10 [v. 16] : « Non omnes obediunt Evangelio ». Ergo lex naturalis non est una apud omnes.

2. PRÆTEREA, quae sunt secundum legem, justa esse dicuntur, ut dicitur in 5. Ethic. [cap. 1.] ; sed in eodem lib. [cap. 77.] dicitur, quod nihil est ita justum apud omnes, quin apud aliquos diversificetur; ergo etiam lex naturalis non est apud omnes eadem.

3 PRÆTEREA, ad legem naturae pertinet id, ad quod homo secundum naturam suam inclinatur, ut supra dictum est [art. 2. huj. q.] ; sed diversi homines naturaliter ad diversa inclinatur, alii quidem ad concupiscentiam voluptatum, alii ad desideria honorum, alii ad alia; ergo non est una lex naturalis opud omnes.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in lib. 5 Etymologiarum [cap. 4.] : « Jus naturale est commune omni nationi ».

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [art. 2. huj. q.], ad legem naturae pertinent ea, ad quae homo naturaliter inclinatur, inter quae

ture geneigd is. Daaronder valt ook, wat dan eigen is aan den mensch, dat hij geneigd is te handelen volgens de rede. Welnu het is eigen aan de rede, van het algemeene over te gaan op het bijzondere, zooals blijkt uit het I^e Boek der *Physica* (I^e H.). Hiertoe echter verhoudt zich het beschouwend verstand anders dan het practisch verstand. Immers daar het voorwerp van het beschouwend verstand het noodzakelijke is, dat onmogelijk anders kan zijn, wordt de waarheid zonder afwijking gevonden, zoowel in de gevolgtrekkingen als in de algemeene beginselen. Het voorwerp van het practisch verstand is integendeel het wisselvallige, waarop de handelingen van den mensch zich betrekken. Daaruit volgt, dat, hoewel er in de algemeene beginselen eenige noodzakelijkheid is, deze vermindert, naarmate men tot het bijzondere afdaalt.

Wat het beschouwend verstand betreft, is dus dezelfde waarheid voor allen, zoowel met betrekking tot de beginselen als met betrekking tot de gevolgtrekkingen, hoewel zij niet door allen gekend zijn met betrekking tot de gevolgtrekkingen, maar alleen met betrekking tot de beginselen die algemeen genoemd worden. Wat echter het practisch verstand betreft, is niet dezelfde waar-

---

homini proprium est, ut inclinetur ad agendum secundum rationem. Ad rationem autem pertinet ex communibus ad propria procedere, ut patet ex 1. Physicor. [cap. 1.]; aliter tamen circa hoc se habet ratio speculativa, et aliter practica. Quia enim ratio speculativa praecipue negotiatur circa necessaria, quae impossibile est aliter se habere, absque aliquo defectu invenitur veritas in conclusionibus propriis, sicut et in principiis communibus. Sed ratio practica negotiatur circa contingentia, in quibus sunt operationes humanae: et ideo, si in communibus sit aliqua necessitas, quanto magis ad propria descenditur, tanto magis invenitur defectus.

Sic igitur in speculativis est eadem veritas apud omnes tam in principiis, quam in conclusionibus, licet veritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus, sed solum in principiis, quae dicuntur communes conceptiones. In operativis autem non est eadem veritas vel rectitudo pratica apud omnes quantum ad propria, sed solum quantum ad communia; et apud illos, apud quos est eadem rectitudo in propriis, non est aequaliter omnibus nota.

heid of practische rechtgeordendheid voor allen, met betrekking tot de bijzondere stellingen, maar alleen met betrekking tot de algemeene; en die dingen, waarin de rechtgeordendheid met betrekking tot de bijzondere stellingen voor allen dezelfde is, zijn niet door allen op dezelfde manier gekend.

Uit bovenstaande blijkt dus, dat met betrekking tot de algemeene beginselen zoowel van het beschouwend verstand als van het practisch verstand, de waarheid en de rechtgeordendheid voor allen dezelfde zijn, en ook door allen op gelijke wijze gekend zijn. De bijzondere conclusies echter van het beschouwend verstand zijn voor allen even waar, hoewel ze niet door allen op gelijke wijze gekend zijn. Zoo is het b. v. voor allen even waar, dat de drie hoeken van een driehoek gelijk zijn aan twee rechte hoeken, ofschoon allen dit niet weten. Maar de bijzondere conclusies van het practisch verstand zijn voor allen niet even waar of rechtgeordend, en voor wie ze wel even waar zijn, zijn ze niet op gelijke wijze gekend. Immers voor allen is het even waar en rechtgeordend, dat men volgens de rede moet handelen. Uit dit beginsel volgt bij wijze van bijzondere conclusie, dat het geleende teruggeven moet worden. Dit nu is in de meeste gevallen waar,

---

Sic igitur patet, quod quantum ad communia principia rationis sive speculativae, sive praticae, est eadem veritas seu rectitudo apud omnes, et aequaliter nota. Quantum vero ad proprias conclusiones rationis speculativae est eadem veritas apud omnes, non tamen aequaliter omnibus nota : apud omnes enim verum est, quod triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis, quamvis hoc non sit omnibus notum. Sed quantum ad proprias conclusiones rationis praticae, nec est eadem veritas seu rectitudo apud omnes, nec etiam apud quos est eadem, est aequaliter nota. Apud omnes enim hoc rectum est et verum, ut secundum rationem agatur. Et hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria, quod deposita sint reddenda; et hoc quidem ut in pluribus verum est, sed potest in aliquo casu contingere, quod sit damnosum, et per consequens irrationabile, si deposita reddantur; puta si aliquis petat ad impugnandam patriam. Et hoc tanto magis invenitur deficere, quanto magis ad particularia descenditur, puta si dicatur, quod deposita sunt reddenda cum tali cautione, vel tali modo : quanto enim

hoewel het in een bijzonder geval kan voorkomen, dat het schadelijk en dus onredelijk is, het geleende terug te geven, b. v. indien iemand het terug zou vragen, om tegen zijn vaderland te strijden. Naarmate men nu meer tot het bijzondere afdaalt, vindt men meer afwijkingen, b. v. indien men zegt, dat het geleende teruggegeven moet worden onder bepaalde voorzorgen of op bepaalde wijze. Immers hoe meer bijzondere voorwaarden men er bij voegt, des te talrijker zullen de afwijkingen zijn, zoodat het niet rechtgeordend is, terug te geven of niet.

Na al het voorgaande moet men dus besluiten, dat de natuurwet wat de eerste algemeene beginselen betreft, voor allen dezelfde is, zoowel met betrekking tot de rechtgeordendheid, als met betrekking tot de kennis. Maar wat sommige bijzondere gevallen betreft, die als 't ware conclusies zijn van de algemeene beginselen, is zij voor allen in de meeste gevallen hetzelfde, zoowel met betrekking tot de rechtgeordendheid als met betrekking tot de kennis. In sommige gevallen echter laat zij een afwijking toe, én met betrekking tot de rechtgeordendheid, wegens sommige bijzondere hindernissen (zooals men soms ook in het ontstaan en vergaan der natuurdingen door hindernissen afwijkingen vindt), én met betrekking tot de kennis, en dit daar som-

---

plures conditiones particulares aponuntur, tanto pluribus modis poterit deficere, ut non sit rectum, vel in reddendo, vel non reddendo.

Sic igitur dicendum est, quod lex naturae, quantum ad prima principia communia, est eadem apud omnes, et secundum rectitudinem, et secundum notitiam. Sed quantum ad quaedam propria, quae sunt quasi conclusiones principiorum communium, est eadem apud omnes etiam ut in pluribus, et secundum rectitudinem, et secundum notitiam, sed ut in paucioribus potest deficere, et quantum ad rectitudinem, propter aliqua particularia impedimenta [sicut etiam naturae generabiles et corruptibiles deficiunt ut in paucioribus propter impedimenta, et etiam quantum ad notitiam. Et hoc propter hoc, quod aliqui habent depravatam rationem ex passione, seu ex mala consuetudine, seu ex mala habitudine naturae; sicut apud Germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum, cum tamen sit expresse contra legem naturae, ut refert Julius Caesar in lib. 6. de Bello Gallico [cap. 23.].

migen een door de hartstocht, of door slechte gewoonte, of door verkeerde natuursgesteltenis verduisterde rede hebben. Zoo werd b. v. vroeger bij de Germanen roof niet voor onrechtvaardig gehouden, ofschoon het uitdrukelijk tegen de natuurwet is. Dit verhaalt Julius Caesar in het VI^e^ Boek *Over den gallischen Oorlog* (XXIII^e^ H.).

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Dit gezegde moet niet zoo verstaan worden, alsof alles, wat in de Wet en het Evangelie vervat is, tot de natuurwet zou behooren. Vele dingen immers, die er in vervat zijn, zijn boven de natuur. Maar die dingen, die tot de natuurwet behooren, worden daar in hun volheid gevonden. Vandaar laat Gratianus op zijn gezegde, dat het natuurrecht in de Wet en het Evangelie vervat ligt, onmiddellijk volgen: « *Waardoor het aan allen opgelegd wordt, aan een ander te doen, wat hij wil, dat hem geschiedt, en niet te doen, wat hij niet wil, dat hem geschiedt* ».

2. Het gezegde van den Wijsgeer moet verstaan worden van die dingen, die van nature rechtmatig zijn, niet als algemeene beginselen, maar als daaruit afgeleide gevolgtrekkingen, die in

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod verbum illud non est sic intelligendum, quasi omnia, quae in lege et in Evangelio continentur, sint de lege naturae, cum multa tradantur ibi supra naturam. Sed ea, quae sunt de lege naturae, plenarie ibi traduntur; unde cum dixisset Gratianus, quod jus naturale est, quod in Lege et Evangelio continetur, statim exemplificando subjunxit : « quisque jubetur (1) alii facere, quod sibi vult fieri. »

AD SECUNDUM dicendum, quod verbum Philosophi est intelligendum de his, quae sunt naturaliter justa, non sicut principia communia, sed sicut quaedam conclusiones ex his derivatae; quae ut in pluribus habent rectitudinem, et ut in paucioribus deficiunt.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut ratio in homine dominatur et imperat aliis potentiis; ita oportet quod omnes inclinationes naturales ad alias potentias pertinentes ordinentur secundum rationem; unde hoc est apud omnes

(1) quo quisque jubetur.

de meeste gevallen rechtgeordend zijn, maar in sommige gevallen niet.

3. Evenals de rede in den mensch de andere vermogens beheerscht en beveelt, zoo ook moeten alle natuurlijke neigingen der andere vermogens geregeld worden overeenkomstig de rede. Vandaar is dit voor allen in het algemeen rechtmatig, dat alle neigingen van de menschen geregeld worden door de rede.

Ve ARTIKEL.

Kan de natuurwet veranderd worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert dat de natuurwet veranderd kan worden. — 1. Immers op het woord van het Boek *Ecclesiasticus* (17, 9) : « Gegeven heeft hij hun levenstucht en een levenswet », laat de gewone Glossa volgen : « *Om de natuurwet te verbeteren heeft hij een geschreven wet gewild.* » Welnu datgene, wat verbeterd wordt, verandert. Dus kan de natuurwet veranderd worden.

---

communiter receptum, ut secundum rationem dirigantur omnes hominum inclinationes.

ARTICULUS V.

Utrum lex naturae mutari possit.

[Supr. art. 4. corp. et ad 2. et infr. q. 97. art. 1. ad 1. et Dist. 37. art. 3. corp. et 4. Dist. 33. q. 1. corp. et art. 2. ad 1.].

AD QUINDUM sic proceditur. Videtur, quod lex naturae mutari possit, quia super illud Eccli. 17 [v. 9] : « Addidit eis disciplinam, et legem vitae », ut dicit Glossa [ordin.], « legem literae, quantum ad correctionem legis naturalis, scribi voluit ». Sed illud, quod corrigitur, mutatur; ergo lex naturalis potest mutari.

2. Tegen de natuurwet is het dooden van een onschuldige, overspel en diefstal. Welnu die dingen heeft God veranderd nl. toen Hij aan Abraham beval zijn onschuldigen zoon te dooden (*Genesis*, 22, 2), en toen de Joden het geleende vaatwerk van de Egyptenaren moesten stelen (*Exodus*, 12, 35 v. v.), en toen Hij Osee beval een overspelige vrouw te nemen (*Osee*, 1, 2). Dus kan de natuurwet veranderd worden.

3. Isodorus zegt in het V^e^ Boek van zijn *Etymologieën* (IV^e^ H.) : « *Het gemeenschappelijk bezit van alles en de persoonlijke vrijheid vallen onder het natuurrecht* ». Maar die dingen zien we door menschelijke wetten veranderd worden. Dus kan de natuurwet veranderd worden.

Maar daartegenover staat het gezegde in de *Decreten* (V^e^ D.) : « *Het natuurrecht is bij de schepping van het redelijk schepsel begonnen, en is gedurende den tijd niet veranderd, maar duurt onveranderlijk voort* ».

LEERSTELLING. — Dat de natuurwet veranderd wordt, kan men op twee manieren verstaan; ten eerste zóó, dat er iets aan toe-

---

2. PRÆTEREA, contra legem naturalem est occisio innocentis, et etiam adulterium et furtum; sed ista inveniuntur esse mutata a Deo, puta cum Deus praecepit Abrahae, quod occideret filium innocentem, ut habetur Gen. 22 [v. 2], et cum praecepit Judaeis, ut mutuata Aegyptiorum vasa subriperent, ut habetur Exod. 12 [v. 35 s. q. q.], et cum praecepit Oseae, ut uxorem fornicariam acciperet, ut habetur Oseae 1 [v. 2]; ergo lex naturalis potest mutari.

3. PRÆTEREA, Isidorus dicit in lib. 5 Etymolog. [cap. 4.], quod communis omnium possessio, et una libertas est de jure naturali; sed haec videmus esse mutata per leges humanas; ergo videtur, quod lex naturalis sit mutabilis.

SED CONTRA est, quod dicitur in Decretis, dist 5. [seu in praeludio] : « Naturale jus ab exordio rationalis creaturae; nec variatur tempore, sed immutabile permanet » .

gevoegd wordt, en zoo is er niets tegen, dat de natuurwet, veranderd wordt; vele dingen immers, die voor het menschelijk leven goed zijn, zijn aan de natuurwet toegevoegd, zoowel door de goddelijke wet als door de menschelijke wet. Op een andere manier kan de verandering der natuurwet nog door onttrekking verstaan worden, nl. wanneer iets ophoudt tot de de natuurwet te behooren, wat er te voren toe behoorde.

Met betrekking tot de eerste beginselen van de natuurwet, is ze absoluut onveranderlijk. Met betrekking echter tot de afgeleide voorschriften, die eigen en onmiddellijke gevolgtrekkingen van de eerste beginselen zijn, wordt de natuurwet niet in die mate veranderd, dat het niet meer in de meeste gevallen rechtmatig zou zijn, wat de natuurwet behelst; echter kan zij in een bijzonder geval en bij wijze van uitzondering, wegens speciale oorzaken, die de onderhouding van dergelijke voorschriften verhinderen, veranderd worden, zooals hierboven gezegd is (4e Art.).

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Men zegt, dat de geschreven wet gegeven is tot verbetering van de natuurwet, ofwel

---

RESPONDEO dicendum, quod lex naturalis potest intelligi mutari dupliciter. Uno modo per hoc quod aliquid ei addatur, et sic nihil prohibet, legem naturalem mutari. Multa enim supra legem naturalem superaddita sunt ad humanam vitam utilia tam per legem divinam, quam etiam per leges humanas. Alio modo potest intelligi mutatio legis naturalis per modum subtractionis, ut scilicet aliquid desinat esse de lege naturali, quod prius fuit secundum legem naturalem.

Et sic, quantum ad prima principia legis naturae, lex naturae est omnino immutabilis; quantum autem ad secunda praecepta, quae diximus esse quasi quasdam proprias conclusiones propinquas primis principiis, sic lex naturalis non immutatur, quin ut in pluribus sit rectum semper, quod lex naturalis habet, potest tamen mutari et in aliquo particulari, et in paucioribus, propter aliquas speciales causas impedientes observantiam talium praeceptorum, ut supra dictum est [art. praec.].

AD PRIMUM ergo dicendum, quod lex scripta dicitur esse data ad correctionem legis naturalis, vel quia per legem scriptam suppletum est, quod

omdat door de geschreven wet aangevuld wordt wat aan de natuurwet ontbreekt, ofwel omdat de natuurwet in de harten van sommigen met betrekking tot sommige voorschriften bedorven was, zoodat zij dachten dat iets wat van nature verkeerd was, goed was. Die verbetering was noodig voor dergelijke verdorvenheid.

2. Een natuurlijken dood sterven allen, zoowel schuldigen als onschuldigen. Die natuurlijke dood is door Gods macht aan de menschen opgelegd om de erfzonde, volgens het woord uit het I^e^ Boek *Koningen* (2, 6) : « *De Heer doodt, en maakt levend.* » Daarom kan zonder eenige onrechtvaardigheid op bevel van God ieder mensch gedood worden, hetzij hij schuldig is of niet. Echtbreuk is geslachtelijke omgang met iemand, die volgens de door God gestelde wet de vrouw is van een ander. Wanneer bijgevolg iemand op bevel van God geslachtsomgang heeft met welke vrouw ook, is dat geen echtbreuk noch ontucht. Dezelfde redeneering gaat ook op voor diefstal, wat een toeeigening is van iets wat toebehoort aan een ander. Want al wat iemand zich toeeigent op bevel van God, die de Heer is van alles, eigent hij zich niet toe zonder den wil van den bezitter, en dat alleen is stelen. Want niet alleen in de menschelijke samenleving is dat, wat door God bevolen

---

legi naturae deerat, vel quia lex naturae in aliquorum cordibus quantum ad aliqua corrupta erat, intantum ut existimarent esse bona, quae naturaliter sunt mala : et talis corruptio correctione indigebat.

AD SECUNDUM dicendum, quod naturali morte moriuntur omnes communiter tam nocentes, quam innocentes. Quae quidem naturalis mors divina potestate inducitur propter peccatum originale, secundum illud 1. Reg. 2 [v. 6] : « Dominus mortificat et vivificat ». Et ideo absque aliqua injustitia secundum mandatum Dei potest infligi mors cuicumque homini, vel nocenti, vel innocenti. Similiter etiam adulterium est concubitus cum uxore aliena, quae quidem est ei deputata secundum legem Dei divinitus traditam; unde ad quamcumque mulierem aliquis accedat ex mandato divino, non est adulterium, nec fornicatio. Et eadem ratio est de furto, quod est acceptio rei alienae : quidquid enim accipit aliquis ex mandato Dei, qui est Dominus universorum, non accipit absque voluntate domini, quod est furari. Nec solum in rebus humanis quidquid a Deo mandatur, hoc ipso est debitum, sed etiam

wordt, daardoor alleen plicht, maar ook is in de natuurdingen al wat door God gedaan wordt in een zekeren zin natuurlijk, zooals we gezegd hebben in het I^e Deel (CV^e Kw., 6^e Art., antw. op de 1^e Bed.).

3. Om twee redenen kan men zeggen, dat iets onder het natuurrecht valt : ten eerste, omdat de natuur er een neiging toe heeft, zooals : men mag een ander geen onrecht aandoen; ten tweede, omdat de natuur het tegenovergestelde niet ingevoerd heeft. Zoo zouden we kunnen zeggen, dat het overeenkomstig het natuurrecht is, dat de mensch naakt is, omdat de natuur hem geen kleeding gegeven heeft, maar ze door de kunstvaardigheid is uitgedacht. In dien zin nu zegt men, dat het gemeenschappelijk persoonlijk bezit en de persoonlijke vrijheid vallen onder het natuurrecht, omdat het onderscheid in bezit, en de slavernij niet door de natuur zijn ingevoerd, maar door het menschelijk verstand uitgedacht, ten nutte van de menschelijke samenleving. Ook hierin verandert de natuurwet niet, tenzij door bijvoeging.

---

in rebus naturalibus a Deo fit, est naturale quodammodo, ut in 1. dictum est [q. 105. art. 6. ad 1.].

AD TERTIUM dicendum, quod aliquid dicitur esse de jure naturali dupliciter : uno modo, quia ad hoc natura inclinat, sicut non esse injuriam alteri faciendam; alio modo, quia natura non inducit contrarium, sicut possemus dicere, quod hominem esse nudum est de jure naturali, quia natura non dedit ei vestitum, sed ars adinvenit. Et hoc modo communis omnium possessio, et omnium una libertas dicitur esse de jure naturali, quia scilicet distinctio possessionum, et servitus non sunt inductae a natura, sed per hominum rationem ad utilitatem humanae vitae. Et sic etiam in hoc lex naturae non est mutata nisi per additionem.

VI^e^ ARTIKEL.

Kan de natuurwet uit de harten der menschen uitgewischt worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de natuurwet uit de harten der menschen kan uitgewischt worden. — 1. Immers de gewone Glossa laat op het gezegde uit den *Brief aan de Romeinen* (2. 14) : «Wanneer de volken, die geen wet hebben» enz., volgen, dat *de wet der gerechtigheid, die de schuld uitgewischt had, in het hart van den mensch geschreven wordt, zoodra hij door de genade vernieuwd wordt.* Maar de wet der gerechtigheid is de natuurwet. Dus kan de natuurwet uitgewischt worden.

2. De wet der genade is sterker dan de natuurwet Welnu, de wet der genade wordt door schuld uitgewischt. Dus veel meer ook de natuurwet.

3. Wat door de wet wordt vastgesteld, wordt als iets rechtvaardigs opgelegd. Maar vele dingen worden door de menschen vastgesteld tegen de natuurwet. Dus kan de natuurwet uit de harten uitgewischt worden.

ARTICULUS VI.

Utrum lex naturae possit a corde hominis aboleri.

[Infr. q. 99. art. 2. ad 2.].

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod lex naturae possit a corde hominis aboleri : quia Rom. 2. [v. 14] super illud : « Cum gentes, quae legem non habent » etc. dicit Glossa [ordin.], quod in interiori homine per gratiam innovato lex justitiae inscribitur, quam deleverat culpa; sed lex justitiae est lex naturae; ergo lex naturae potest deleri.

2. PRÆTEREA, lex gratiae est efficacior, quam lex naturae; sed lex gratiae deletur per culpam; ergo multo magis lex naturae potest deleri.

3. PRÆTEREA, illud quod lege statuitur, inducitur quasi justum; sed multa sunt ab hominibus statuta contra legem naturae; ergo lex naturae potest a cordibus hominum aboleri.

Maar daartegenover staat het gezegde van Augustinus in het IIe Boek van zijn *Belijdenissen* (IVe H.) : « *Uw wet is in de harten der menschen geschreven, en kan door geen enkele ongerechtigheid verwoest worden* ». Maar de wet, die in de harten geschreven is, is de natuurwet. Dus kan de natuurwet niet uitgewischt worden.

LEERSTELLING. — Zooals vroeger gezegd is (4e en 5e Art.), behooren op de eerste plaats tot de natuurwet sommige zeer algemeene voorschriften, die door allen gekend zijn; op de tweede plaats, enkele secundaire voorschriften, die als conclusies zijn, die aan de algemeene beginselen nog zeer nabij zijn.

Met betrekking tot die algemeene beginselen, kan de natuurwet onmogelijk volkomen uit de harten der menschen uitgewischt worden; wel kan zij in een bijzonder geval uitgewischt worden, in zoover het verstand door de begeerlijkheid of een andere hartstocht verhinderd wordt een algemeen beginsel toe te passen op een bijzonder geval, zooals vroeger gezegd is (LXXVIIe Kw., 2e Art.). Met betrekking tot de andere, secundaire beginselen kan de natuurwet uit de harten der menschen uitgewischt worden, of-

---

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in 2. Confess. [cap. 4.] : « Lex tua scripta est in cordibus hominum, quam nec ulla quidem delet iniquitas ». Sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis; ergo lex naturalis deleri non potest.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [art. 4. et 5.], ad legem naturalem pertinent, primo quidem quaedam praecepta communissima, quae sunt omnibus nota; secundario autem quaedam secundaria praecepta magis propria, quae sunt quasi conclusiones propinquae principiis.

Quantum ergo ad illa principia communia, lex naturalis nullo modo potest e cordibus hominum deleri in universali; deletur tamen in particulari operabili, secundum quod ratio impeditur applicare commune principium ad particulare operabile, propter concupiscentiam vel aliquam aliam passionem, ut supra dictum est [q. 77. art. 2.]. Quantum vero ad alia praecepta secundaria, potest lex naturalis deleri de cordibus hominum, vel propter malas persuasiones,

wel door verkeerde overreding (op dezelfde manier, waardoor ook in de beschouwende wetenschap dwalingen voorkomen met betrekking tot noodzakelijke conclusies), of ook wel door verkeerde gewoonten en bedorven hebbelijkheden, zooals bij sommigen roof of zonden tegen de natuur niet voor verkeerd werden gehouden. (Vgl. 4e Art.). Daarover spreekt de Apostel in zijn *Brief aan de Romeinen* (1, 24 vv.).

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De schuld wischt de natuurwet uit met betrekking tot een particulier geval, niet met betrekking tot alle gevallen, tenzij voor de secundaire voorschriften der natuurwet, op de manier waarop we dat (in de Leerstelling) verklaard hebben.

2. Ofschoon de genade krachtdadiger werkt dan de natuur, is toch de natuur meer wezenlijk in den mensch en dus meer blijvend.

3. Die redeneering gaat uit van de secundaire voorschriften van de natuurwet, waartegen sommige wetgevers enkele voorschriften gemaakt hebben, die onrechtvaardig zijn.

---

eo modo quo etiam in speculativis errores contingunt circa conclusiones necessarias, vel etiam propter pravas consuetudines et habitus corruptos, sicut apud quosdam non reputabantur latrocinia peccata, vel etiam vitia contra naturam, ut etiam Apostolus dicit Rom. 1. [v. 24 sqq.].

AD PRIMUM ergo dicendum, quod culpa delet legem naturae in particulari, non autem in universali, nisi forte quantum ad secunda praecepta legis naturae, eo modo quo dictum est [in corp.].

AD SECUNDUM dicendum, quod gratia etsi sit efficacior quam natura, essentialior est homini, et ideo magis permanens.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit de secundis praeceptis legis naturae, contra quae aliqui legislatores statuta aliqua fecerunt, quae sunt iniqua.

VIJF EN NEGENTIGSTE KWESTIE.

OVER DE MENSCHELIJKE WET.

(*Vier Artikelen.*)

Na de natuurwet moeten we onze aandacht wijden aan de menschelijke wet. Op de eerste plaats aan de menschelijke wet, op zich zelf beschouwd; vervolgens aan de bevoegdheid van de menschelijke wet, en op de derde plaats aan hare veranderlijkheid.

Met betrekking tot de menschelijke wet zelf, stellen we vier vragen :

1) Over het nut van de menschelijke wet.
2) Over den oorsprong er van.
3) Over de kwaliteiten er van.
4) Over de verdeeling er van.

QUÆSTIO XCV.

DE LEGE HUMANA.

Deinde considerandum est de lege humana, et primo quidem de ipsa lege secundum se; secundo de potestate ejus; tertio de ejus mutabilitate.

Et circa primum quaeruntur quatuor : 1. De utilitate ipsius. — 1. De origine ejus. — 3. De qualitate ipsius. — 4. De divisione ejusdem.

I^e ARTIKEL.

Is het nuttig, dat er door de menschen wetten gemaakt worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat het niet nuttig is, dat er door de menschen wetten gemaakt worden. — 1. Immers de bedoeling van iedere wet is de menschen goed te maken, zooals hierboven gezegd is (XCII^e Kw., 1^e Art.). Welnu de menschen worden gemakkelijker vrijwillig tot het goede aangespoord door vermaningen, dan gedwongen door wetten. Dus is het niet nuttig dat er wetten gemaakt worden.

2. De Wijsgeer zegt in het V^e Boek zijner *Ethica* (IV^e H., N^r 7), dat *de menschen tot den rechter hun toevlucht nemen, als tot het levende recht.* Welnu de levende gerechtigheid is beter dan de doode, die door de wetten uitgedrukt wordt. Dus was het beter geweest, dat de uitvoering van de gerechtigheid geschiedde door het oordeel van rechters, dan dat er wetten gemaakt werden.

ARTICULUS I.

Utrum fuerit utile aliquas leges poni ab hominibus.

[Supr. q. 91. art. 3. et 2. Dst. 9. art. 3. corp. ad 2. et ad 5. et 3. Dst. 40. art. 2.].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non fuerit utile aliquas leges poni ab hominibus : intentio enim cujuslibet legis est, ut per eam homines fiant boni, sicut supra dictum est [q. 92. art. 1.]; sed homines magis inducuntur ad bonum voluntarii per monitiones quam coacti per leges; ergo non fuit necessarium leges ponere.

2. PRÆTEREA, sicut dicit Philosophus in 5. Eth. [cap. 4.], « ad judicem confugiunt homines, sicut ad justum animatum ». Sed justitia animata est melior, quam inanimata, quae legibus continetur; ergo melius fuisset, ut executio justitiae committeretur arbitrio judicum quam quod super hoc lex aliqua conderetur.

3. Iedere wet regelt de menschelijke daden, zooals uit het hierboven gezegde blijkt (XC^e Kw., 1^e en 2^e Art.). Maar daar de menschelijke daden gaan over afzonderlijke gevallen, die oneindig in aantal zijn, kunnen die dingen, die dienen om de menschelijke daden te regelen, niet voldoende overwogen worden, tenzij door een wijs man, die de afzonderlijke gevallen nagaat. Dus was het beter geweest, dat de daden geregeld werden door het oordeel van wijze menschen, dan door een of andere wet. Het is dus niet noodzakelijk dat er menschelijke wetten gemaakt worden.

Maar daartegenover staat het gezegde van Isidorus in het V^e Boek van zijn *Etymologieën* (XX^e H.) : « *De wetten zijn gemaakt, opdat door de vrees er voor de driestheid der menschen zou bedwongen worden, zoodat de onschuld veilig zij onder de slechten, en door vrees voor straf, de slechten geremd worden in hun macht om nadeel toe te brengen* ». Welnu deze dingen zijn volstrekt noodig onder de menschen. Dus is het noodig dat er menschelijke wetten gemaakt worden.

LEERSTELLING. — Zooals hierboven gezegd is (LXIII^e Kw., 1^e Art.), is er in den mensch van nature een neiging tot de deugd,

---

3. PRÆTEREA, lex omnis directiva est actuum humanorum, ut ex supradictis patet [q. 90. art. 1. et 2.] ; sed cum humani actus consistant in singularibus, quae sunt infinita, non possunt ea, quae ad directionem humanorum actuum pertinent, sufficienter considerari nisi ab aliquo sapiente, qui inspiciat singula; ergo melius fuisset arbitrio sapientum dirigi actus humanos, quam aliqua lege posita; ergo non fuit necessarium leges humanas ponere.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in lib. 5. Etymol. [cap. 20.] : « Factae sunt leges, ut earum metu humana coerceretur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis formidato supplicio refraenetur nocendi facultas ». Sed haec sunt necessaria maxime humano generi; ergo necessarium fuit ponere leges humanas.

RESPONDEO dicendum, quod sicut ex supradictis patet [q. 63. art. 1.], homini naturaliter inest quaedam aptitudo ad virtutem; sed ipsa virtutis per-

maar de volmaaktheid der deugd bereikt de mensch slechts door tucht, zooals we ook zien, dat de mensch door vinding voorzien wordt in zijn noodzakelijke behoeften, b. v. in spijs en kleeding, waarvoor hij de beginselen van nature heeft, nl. zijn verstand en zijn handen, niet echter de volmaking, zooals de overige dieren, waaraan de natuur voldoende dekking en voedsel gegeven heeft.

Deze tucht kan de mensch zich zelf niet gemakkelijk opleggen, daar de volmaaktheid der deugd voornamelijk bestaat in het afhouden van den mensch van ongeoorloofde genoegens, waartoe hij vooral geneigd is, het meest in de jongelingsjaren, waarin hij dan ook een strengere tucht noodig heeft. Daarom moet de tucht, waardoor de menschen tot de deugd geleid worden, door anderen worden opgelegd. Voor jongelieden, die tot de deugd geneigd zijn krachtens een goede gesteltenis van de natuur, of door gewoonte, of meer door Gods genade, is de vaderlijke tucht voldoende, die bestaat uit raadgevingen. Maar de weerbarstige jongelieden, die tot verkeerde daden geneigd zijn en niet gemakkelijk door woorden te overreden zijn, moeten met geweld, of door vrees, van het kwaad afgehouden worden, opdat zij ten-

---

fectio necesse est quod homini adveniat per aliquam disciplinam, sicut etiam videmus, quod per aliquam industriam subvenitur homini in suis necessitatibus, puta in cibo et vestitu, quorum initia quaedam habet a natura, scilicet rationem et manus, non autem ipsum complementum, sicut caetera animalia, quibus natura dedit sufficienter tegumentum et cibum.

Ad hanc autem disciplinam non de facili invenitur homo sibi sufficiens, quia perfectio virtutis praecipue consistit in retrahendo hominem ab indebitis delectationibus, ad quas praecipue homines sunt proni, et maxime juvenes, circa quos est efficacior disciplina. Et ideo oportet, quod hujusmodi disciplinam, per quam ad virtutem perveniatur, homines ab alio sortiantur. Et quidem quantum ad illos juvenes, qui sunt proni ad actus virtutum ex bona dispositione naturae, vel consuetudine, vel magis divino munere, sufficit disciplina paterna, quae est per monitiones. Sed quia inveniuntur quidam protervi et ad vitia proni, qui verbis de facili moveri non possunt, necessarium fuit quod per vim vel metum cohiberentur a malo, ut saltem sic

minste daardoor het kwade niet meer zouden bedrijven en anderen met rust laten, totdat ze ten slotte zoover komen, dat ze uit hun eigen doen, wet ze tevoren uit vrees deden, en deugdzaam worden. Dergelijke tucht, die dwingt door vrees voor straf, is de tucht van de wet. Vandaar is het voor den vrede en de deugd der menschen noodig, dat er wetten gemaakt worden, daar volgens het gezegde van den Wijsgeer in het I^e Boek zijner *Politiek* (II^e H., N^r 12), de mensch het beste van alle dieren is, zoo hij vervolmaakt is door de deugd, gelijk hij het slechtste van alle is, zonder wet en gerechtigheid, want hij heeft het wapen van zijn verstand, om zijn verkeerde neigingen en zijn wreedaardige inborst bot te vieren, wat de overige dieren niet hebben.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Menschen met een goede gesteltenis worden gemakkelijker tot de deugd gebracht door raadgevingen, die een beroep doen op hun wil, dan door dwang; maar zij, die een slechte gesteltenis bezitten, worden niet tot de deugd gebracht tenzij door dwang.

2. De Wijsgeer zegt in het I^e Boek der *Rhetorica* (I^e H., N^r 7): « *Het is beter, dat alles door de wet geregeld wordt, dan*

---

malefacere desistentes, et aliis quietam vitam redderent, et ipsi tandem per hujusmodi assuetudinem ad hoc perducerentur, quod voluntarie facerent, quae prius metu implebant, et sic fierent virtuosi. Hujusmodi autem disciplina, cogens metu poenae, est disciplina legum. Unde necessarium fuit ad pacem hominum et virtutem, quod leges ponerentur, quia, sicut Philosophus dicit in 1. Politic. [cap. 2.], sicut homo si sit perfectus virtute, est optimum animalium, sic si sit separatus a lege et justitia, est pessimum omnium, quia homo habet arma rationis ad explendas concupiscentias et saevitias, quae non habent alia animalia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod homines bene dispositi melius inducuntur ad virtutem monitionibus voluntariis, quam coactione; sed quidam male dispositio non ducuntur ad virtutem, nisi cogantur.

AD SECUNDUM dicendum, quod, sicut Philosophus dicit 1. Rhet. [cap. 1.], melius est omnia ordinari lege, quam dimittere judicum arbitrio.

dat het overgelaten wordt aan het oordeel van rechters ». En dit om drie redenen : ten eerste, omdat het gemakkelijker is weinige wijze lieden te vinden, noodig om goede wetten te maken, dan vele, die noodig zijn om goed te oordeelen over de afzonderlijke gevallen. Ten tweede, omdat zij, die de wetten maken, langen tijd overwegen, wat door de wetten bepaald moet worden, terwijl de oordeelen over afzonderlijke gevallen geveld worden naar aanleiding van plotseling voorkomende gevallen. Gemakkerlijker toch kan de mensch uit veel overwogen gevallen zien, wat rechtvaardig is, dan uit een enkel geval. Ten derde, omdat de wetgevers in het algemeen en over de toekomst oordeelen, terwijl de menschen, die rechtszittingen leiden, oordeelen over het tegenwoordige, waarbij ze beïnvloed worden door sympathie en antipathie, of hebzucht, en zoo onrechtvaardig oordeelen. Daar dus het levende recht van den rechter niet bij velen gevonden wordt en omdat het van den rechten weg kan afwijken, daarom is het noodzakelijk zooveel mogelijk door wetten vast te leggen, wat geoordeeld moet worden, en zoo weinig mogelijk aan het oordeel der menschen over te laten.

3. Sommige gevallen, die niet door de wet omschreven kunnen worden, moeten aan het oordeel van de rechters overgelaten

---

Et hoc propter tria : primo quidem, quia facilius est invenire paucos sapientes, qui sufficiant ad rectas leges ponendas, quam multos, qui requirerentur ad recte judicandum de singulis. Secundo, quia illi qui leges ponunt, ex multo tempore considerant, quid lege ferendum sit; sed judicia de singularibus factis fiunt ex casibus subito exortis. Facilius autem ex multis consideratis potest homo videre, quid rectum sit, quam solum ex aliquo uno facto. Tertio, quia legislatores judicant in universali, et de futuris, sed homines judiciis praesidentes judicant de praesentibus, ad quae afficiuntur amore vel odio aut aliqua cupiditate, et sic eorum depravatur judicium. Quia ergo justitia animata judicis non invenitur in multis, et quia flexibilis est, ideo necessarium fuit, in quibuscumque est possibile, legem determinare, quid judicandum sit, et paucissima arbitrio hominum committere.

Ad TERTIUM dicendum, quod quaedam singularia, quae non possunt lege comprenhendi, necesse est committere judicibus, ut ibidem Philosophus dicit

worden, zooals de Wijsgeer ook zegt (t. a. pl., N^r 8), b. v. of iets gebeurd is of niet, en dergelijke.

II^e ARTIKEL.

Is iedere wet, door menschen gemaakt, van de natuurwet afgeleid?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat niet iedere wet, door menschen gemaakt, van de natuurwet is afgeleid. — 1. Immers, de Wijsgeer zegt in het V^e Boek zijner *Ethica* (VII^e H., N^r 1): « *Het wettelijke recht is datgene, wat te voren zoowel zus als zoo kon zijn* ». Maar wat uit de natuurwet voortkomt, kon tevoren niet zoowel zus als zoo zijn. Dus is niet alles wat door menschelijke wetten vastgesteld is, van de natuurwet afgeleid.

2. Het positief recht is tegengesteld aan het natuurrecht, zooals Isidorus bewijst in het V^e Boek zijner *Etymologieën* (IV^e H.), en ook de Wijsgeer in het V^e Boek zijner *Ehtica* (t. a. pl.). Welnu

---

[loc. cit.], puta de eo quod est factum esse vel non esse, et de aliis hujusmodi.

ARTICULUS II.

Utrum omnis lex humanitus posita a lege naturali derivetur.

[Lib. 3. Contr. g. cap. 123.].

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod non omnis lex humanitus posita a lege naturali derivetur : dicit enim Philosophus in 5. Ethicor. [cap. 7.], quod « justum legale est, quod principio quidem nihil differt, utrum sic, vel aliter fiat ». Sed in his, quae oriuntur ex lege naturali, differt, utrum sic, vel aliter fiat; ergo ea quae sunt legibus humanis statuta, non omnia derivantur a lege naturae.

2. PRÆTEREA, jus positivum dividitur contra jus naturale, ut patet per Isidorum in libro 5. Etymol. [cap. 4.], et per Philosophum in 5. Ethicor.

die dingen, die bij wijze van gevolgtrekkingen afgeleid worden van de algemeene beginselen van de natuurwet, behooren tot de natuurwet, zooals hierboven gezegd is (XCIV^e^ Kw., 4^e^ Art.). Dus zijn de wetten door menschen gemaakt, niet van de natuurwet afgeleid.

3. De natuurwet is voor allen dezelfde. De Wijsgeer immers zegt zegt in het V^e^ Boek van zijn *Ethica* (t. a. pl.) : « *Het natuurrecht heeft overal dezelfde kracht.* » Indien dus de menschelijke wetten van de natuurwet zouden afgeleid zijn, dan zou ook volgen, dat zij voor allen dezelfde zouden zijn, wat valsch is.

4. Van die dingen, die van de natuurwet zijn afgeleid, kan een reden aangegeven worden. Maar niet van alles, wat door de ouderen bij wijze van wet is vastgesteld, kan een reden aangegeven worden, zooals de Jurisperitus zegt. Dus zijn niet alle menschelijke wetten van de natuurwet afgeleid.

Maar daartegenover staat het gezegde van Tullius in zijn *Rhetorica* (II^e^ B., LIII^e^ H.) : « *De wetten en de godsdienst hebben sanctie gegeven aan die dingen, die van de natuur voorkomen en door de gewoonte kracht hebben gekregen.* »

[loc. cit.] ; sed ea, quae derivantur a principiis communibus legis naturae, sicut conclusiones, pertinent ad legem naturae, ut supra dictum est [q. praec. art. 4.] ; ergo ea, quae sunt de lege humana, non derivantur a lege naturae.

3. PRÆTEREA, lex naturae est eadem apud omnes : dicit enim Philosophus in 5. Ethic. [cap. 7.], quod naturale jus est, quod ubique habet eamdem potentiam ; si igitur leges humanae a naturali lege deriventur, sequerentur etiam quod ipsae essent eaedem apud omnes, quod patet esse falsum.

4. PRÆTEREA, eorum, quae a lege naturali derivantur, potest aliqua ratio assignari ; sed non omnium, quae a majoribus lege statuta sunt, ratio reddi potest, ut Jurisperitus dicit [lib. 1. ff. de Legib. et Senatuscons.] ; ergo non omnes leges humanae derivantur a lege naturali.

SED CONTRA est, quod Tullius dicit in sua Rhetor. [lib. 2. cap. 53] : « Res a natura profectas, et a consuetudine probatas, legum metus et religio sanxit. »

LEERSTELLING. — Volgens Augustinus (*Over den vrijen Wil*, I^e B., V^e H.) is datgene, wat niet rechtmatig is, geen wet. Vandaar heeft iets slechts in zoover kracht van wet, als het rechtvaardig is.

Met betrekking tot de menschelijke dingen wordt iets rechtmatig genoemd, voorzoover het rechtgeordend is, overeenkomstig den maatstaf van de rede. De allereerste maatstaf nu van de rede is de natuurwet, zooals uit het hierboven gezegde blijkt (XCI^e Kw., 2^e Art., Antw. op de 2^e Bed.). Vandaar heeft een menschelijke wet slechts in zoover kracht van wet, als ze van de natuurwet afgeleid is. Indien zij echter in iets van de natuurwet afwijkt, is ze geen wet meer, maar een vernietiging van de wet.

Nu moet men in het oog houden, dat iets op twee manieren van de natuurwet kan worden afgeleid: ten eerste, als een gevolgtrekking uit algemeene beginselen; ten tweede, als een nadere bepaling van iets meer algemeens. De eerste manier is hetzelfde als waarop in de beschouwende wetenschap uit de beginselen nadere gevolgtrekkingen worden afgeleid. De tweede manier echter is hetzelfde, als waarop in de kunst algemeene concepten tot iets bepaalds omschreven worden, als b. v. een kunstenaar het

---

RESPONDEO dicendum, quod, sicut Augustinus dicit in I. de Lib. Arb. [cap. 5.], non videtur esse lex, quae justa non fuerit; unde inquantum habet de justitia, intantum habet de virtute legis.

In rebus autem humanis dicitur esse aliquid justum ex eo quod est rectum secundum regulam rationis; rationis autem prima regula est lex naturae, ut ex supradictis patet [q. 91, art. 2, ad 2.]. Unde omnis lex humanitus posita intantum habet de ratione legis, inquantum a lege naturae derivatur. Si vero in aliquo a lege naturali discordet, jam non erit lex, sed legis corruptio.

Sed sciendum est, quod a lege naturali dupliciter, potest aliquid derivari: uno modo sicut conclusiones ex principiis; alio modo, sicut determinationes quaedam aliquorum communium. Primus quidem modus similis est ei, quo in scientiis ex principiis conclusiones demonstrativae producuntur. Secundo vero modo simile est, quod in artibus formae communes determinantur ad aliquid speciale, sicut artifex formam communem domus necesse est quod determinet ad hanc vel illam domus figuram.

algemeen concept van huis nader moet bepalen tot dit of dat concept van een huis.

Van de algemeene beginselen der natuurwet worden dus sommige wetten afgeleid bij wijze van gevolgtrekkingen, zooals b. v.: *Men mag niet doodslaan*, als een gevolgtrekking afgeleid kan worden van : *Men mag iemand geen kwaad doen.* Andere wetten worden van de algemeene beginselen van de natuurwet afgeleid bij wijze van nadere bepalingen : zoo zegt b. v. de natuurwet, dat iemand, die zondigt, gestraft moet worden. Maar dat hij met die of die straf gestraft moet worden, is een nadere bepaling van de natuurwet.

Beide worden in de menschelijke wet gevonden. Maar de bepalingen, die op de eerste manier afgeleid zijn, ontleenen hun kracht niet alleen aan de menschelijke wet, maar ook eenigszins aan de natuurwet. Maar die bepalingen, die op de tweede manier afgeleid zijn, ontleenen hun kracht alleen aan de menschelijke wet.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De Wijsgeer spreekt alleen over die bepalingen, die door nadere bepaling of specificeering van de voorschriften van de natuurwet zijn afgeleid.

Derivantur ergo quaedam a principiis communibus legis naturae per modum conclusionum, sicut hoc quod est non esse occidendum, ut conclusio quaedam derivari potest ab eo quod est nulli esse faciendum malum. Quaedam vero per modum determinationis, sicut lex naturae habet, quod ille qui peccat puniatur; sed quod tali poena, vel tali, puniantur, hoc est quaedam determinatio legis naturae.

Utraque igitur inveniuntur in lege humana posita; sed ea, quae sunt primi modi, continentur in lege humana, non tamquam sint solum lege posita, sed habent etiam aliquid vigoris ex lege naturali. Sed ea, quae sunt secundi modi, ex sola lege humana vigorem habent.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Philosophus loquitur de illis, quae sunt lege posita per determinationem vel specificationem quamdam praeceptorum legis naturae.

2. Die redeneering gaat uit van die voorschriften, die van de natuurwet afgeleid zijn bij wijze van gevolgtrekkingen.

3. De algemeene beginselen van de natuurwet kunnen om de groote verscheidenheid der menschelijke omstandigheden niet op allen gelijk worden toegepast. Hieruit komt het verschil in de positieve wetten bij verschillende volkeren voort.

4. Die woorden van den Jurisperitus moeten met betrekking tot die dingen verstaan worden, die door de Ouderen ingevoerd zijn als bijzondere bepalingen van de natuurwet, tot welke bepalingen het oordeel van bestudeerden en voorzichtigen zich verhoudt als tot sommige beginselen, voor zoover zij nl. terstond zien wat meer passend is om bijzonder bepaald te worden. Vandaar zegt de Wijsgeer in het VI^{e} Boek van zijn *Ethica* (XI^{e} H., N^{r} 6), dat met betrekking tot die zaken, men niet minder gewicht moet hechten aan het oordeel van ervaren en bejaarde mannen, of aan onbewijsbare oordeelen en meeningen van bezonnen mannen, dan aan bewijsvoeringen.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procedit de his, quae derivantur a lege naturae, tamquam conclusiones.

AD TERTIUM dicendum, quod principia communia legis naturae non eodem modo applicari possunt omnibus, propter multam varietatem rerum humanarum. Et ex hoc provenit diversitas legis positivae apud diversos.

AD QUARTUM dicendum, quod verbum illud Jurisperiti intelligendum est in his, quae introducta sunt a majoribus circa particulares determinationes legis naturalis; ad quas quidem determinationes se habet expertorum, et prudentum judicium sicut ad quaedam principia, inquantum scilicet statim vident, quid congruentius sit particulariter determinandum. Unde Philosophus dicit in 6 Ethicor. [cap. 11.], quod in talibus oportet attendere judicium expertorum et seniorum vel prudentum indemonstrabilibus enuntiationibus et opinionibus, non minus quam demonstrationibus.

III^e ARTIKEL.

Is de opgave van Isidorus over de hoedanigheden van de positieve wet juist?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de opgave van Isidorus in het V^e Boek van zijn *Etymologieën* (XXI^e H.) over de hoedanigheden van de positieve wet, niet juist is. Zij luidt : « *De wet moet eervol zijn, rechtvaardig, mogelijk, overeenkomstig de natuur, volgens de gebruiken van het land, aangepast aan plaats en tijd, noodig, nuttig, duidelijk, opdat iemand door de onduidelijkheid er van niet in dwaling verkeere, en niet voorgeschreven voor private belangen, maar voor het algemeen belang der burgers* ». — 1. Te voren immers (t. a. pl., XII^e H.), zet hij de hoedanigheden van de wet uiteen in drie voorwaarden, nl. : « *De wet moet beantwoorden aan datgene wat de rede bepaalt, op voorwaarde dat het overeenkomt met den godsdienst, met de tucht en met het welzijn der burgers* ». Al de overige voorwaarden zijn dus overbodig.

ARTICULUS III.

Utrum Isidorus convenienter qualitatem legis positivae describat.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod Isidorus inconvenienter qualitatem legis positivae describat, dicens [lib. 5. Etymolog. cap. 21.] : « Erit lex honesta, justa, possibilis, secundum naturam, secundum consuetudinem patriae, loco temporique conveniens, necessaria, utilis; manifesta quoque, ne aliquid per obscuritatem in captione contineat, nullo privato commodo, sed pro communi utilitate civium scripta. » Supra enim [cap. 12.], in tribus conditionibus qualitatem legis explicaverat, dicens : « Lex erit omne, quod ratione constiterit, dumtaxat quod religioni congruat, quod disciplinae conveniat, quod saluti proficiat. » Ergo superflue postmodum conditiones legis multiplicat.

2. Volgens het gezegde van Tullius in zijn Boek *Over de Ambtsplichten* (I^e B., VII^e H.), valt de rechtvaardigheid onder de eerzaamheid. Indien de wet dus *eerzaam* genoemd wordt, is het overbodig er nog *rechtvaardig* aan toe te voegen.

3. In het II^e Boek van zijn *Etymologieën* (X^e H.) stelt Isidorus de geschrevene wet tegenover de gewoonte. Dus moet er in de bepaling van wet niet bijgezet worden, dat ze *volgens de gebruiken van het land* moet zijn.

4. *Noodig* kan op twee manieren gezegd worden, nl. dat wat volstrekt noodig is, wat onmogelijk anders kan zijn; en die noodzakelijkheid valt niet onder het bereik van het menschelijk oordeel en dus ook niet onder de menschelijke wet. Ook kan iets noodig zijn om het doel, en deze noodzakelijkheid is hetzelfde als *nuttigheid*. Dus is het overbodig beide te noemen in *noodig* en *nuttig*.

Maar daartegenover staat het gezag van Isidorus.

LEERSTELLING. — De vorm van ieder ding, dat om een doel is, moet nader bepaald worden in verhouding tot dat doel; zoo

---

2. PRÆTEREA, justitia est pars honestatis, ut Tullius dicit in I. de Offic. [cap. 7.]; ergo postquam dixerat: honesta, superflue additur : justa.

3. PRÆTEREA, lex scripta, secundum Isidorum [lib. 2. Etym. cap. 10.], contra consuetudinem dividitur; non ergo debuit in diffinitione legis poni, quod esset secundum consuetudinem patriae.

4. PRÆTEREA, necessarium dupliciter dicitur : scilicet id, quod est necessarium simpliciter, quod impossibile est aliter se habere. Et hujusmodi necessarium non subjacet humano judicio. Unde talis necessitas ad legem humanam non pertinet. Est etiam aliquid necessarium propter finem. Et talis necessitas idem est, quod utilitas. Ergo superflue utrumque ponitur, necessaria et utilis.

SED CONTRA est auctoritas ipsius Isidori.

RESPONDEO dicendum, quod uniuscujusque rei, quae est propter finem, necesse est quod forma determinetur secundum proportionem ad finem, sicut

moet de vorm van een zaag zóó zijn, dat ze geschikt is om te zagen. Daar wijst ook de Wijsgeer op in zijn *Physica* (II^e^ Boek, IX^e^ H., N^r^ 2). Ieder ding dat door iets anders geregeld en gemeten wordt, moet ook een vorm hebben in verhouding tot zijn regel en maatstaf. De menschelijke wet nu heeft beide, omdat ze én geordend is tot een doel, én een regel en maatstaf is, geregeld en gemeten naar een hoogeren maatstaf, nl. de goddelijke wet en de natuurwet, zooals vroeger werd bewezen (vorig Art., en CXIII^e^ Kw., 3^e^ Art.).

Het doel nu van de menschelijke wet is het nut der menschen, zooals de Jurisperitus zegt. In verband hiermee neemt Isidorus drie hoedanigheden voor de wet aan, nl. dat ze moet *overeenkomen met den godsdienst*, in zoover ze een verhouding zegt tot de goddelijke wet; *met de tucht*, in zoover ze een verhouding zegt tot de natuurwet; en *met het welzijn der burgers*, in zoover ze een verhouding zegt tot het nut der menschen.

Tot deze drie voorwaarden worden alle overige teruggebracht. Het *eervol* zijn van de wet wordt teruggebracht tot het overeenkomen met den godsdienst. Wat verder volgt, nl. *rechtvaardig, mogelijk, overeenkomstig de natuur, volgens de gebruiken van het land, aangepast aan plaats en tijd*, wordt teruggebracht tot het

---

forma serrae talis est, qualis convenit sectioni, ut patet in 2. Physicor. [cap. 9.]. Quaelibet etiam res recta et mensurata oportet quod habeat formam proportionatam suae regulae et mensurae. Lex autem humana utrumque habet, quia et est aliquid ordinatum ad finem, et est quaedam regula vel mensura regulata vel mensurata quadam superiori mensura. Quae quidem est duplex, scilicet : divina lex, et lex naturae, ut ex supradictis patet [art. praec. et q. 93. art. 3.].

Finis autem humanae legis est utilitas hominum, sicut etiam Jurisperitus dicit. Et ideo Isidorus in conditione legis primo quidem tria posuit, scilicet, quod religioni congruat, inquantum scilicet est proportionata legi divinae; quod disciplinae conveniat, inquantum est proportionata legi naturae; quod saluti proficiat, inquantum est proportionata utilitati humanae.

Et ad haec tria omnes aliae conditiones, quas postea ponit, reducuntur. Nam quod dicitur : Honesta, refertur ad hoc, quod religioni congruat; quod autem subditur : Justa, possibilis, secundum naturam, secundum con-

overeenkomen met de tucht. Immers de menschelijke tucht kan ten eerste beschouwd worden met betrekking tot de orde van de rede, en in zoover wordt ze *rechtvaardig* geheeten; ten tweede, met betrekking tot de macht tot handelen, want de tucht moet eenieder aangepast zijn, overeenkomstig zijn mogelijkheden, natuurlijk ook de mogelijkheden van de natuur in aanmerking genomen. Immers hetzelfde kan niet opgelegd worden aan knapen en aan volwassen mannen. De aanpassing van de tucht moet ook overeenkomstig zijn met de menschelijke gebruiken : de mensch immers kan niet alleen in gemeenschap leven, zonder met de gewoonten van anderen rekening te houden. Ten derde zegt hij, met betrekking tot de verschillende verschuldigde omstandigheden: *aangepast aan plaats en tijd*. Wat echter volgt: *noodzakelijk*, *nuttig*, enz. wordt teruggebracht tot datgene wat nuttig is voor het heil: de *noodzakelijkheid* wordt teruggebracht tot het wegnemen van het kwaad; de *nuttigheid* tot het nakomen van het goed; de *openbaarmaking* echter om nadeel te voorkomen, wat uit de wet zelf zou kunnen voortkomen. En omdat, zooals hierboven gezegd is (XC^{e} Kw., 2^{e} Art.), de wet gericht is op het algemeen welzijn, wordt dit in het laatste gedeelte van de bepaling aangetoond.

En hieruit blijkt tevens het antwoord op de bedenkingen.

---

suetudinem patriae, loco temporique conveniens, additur ad hoc quod conveniat disciplinae. Attenditur enim humana disciplina primum quidem quantum ad ordinem rationis; qui importatur in hoc quod dicitur justa. Secundo quantum ad facultatem agentium : debet enim esse disciplina conveniens unicuique secundum suam possibilitatem, observata etiam possibilitate naturae : non enim eadem sunt imponenda pueris, quae imponuntur viris perfectis; et secundum humanam consuetudinem non enim potest homo solus in societate vivere, aliorum morem non gerens. Tertio quantum ad debitas circumstantias dicit : Loco temporique conveniens. Quod vero subditur : Necessaria, utilis, etc. refertur ad hoc quod expediat saluti; ut necessitas referatur ad remotionem malorum, utilitas, ad consecutionem bonorum, manifestatio vero ad cavendum nocumentum, quod ex ipsa lege posset provenire. Et quia, sicut supra dictum est [q. 90. art. 2.], lex ordinatur ad bonum commune, hoc ipsum in ultima parte determinationis ostenditur.

Et per hoc patet responsio AD OBJECTA.

IVe ARTIKEL.

Geeft Isidorus een juiste verdeeling van de menschelijke wet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat Isidorus een onjuiste verdeeling geeft van de menschelijke wet of van het menschelijk recht. — 1. In dit recht immers is volgens hem het « jus gentium » vervat, wat zooals hij zelf zegt (Ve Boek der *Etymologieën*, VIe H.), aldus genoemd wordt, *omdat bijna alle volkeren dit gebruiken*. Welnu, zooals hij zelf zegt (t. a. pl., IVe H.), *is het natuurrecht, wat gemeen is aan alle volkeren*. Dus valt het « *jus gentium* » niet onder het positief menschelijk recht, maar eerder onder het natuurrecht.

2. Wat dezelfde kracht bezit, verschilt niet formeel, maar slechts materieel. Welnu de *wetten, volksbesluiten, senaatsbesluiten* en dergelijke, die hij aangeeft (t. a. pl., Xe H. en volgende), bezitten alle dezelfde kracht. Dus verschillen ze slechts materieel. Welnu met zulk een onderscheid moet in de kunst geen rekening

---

ARTICULUS IV.

Utrum Isidorus convenienter ponat divisionem humanarum legum.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod incovenienter Isidorus divisionem legum humanarum ponat, sive juris humani; sub hoc enim jure comprehendit jus gentium, quod ideo sic nominatur, ut ipse dicit [lib. 5. Etym. cap. 6.], quia eo omnes fere gentes utuntur; sed, sicut ipse dicit [ibid. cap. 4.], jus naturale est, quod est commune omnium nationum; ergo jus gentium non continetur sub jure positivo humano. sed magis sub jure naturali.

2. PRÆTEREA, ea quae habent eamdem vim, non videntur formaliter differre, sed solum materialiter; sed leges, plebiscita, senatusconsulta, et alia hujusmodi, quae ponit [ibid. cap. 10. et sequ.] omnia habent eamdem vim; ergo videtur, quod non differant nisi materialiter; sed talis distinctio

gehouden worden, daar het in het oneindige kan zijn. Dus is die verdeeling der menschelijke wetten onjuist.

3. Evenals er in een staat vorsten, priesters en soldaten zijn, zoo zijn er ook andere ambten. Zooals er dus een militairen-recht en een publiek recht is, wat voor priesters bestaat en voor magistraten. zoo moeten er ook enkele rechten worden aangegeven die betrekking hebben op andere staatsambten.

4. Die dingen die bijkomstig zijn, moeten niet geteld worden. Welnu het is voor een wet bijkomstig dat zij door dien, of een ander mensch gemaakt wordt. Dus wordt de verdeeling der menschelijke wetten naar de namen van wetgevers, zooals nl. een de wet Cornelia, een ander de wet Falcidia genoemd wordt, onjuist.

Maar daartegenover staat het gezag van Isidorus.

LEERSTELLING. — Ieder ding kan krachtens zichzelf verdeeld worden naar datgene wat in zijn wezen vervat is, zooals in het wezen van een dier de ziel vervat is, die *redelijk* is, of *onredelijk;* en daarom worden de dieren eigenlijk en krachtens zichzelf ver-

---

in arte non est curanda, cum possit esse in infinitum; ergo inconvenienter hujusmodi divisio humanarum legum introducitur.

3. PRÆTEREA, sicut in civitate sunt principes, sacerdotes, et milites, ita etiam sunt et alia hominum officia; ergo videtur, quod, sicut ponitur quoddam jus militare, et jus publicum, quod consistit in sacerditobus et magistratibus, ita etiam debeant poni alia jura ad alia officia civitatis pertinentia.

4. PRÆTEREA, ea quae sunt per accidens, sunt praetermittenda; sed accidit legi, ut ab hoc, vel ab alio homine feratur; ergo inconvenienter ponitur divisio legum humanarum ex nominibus legislatorum; ut scilicet quaedam dicatur Cornelia, quaedam Falcidia, etc.

IN CONTRARIUM auctoritas Isidori sufficiat.

RESPONDEO dicendum, quod unumquodque potest per se dividi secundum id, quod in ejus ratione continetur: sicut in ratione animalis continetur anima, quae est rationalis, vel irrationalis; et ideo animal proprie, et per se divi-

deeld in *redelijke* en *onredelijke*, echter niet in *witte* of *zwarte*, wat heel en al buiten het wezen van het dier ligt.

Nu zijn er vele dingen in het wezen van de menschelijke wet, waarnaar de menschelijke wet eigenlijk en krachtens haarzelf verdeeld kan worden. Het eerste wezenselement immers van de menschelijke wet is, dat zij is afgeleid van de natuurwet, zooals uit hetgeen hierboven gezegd is, blijkt (2e Art.), en hiermede overeenkomstig wordt het positief recht verdeeld in het « jus gentium » en het burgerlijk recht, volgens de twee manieren op welke iets van de natuurwet kan afgeleid worden, gelijk boven gezegd is (t. a. pl.), want onder het « jus gentium » vallen die dingen, die van de natuurwet afgeleid worden, als gevolgtrekkingen uit beginselen, zooals rechtvaardige koopen, verkoopen en dergelijke, zonder welke de menschen onderling niet kunnen leven: wat overeenkomstig de natuurwet is, omdat de mensch van nature een gezelschapsdier is, gelijk bewezen wordt in het Ie Boek der *Politiek* (IIe H.); die dingen echter die van de natuurwet afgeleid worden bij wijze van nadere bepaling, vallen onder het burgerlijk recht, naar gelang iedere staat iets voor zich naar omstandigheden nader bepaalt.

---

ditur secundum rationale, et irrationale, non autem secundum album, et nigrum, quae sunt omnino praeter rationem ejus.

Sunt autem multa de ratione legis humanae secundum quorum quodlibet lex humana proprie et per se dividi potest. Est enim primo de ratione legis humanae, quod sit derivata a lege naturae, ut ex dictis patet [art. 2., huj. q.]: et secundum hoc dividitur jus positivum : in jus gentium, et jus civile, secundum duos modos, quibus aliquid derivatur a lege naturae, ut supra dictum est [ibid.] : nam ad jus gentium pertinent ea quae derivantur ex lege naturae, sicut conclusiones ex principiis; ut justae emptiones, venditiones, et alia hujusmodi, sine quibus homines ad invicem convivere non possunt : quod est de lege naturae, quia homo est naturaliter animal sociale, ut probatur in 1. Polit. [cap. 2.] ; quae vero derivantur a lege naturae per modum particularis determinationis, pertinent ad jus civile, secundum quod quaelibet civitas aliquid sibi accommode determinat.

Het tweede wezenselement van de menschelijke wet is, dat zij gericht is op het algemeen welzijn van den staat. Hiermede overeenkomstig kan men de menschelijke wet verdeelen naar de verscheidenheid van personen die op bijzondere wijze voor het algemeen welzijn werken; zooals de priesters, die God voor het volk bidden; de vorsten, die het volk besturen; en de soldaten, die voor het volk strijden. En aldus bestaan er voor deze menschen bijzondere wetten.

Het derde wezenselement van de menschelijke wet is, dat zij is ingesteld door dengene die de staatsgemeenschap bestuurt, zooals hierboven gezegd is (XC^e Kw., 3^e Art.). Hiermede overeenkomstig worden de menschelijke wetten onderscheiden naar de verschillende staatsbesturen, waarvan er een, zooals de Wijsgeer zegt in het III^e Boek der *Politiek* (X^e H.), het *alleenbestuur* is, wanneer nl. de staat door één persoon bestuurd wordt, en hiermede overeenkomstig ontstaan de *vorstenbepalingen*. Een ander bestuur echter is de *aristocratie*, d. w. z. de heerschappij van de besten of voornaamsten, en overeenkomstig hiermede ontstaan de *antwoorden der wijzen* en ook de *senaatsbesluiten*. Een ander bestuur in de *oligarchie*, d. w. z. de heerschappij van enkele

---

Secundo est de ratione legis humanae, quod ordinetur ad bonum commune civitatis; et secundum hoc lex humana dividi potest secundum diversitatem eorum, qui specialiter dant operam ad bonum commune; sicut sacerdotes pro populo Deum orantes; principes populum gubernantes; et milites pro salute populi pugnantes, et ideo istis hominibus specialia quaedam jura aptantur.

Tertio est de ratione legis humanae, ut instituatur a gubernante communitatem civitatis, sicut supra dictum est [q. 90. art. 3.]: et secundum hoc distinguuntur leges humanae secundum diversa regimina civitatum, quorum unum, secundum Philosophum in 3. Politic. [cap. 10.] est regnum; quando scilicet civitas gubernatur ab uno: et secundum hoc accipiuntur constitutiones principum. Aliud vero regimen est aristocratia, idest principatus optimorum, vel optimatum: et secundum hoc sumuntur responsa prudentum, et etiam senatusconsulta. Aliud regimen est oligarchia, idest principatus paucorum divitum, et potentum: et secundum hoc sumitur jus praetorium, quod etiam

rijken en machtigen, en overeenkomstig hiermede ontstaat het *praetoriaansch* recht, wat ook *honorarium* genoemd wordt; weer een ander bestuur is dat van het volk, wat *democratie* genoemd wordt, en overeenkomstig hiermede ontstaan de *volksbesluiten*. Weer een ander is het *tyranniek bestuur*, wat totaal verdorven is : daaruit ontstaat geen enkele wet. Eindelijk is er een bestuur, uit bovengenoemde samengesteld, wat het beste is. Daaruit volgt en ontstaat de wet, *die de ouderen tegelijk met het volk bekrachtigden*, zooals Isidorus zegt (V^e^ Boek der *Etymologieën*, X^e^ H.).

Het vierde wezenselement echter van de menschelijke wet is, dat zij de menschelijke handelingen richt. Overeenkomstig hiermede worden de wetten onderscheiden naar de verschillende zaken, waarover de wetten gaan, en die soms naar de makers genoemd worden; zooals de *wet Julia* over het overspel, de *wet Cornelia* over sluipmoord, enz., niet om de makers, maar om de zaken waarover zij gaan.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Het « jus gentium » is wel eenigszins natuurlijk voor den mensch, voor zoover hij redelijk is, in zoover het van de natuurwet wordt afgeleid bij wijze

---

honorarium dicitur; aliud autem regimen est populi, quod nominatur democratia : et secundum hoc sumuntur plebiscita. Aliud autem est tyrannicum, quod est omnino corruptum : unde ex hoc non sumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regimen ex istis commixtum, quod est optimum : et secundum hoc sumitur lex, quam majores natu simul cum plebibus sanxerunt, ut Isidorus dicit [lib. 5. Etym. cap. 10.].

Quarto vero de ratione legis humanae est, quod sit directiva humanorum actuum : et secundum hoc secundum diversa, de quibus leges feruntur, distinguuntur leges quae interdum ab actoribus nominantur : sicut distinguitur lex Julia de adulteriis, lex Cornelia de sicariis, et sic de aliis, non propter actores, sed propter res, de quibus sunt.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod jus gentium est quidem aliquo modo naturale homini, secundum quod est rationalis, inquantum derivatur a lege naturali per modum conclusionis, quae non est multum remota a principiis :

van gevolgtrekking, welke niet ver van de beginselen verwijderd ligt. Vandaar komen de menschen daarin gemakkelijk overeen. Het wordt echter van de natuurwet onderscheiden, vooral van het recht, dat gemeen is aan alle dieren.

Voor de andere bedenkingen blijkt het antwoord uit hetgeen gezegd is (in de Leerstelling).

---

unde de facili in hujusmodi homines consenserunt; distinguitur tamen a lege naturali, maxime ab eo, quod est omnibus animalibus commune.

AD ALIA patet responsio ex his, quae dicta sunt [in corp. art.].

ZES EN NEGENTIGSTE KWESTIE.

OVER DE BEVOEGDHEID VAN DE MENSCHELIJKE WET.

(*Zes Artikelen.*)

Na de wet op zichzelf, moeten we haar macht beschouwen. Hiertoe stellen we zes vragen :

1) Moet de menschelijke wet in het algemeen gesteld worden?

2) Moet de menschelijke wet alle ondeugden verbieden?

3) Moet de menschelijke wet alle deugddaden gebieden?

4) Bindt de menschelijke wet in geweten?

5) Zijn alle menschen aan de menschelijke wet onderworpen?

6) Mogen degenen, die aan de wet onderworpen zijn, buiten de letter van de wet om handelen?

QUÆSTIO XCVI.

DE POTESTATE LEGIS HUMANAE.

Deinde considerandum et de potestate legis humanae.

Et circa hoc quaeruntur sex : 1. Utrum humana lex debeat poni in communi. — 2. Utrum lex humana debeat omnia vitia cohibere. — 3. Utrum omnium virtutum actus habet ordinare. — 4. Utrum imponat homini necessitatem quantum ad forum conscientiae. — 5. Utrum homines legi humanae subdantur. — 6. Utrum his, qui sunt sub lege, liceat agere praeter verba legis.

Ie ARTIKEL.

Moet de menschelijke wet in het algemeen gesteld worden, ofwel in het bijzonder?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de menschelijke wet niet in het algemeen gesteld moet worden, maar wel in het bijzonder. — 1. De Wijsgeer immers zegt in het Ve Boek van zijn *Ethica* (VIIe H. Nr 1) : « *De voorschriften der wet en de uitspraken der rechters zijn gesteld voor bijzondere gevallen* ». En inderdaad, de uitspraken van het gerecht gelden voor bijzondere feiten. Dus worden de wetten niet alleen in het algemeen gesteld, maar ook in het bijzonder.

2. De wet regelt de menschelijke daden, zooals hierboven gezegd is (XCe Kw., 1e en 2e Art.). Welnu de menschelijke daden betrekken zich op afzonderlijke gevallen. Dus moet de menschelijke wet niet in het algemeen gesteld worden, maar wel in het bijzonder.

ARTICULUS I.

Utrum lex humana debeat poni in communi magis quam in particulari.

[Infr. q. 98. art. 6 ad 2. et 2-2. q. 147. art. 3. et . 4. corp.].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex humana non debeat poni in communi, sed magis in particulari : dicit enim Philosophus in 5. Ethicor. [cap. 7.] quod legalia sunt quaecumque in singularibus legem ponunt, et etiam sententialia, quae sunt etiam singularia, quia de singularibus actibus sententiae feruntur; ergo lex non solum ponitur in communi, sed etiam in singulari.

2. PRÆTEREA, lex est directiva humanorum actuum, ut supra dictum est [q. 90. art. 1. et 2.] ; sed humani actus in singularibus consistunt; ergo lex humana non debet in universali ferri, sed magis in singulari.

3. De wet is norm en maatstaf der menschelijke daden, zooals hierboven gezegd is (t. a. pl.). Welnu een maatstaf moet volstrekt zeker zijn, zooals we lezen in het X^e Boek der *Metaphysica* (IX^e B., I^e H., N^r 9). Daar dus met betrekking tot de menschelijke daden niets algemeens zoo zeker kan zijn, zonder dat er het particuliere in iets van afwijkt, is het duidelijk, dat de wet niet in het algemeen, maar in het bijzonder gesteld moet wordenn.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Juriperitus : « *Wetten moeten gesteld worden met betrekking tot die dingen die gewoonlijk voorkomen; met betrekking tot die dingen die een enkele maal voorkomen worden geen wetten gesteld* ».

LEERSTELLING. — Al wat om een doel is, moet evenredig zijn aan dat doel. Welnu het doel van de wet is het algemeen welzijn, daar volgens Isidorus (*Etymologieën*, V^e Boek, XXI^e H.), de wet moet voorgeschreven worden, niet voor het particulier belang, maar voor het algemeen welzijn der burgers. Daarom moeten de menschelijke wetten evenredig zijn aan het algemeen welzijn. Het algemeen welzijn bestaat uit meerdere dingen; en daarom moet

---

3. PRÆTEREA, lex est regula, et mensura humanorum actuum, ut supra dictum est [ibid.]; sed mensura debet esse certissima, ut dicitur in 10. Metaph. [l. 9., c. 1.]. Cum ergo in actibus humanis non possit esse aliquod universale ita certum, quin in particularibus deficiat, videtur quod necesse sit leges non in universali, sed in singularibus poni.

SED CONTRA est, quod Jurisperitus dicit [lib. 1, ff. de Legib. et Senatuscons.], quod jura constitui oportet in his, quae saepius accidunt; ex his autem, quae forte uno casu accidere possunt, jura non constituuntur.

RESPONDEO dicendum, quod unumquodque, quod est propter finem, necesse est quod sit fini proportionatum. Finis autem legis est bonum commune, quia, ut Isidorus dicit in lib. 5. Etymolog. [cap. 21.], nullo privato commodo, sed pro communi utilitate civium lex debet esse conscripta. Unde oportet, leges humanas esse proportionatas ad bonum commune. Bonum

de wet betrekking hebben op meerdere, zoowel wat personen betreft, als wat zaken en tijd betreft. Immers de staatsgemeenschap bestaat uit vele personen, en in haar belangen wordt door verschillende handelingen voorzien; ook wordt ze niet gemaakt om slechts kort te duren, maar om altijd te blijven voortbestaan, doordat de burgers steeds door andere vervangen worden, zooals Augustinus zegt in zijn Boek *De Stad Gods* (XXII[e] B., VI[e] H.).

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. In het V[e] Boek van zijn *Ethica* (t. a. pl.) spreekt de Wijsgeer van drie soorten wetten in het positief recht. Sommige worden zonder meer in het algemeen gesteld, en die worden algemeene wetten genoemd. Van dergelijke wetten zegt hij, dat ze te voren zoowel zus als anders konden zijn, echter niet als ze vastgesteld zijn, b. v. dat de gevangenen voor een gestelden prijs kunnen losgekocht worden. Andere zijn onder een bepaald opzicht algemeen, onder een ander opzicht particulier. Deze worden voorrechten genoemd, bij wijze van private wetten, omdat ze op afzonderlijke personen slaan, terwijl hun macht zich toch uitstrekt over meeredere zaken. En hiermede overeenkomstig volgt er : « *Nog zijn sommige wet-*

---

autem commune constat ex multis; et ideo oportet, quod lex ad multa respiciat, et secundum personas, et secundum negotia, et secundum tempora: constituitur enim communitas civitatis ex multis personis; et ejus bonum per multiplices actiones procuratur; nec ad hoc instituitur, quod aliquo tempore modico duret, sed quod omni tempore perseveret per civium successionem, ut Augustinus dicit in 22. de Civ. Dei [cap. 6.].

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Philosophus in 5. Ethic. [l. cit.] ponit tres species juris legalis, quod est jus positivum : sunt enim quaedam, quae simpliciter in communi ponuntur, et haec sunt leges communes; et quantum ad hujusmodi dicit, quod legale est, quod ex principio quidem nihil differt sic vel aliter, quando autem ponitur, differt, puta quod captivi statuto pretio redimantur. Quaedam vero sunt, quae sunt communia quantum ad aliquid, et singularia quantum ad aliquid : et hujusmodi dicuntur privilegia, quasi leges privatae, quia respiciunt singulares personas; et tamen

ten voor bijzondere gevallen gesteld ». Ook worden sommige voorschriften *uitspraken der wet* genoemd, niet omdat zij wetten zijn, maar om de toepassing van algemeene wetten op bijzondere feiten, zooals de uitspraken van het gerecht, die voor recht gehouden worden; en overeenkomstig hiermede volgt er : « *En de uitspraken van het gerecht* ».

2. Datgene wat leidend is, moet voor meerdere leidend zijn. Vandaar zegt de Wijsgeer in het X^e^ Boek der *Metaphysica* (IX^e^ B., I^e^ H., N^r^ 7), dat alles wat onder een soort valt, naar datgene wordt afgemeten wat het eerste is in die soort. Want indien er zoovele regels of maten zouden zijn als er gemetene of geregelde dingen zijn, dan zou het nut van regels of maten ophouden, wat hierin bestaat dat vele dingen uit één kunnen gekend worden. En aldus zou de wet geen enkel nut hebben, indien zij zich slechts over één enkele daad zou uitstrekken, want om bijzondere daden te richten worden bijzondere voorschriften van voorzichtige mannen gegeven. De wet echter is algemeen, zooals hierboven gezegd is (XCIV^e^ Kw., 2^e^ en 3^e^ Art.).

3. Men moet niet dezelfde zekerheid in alles zoeken, gelijk in het I^e^ Boek der *Ethica* gezegd wordt (III^e^ H., N^r^ 1). Vandaar

---

potestas eorum extenditur ad multa negotia. Et quantum ad hoc subdit : Adhuc quaecumque in singularibus legem ponunt. Dicuntur etiam quaedam legalia, non quia sint leges, sed **propter applicationem** legum communium ad aliqua particularia facta, sicut sunt sententiae, quae pro jure habentur; et quantum ad hoc subdit : Et sententialia.

AD SECUNDUM dicendum, quod illud quod est directivum, oportet esse plurium directivum. Unde in 10. Metaphysic. [l. 9. c. 1. tex. 4.] Philosophus dicit, quod omnia, quae sunt unius generis, mensurantur aliquo uno, quod est primum in genere illo. Si enim essent tot regulae vel mesurae, quot sunt mensurata vel regulata, cessaret utique utilitas regulae vel mensurae, quae est ut ex uno multa possint cognosci. Et ita nulla esset utilitas legis, si non se extenderet nisi ad unum singularem actum : ad singulares enim actus dirigendos dantur singularia praecepta prudentum; sed lex est praeceptum commune, ut supra dictum est [q. 94. art. 2. et 3.].

AD TERTIUM dicendum, quod non est eadem certitudo quaerenda in omnibus, ut in 1. Ethic. [cap. 3.] dicitur; unde in rebus contingentibus,

volstaat bij wisselvallige dingen, zooals de natuurdingen en menschelijke zaken zijn, zulk een zekerheid, dat iets waar is in de meeste gevallen, ofschoon het in sommige gevallen wel eens anders is.

IIe ARTIKEL.

Moet de menschelijke wet alle ondeugden tegengaan?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de menschelijke wet alle ondeugden moet tegengaan. — 1. Isidorus zegt immers in het Ve Boek van zijn *Etmyologieën* (XXe H.), dat de wetten gemaakt zijn om door de vrees er voor de driestheid te bedwingen. Welnu de driestheid wordt niet voldoende bedwongen, tenzij iedere ondeugd door de wet wordt tegengegaan. Dus moet de menschelijke wet alle ondeugden tegengaan.

2. Het doel van den wetgever is de burgers deugdzaam te maken. Maar iemand kan niet deugdzaam zijn, tenzij hij van alle

---

sicut sunt naturalia et res humanae, sufficit talis certitudo, ut aliquid sit verum ut in pluribus, licet interdum deficiat in paucioribus.

ARTICULUS II.

Utrum ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere.

[Supr. q. 91. art. 4. corp. fin. et q. 93. art. 3. ad 3. et infr. q. 90. art. 1. corp. et 2-2. q. 69. art. 2. ad 1. et q. 77. art. 1. ad 4. et q. 78. art. 1. ad 4. et Mal. q. 3. art. 4. ad 6. et Quodl. 2. art. 10. ad 1. et 2. et Job 11.]

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod ad legem humanam pertineat omnia vitia cohibere : dicit enim Isidorus in lib. 5. Etymol. [cap. 20.], quod leges sunt factae, ut earum metu coerceatur audacia; non autem sufficienter coerceretur, nisi quaelibet mala cohiberentur per legem; ergo lex humana debet quaelibet mala cohibere.

2. PRÆTEREA, intentio legislatoris est cives facere virtuosos; sed non

ondeugden bevrijd is. Dus moet de menschelijke wet alle ondeugden tegengaan.

3. De menschelijke wet is afgeleid van de natuurwet, zooals hierboven gezegd is (XCV^e Kw., 2^e Art.). Maar iedere ondeugd staat tegenover de natuurwet. Dus moet de menschelijke wet alle ondeugden tegengaan.

Maar daartegenover staat het gezegde uit het Boek *Over den vrijen Wil* (I^e B., V^e H.) : « *Ik geloof dat deze wet, die voorgeschreven is om het volk te regeeren, terecht deze dingen verooriooft, die door de Goddelijke Voorzienigheid gewroken worden* ». Welnu, de Goddelijke Voorzienigheid wreekt slechts ondeugden. Dus laat de menschelijke wet terecht enkele ondeugden toe, door ze niet te verhinderen.

LEERSTELLING. — Reeds vroeger (XC^e Kw., 1^e en 2^e Art.) is gezegd, dat de wet gesteld wordt als een norm en een maatstaf voor de menschelijke daden. Welnu de maat moet gelijksoortig zijn met het gemetene, zooals we lezen in het X^e Boek der *Metaphysica* (IX^e B., I^e H., Nr. 13), want verschillende din-

---

potest aliquis esse virtuosus, nisi ab omnibus vitiis compescatur; ergo ad legem humanam pertinet omnia vitia compescere.

3. PRÆTEREA, lex humana a lege naturali derivatur, ut supra dictum est [q. 95. art. 2.]; sed omnia vitia repugnant legi naturae; ergo lex humana omnia vitia debet cohibere.

SED CONTRA est, quod dicitur in 1. de Lib. Arb. [cap. 5.]: « Videtur mihi legem istam, quae populo regendo scribitur, recte ista permittere, et divinam providentiam vindicare. » Sed divina providentia non vindicat nisi vitia; ergo recte lex humana permittit aliqua vitia, non cohibendo ipsa.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut jam dictum est [q. 90. art. 1. et 2.], lex ponitur ut quaedam regula vel mensura humanorum actuum. Mensura autem debet esse homogenea mensurato, ut dicitur in 10. Metaph. [l. 9. c. 1.]: diversa enim diversis mensurantur. Unde oportet, quod

gen worden verschillend gemeten. Vandaar dus moeten de wetten aan de menschen opgelegd worden volgens hun omstandigheden, daar de wet volgens Isidorus (V^e^ Boek der *Etymologieën*, XXI^e^ H.) mogelijk, overeenkomstig de natuur en de gebruiken van het land moet zijn. Het vermogen om te handelen, of de macht, komt voort uit een innerlijke hebbelijkheid of gesteltenis; immers hetzelfde is niet mogelijk voor iemand die de deugd niet heeft, en voor hem die deugdzaam is, zooals ook hetzelfde niet mogelijk is voor een knaap en een volwassen man. Daarom wordt niet dezelfde wet gemaakt voor knapen en voor volwassen menschen; immers vele dingen worden aan knapen toegestaan, die voor volwassenen berispelijk zijn en bij de wet gestraft worden. Op dezelfde manier moeten vele dingen toegestaan worden aan ondeugdzame menschen, die men niet kan dulden bij deugdzame menschen.

De menschelijke wet nu wordt gesteld voor vele menschen, waarvan de meesten niet deugdzaam zijn. Daarom worden door de menschelijke wet niet alle ondeugden, waarvan de deugdzamen zich onthouden, verhinderd, maar alleen de zwaardere ondeugden, waarvan het grootste gedeelte zich kan onthouden. Vooral

---

etiam leges imponantur hominibus secundum eorum conditionem; quia, ut Isidorus dicit [lib. 5. Etym. cap. 21.], lex debet esse possibilis, et secundum naturam, et secundum consuetudinem patriae. Potestas autem, sive facultas operandi, ex interiori habitu seu dispositione procedit : non enim idem est possibile ei qui non habet habitum virtutis, et virtuoso, sicut etiam non est idem possibile puero, et viro perfecto. Et propter hoc non ponitur eadem lex pueris, quae ponitur adultis : multa enim pueris permittuntur, quae in adultis lege puniuntur, vel etiam vituperantur; et similiter multa sunt permittenda hominibus non perfectis virtute, quae non essent toleranda in hominibus virtuosis.

Lex autem humana ponitur multitudini hominum, in qua major pars est hominum non perfectorum virtute; et ideo lege humana non prohibentur omnia vitia, a quibus virtuosi abstinent, sed solum graviora, a quibus possibile est majorem partem multitudinis abstinere, et praecipue quae sunt in nocumentum aliorum, sine quorum prohibitione societas humana con-

echter moeten die ondeugden verhinderd worden, die anderen tot nadeel zijn, en waarvan de verhindering zich opdringt, wanneer men de menschelijke gemeenschap in stand wil houden, zooals b. v. doodslag, diefstal, en dergelijke.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De driestheid bestaat in anderen aan te vallen, en daarom worden haar vooral die zonden toegeschreven, waardoor de naasten beleedigd worden, en die zonden worden door de menschelijke wet verboden, zooals hierboven (in de Leerstelling) gezegd is.

2. Het doel van de menschelijke wet is de menschen te brengen tot de deugd, niet plotseling, maar langzamerhand. Daarom legt zij aan de onvolmaakten niet in eens die dingen op, die goed zijn voor volmaakten, b. v. dat ze zich van alle ondeugden zouden onthouden. Anders toch zouden de onvolmaakten, doordat zij die voorschriften niet kunnen dragen, tot nog grooter kwaad vervallen. We lezen in het Boek der *Spreuken* (30, 33) : « *Die met geweld den neus snuit, brengt bloed te voorschijn* », en bij *Mattheus* lezen we (9, 17) : « *Indien nieuwe wijnen,* (dit zijn de voorschriften van het volmaakte leven) *in oude zakken gedaan worden* (d. i. aan onvolmaakte menschen worden opgelegd)

---

servari non posset, sicut prohibentur lege humana homicidia, furta et hujusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod audacia pertinere videtur ad invasionem aliorum; unde praecipue pertinet ad illa peccata, quibus injuria proximis irrogatur, quae lege humana prohibentur, ut dictum est [in corp. art.].

AD SECUNDUM dicendum, quod lex humana intendit homines inducere ad virtutem, non subito, sed gradatim; et ideo non statim multitudini imperfectorum imponit ea, quae sunt jam virtuosorum, ut scilicet ab omnibus malis abstineant; alioquin imperfecti hujusmodi praecepta ferre non valentes in deteriora mala prorumperent, sicut dicitur Prov. 30 [v. 33]: « Qui nimis emungit, elicit sanguinem. » Et Matth. 9. [v. 17] quod si vinum novum, idest praecepta perfectae vitae, mittatur in utres veteres, idest in homines imperfectos, utres rumpuntur, et vinum effunditur, idest praecepta contemnuntur, et homines ex contemptu ad pejora mala prorumpunt.

scheuren ze, en de wijn gaat verloren (d. i. de voorschriften worden verácht en de menschen vervallen uit verachting tot grooter kwaad) ».

3. De natuurwet is een afstraling van de eeuwige wet in ons; de menschelijke wet is minder volmaakt dan de eeuwige wet. Augustinus immers zegt in zijn boek *Over den vrijen Wil* (I^e B., V^e H.) : « *Die wet, die gemaakt is om staten te regeeren, staat veel toe en laat veel ongestraft, wat door de Goddelijke Voorzienigheid gewroken wordt; want omdat hij niet alles doet, is datgene, wat hij doet, nog niet af te keuren.* » Vandaar kan de menschelijke wet niet alles verhinderen, wat de natuurwet verhindert.

III^e ARTIKEL.

Gebiedt de menschelijke wet alle deugddaden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de menschelijke wet niet alle deugddaden gebiedt. — 1. De deugddaden toch zijn tegenovergesteld aan de slechte daden. Welnu, de menschelijke

---

AD TERTIUM dicendum, quod lex naturalis est quaedam participatio legis aeternae in nobis. Lex autem humana deficit a lege aeterna; dicit enim Augustinus in I. de Lib. Arb. [cap. 5.]: « Lex ista, quae regendis civitatibus fertur, multa concedit, atque impunita relinquit, quae per divinam providentiam vindicantur; neque enim quia non omnia facit, ideo quae facit, improbanda sunt. » Unde etiam lex humana non omnia potest prohibere, quae prohibet lex naturae.

ARTICULUS III.

Utrum lex humana praecipiat actus omnium virtutem

[Supr. q. 93. art. 3. ad 3. et infr. q. 100. art. 2. corp.].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod lex humana non praecipiat actus omnium virtutum : actibus enim virtutum opponuntur actus vitiosi;

wet verbiedt niet alle verkeerde daden, zooals (in het vorig Artikel) gezegd is. Dus gebiedt ze ook niet alle deugddaden.

2. De deugddaad gaat uit van de deugd. Welnu de deugd is het doel van de wet, en daarom kan wat uit deugd voortkomt niet onder een voorschrift vallen van de wet. Dus gebiedt de menschelijke wet niet alle deugddaden.

3. De menschelijke wet ordent tot het algemeen welzijn, zooals hierboven gezegd is (XC[e] Kw., 2[e] Art.). Welnu sommige deugddaden zijn niet geordend tot het algemeen welzijn, maar tot het privaat belang. Dus gebiedt de menschelijke wet niet alle deugddaden.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Wijsgeer in het V[e] Boek van zijn *Ethica* (I[e] H. Nr 14) : « *De wet gebiedt de werken én van den sterke, én van den matige, én van den zachtmoedige, en ook met betrekking tot de overige deugden en ondeugden, gebiedt ze of verbiedt ze.* »

LEERSTELLING. — De verschillende soorten van deugden worden onderscheiden naar hun voorwerp, zooals blijkt uit wat

---

sed lex humana non prohibet omnia vitia, ut dictum est [art. praec.] ; ergo etiam non praecipit actus omnium virtutum.

2. PRÆTEREA, actus virtutis a virtute procedit; sed virtus est finis legis; et ita quod est ex virtute, sub praecepto legis cadere non potest; ergo lex humana non praecipit actus omnium virtutum.

3. PRÆTEREA, lex humana ordinatur ad bonum commune, ut dictum est [q. 90. art. 2.] ; sed quidam actus virtutum non ordinantur ad bonum commune, sed ad bonum privatum; ergo lex non praecipit actus omnium virtutum.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 5. Ethic. [cap. 1.], quod praecipit lex et fortis opera facere, et quae temperati, et quae mansueti; similiter autem secundum alias virtutes et malitias, haec quidem jubens, haec autem prohibens.

RESPONDEO dicendum, quod species virtutum distinguuntur secundum objecta, ut ex supradictis patet [q. 54. art. 2.] ; omnia autem objecta

vroeger gezegd werd (LIV^e Kw., 2^e Art.). Welnu alle deugdvoorwerpen kunnen teruggebracht worden, ofwel tot het privaat belang van één persoon, ofwel tot het algemeen welzijn van een geheele gemeenschap; zoo kan b. v. iemand de daden van de sterkte nastreven, ofwel tot het behoud van den staat, ofwel om het recht van zijn vriend te verdedigen; en zoo is het ook met de andere deugden.

De wet nu is, gelijk we gezien hebben (XC^e Kw., 7^e Art.), geordend tot het algemeen welzijn. Daarom is er geen enkele deugd waarvan de daden niet kunnen geboden worden door de wet. Toch gebiedt de menschelijke wet niet alle daden van alle deugden, maar alleen die, welke ofwel onmiddellijk geordend kunnen worden tot het algemeen welzijn, zooals wanneer sommige dingen direct gebeuren om het algemeen welzijn; ofwel middellijk, zooals die verordeningen van den wetgever, die betrekking hebben op de goede tucht, waardoor de burgers er toe geneigd zijn om het algemeen belang van de rechtvaardigheid en den vrede te bewaren.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De menschelijke wet verbiedt niet alle daden der ondeugden krachtens de verplich-

---

virtutum referri possunt vel ad bonum privatum alicujus personae, vel ad bonum commune multitudinis, sicut ea, quae sunt fortitudinis, potest aliquis exequi vel propter conservationem civitatis, vel ad conservandum jus amici sui, et simile est in aliis.

Lex autem, ut dictum est [q. 90. art. 2.], ordinatur ad bonum commune; et ideo nulla virtus est de cujus actibus lex praecipere non possit. Non tamen de omnibus actibus omnium virtutum lex humana praecipit, sed solum de illis, qui ordinabiles sunt ad bonum commune, vel immediate, sicut cum aliqua directe propter bonum commune fiunt; vel mediate, sicut cum aliqua ordinantur a legislatore pertinentia ad bonam disciplinam, per quam cives informantur, ut commune bonum justitiae et pacis conservent.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod lex humana non prohibet omnes actus vitiosos secundum obligationem praecepti, sicut nec praecipit omnes actus

ting van een voorschrift, zooals ze ook niet alle deugddaden beveelt, maar ze verhindert slechts enkele verkeerde daden van bepaalde ondeugden, zooals ze ook slechts enkele daden van afzonderlijke deugden gebiedt.

2. Een daad kan op twee manieren aan een deugd worden toegeschreven : ten eerste, zóó, dat de mensch overeenkomstig een deugd handelt, zooals de daad van de rechtvaardigheid is, rechtmatig te handelen, en van de sterkte, krachtdadig op te treden. In dien zin gebiedt de wet sommige deugddaden. Ten tweede, zóó, dat iemand overeenkomstig een deugd handelt zooals een deugdzame handelt. Deze daden gaan altijd van de deugd uit en vallen niet onder het voorschrift van de wet, maar zijn haar doel, dat de wetgever beoogt.

3. Iedere deugddaad kan geordend worden tot het algemeen welzijn, hetzij direct, hetzij indirect, zooals (in de Leerstelling) uiteengezet is.

---

virtuosos : prohibet tamen aliquos actus singulorum vitiorum, sicut etiam praecipit quosdam actus singularum virtutum.

AD SECUNDUM dicendum, quod aliquis actus dicitur esse virtutis dupliciter : uno modo ex eo, quod homo operatur virtuosa, sicut actus virtutis justitiae est facere recta, et actus fortitudinis facere fortia; et sic lex praecipit aliquos actus virtutum. Alio modo dicitur actus virtutis, quia aliquis operatur virtuosa eo modo quo virtuosus operatur; et talis actus semper procedit a virtute, nec cadit sub praecepto legis; sed est finis, ad quem legislator ducere intendit.

AD TERTIUM dicendum, quod non est aliqua virtus, cujus actus non sint ordinabiles ad bonum commune, ut dictum est [in corp.], vel mediate, vel immediate.

IVe ARTIKEL.

Bindt de menschelijke wet in geweten?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de menschelijke wet niet in geweten bindt. — 1. Een lagere bevoegdheid kan immers geen wet opleggen met betrekking tot het domein van een hoogere bevoegdheid. Welnu de menschelijke bevoegdheid, die de menschelijke wet oplegt, is lager dan de goddelijke. Dus kan ze geen wet opleggen met betrekking tot het goddelijk domein, nl. het geweten.

2. De uitspraak van het geweten hangt hoofdzakelijk af van de goddelijke voorschriften. Welnu soms worden de goddelijke voorschriften door de menschelijke wetten verijdeld, volgens het woord van *Mattheus* (15, 6) : « *Door uw overlevering hebt gij het bevel van God verijdeld.* » Dus bindt de menschelijke wet niet in geweten.

ARTICULUS IV.

Utrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiae.

[2-2. q. 60. art. 5. ad 1.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod lex humana non imponat homini necessitatem in foro conscientiae : inferior enim potestas non potest imponere legem in judicio superioris potestatis; sed potestas humana, quae fert legem humanam, est infra potestatem divinam; ergo lex humana non potest imponere legem quantum ad judicium divinum, quod est judicium conscientiae.

2. PRÆTEREA, judicium conscientiae maxime dependet ex divinis mandatis; sed quandoque divina mandata evacuantur per leges humanas, secundum illud Matth. 15 [v. 6.] : « Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras. » Ergo lex humana non imponit homini necessitatem quantum ad conscientiam.

3. De menschelijke wetten houden voor de menschen dikwijls nadeel en onrechtvaardigheid in, volgens *Isaïas* (10, 1 v. v.) : « *Wee hun die onrechtvaardige wetten maken en schrijvende onrecht schrijven, om in het gericht de armen te onderdrukken en geweld te plegen aan de zaak der geringen van mijn volk* ». Maar iedereen mag druk en geweld ontwijken. Dus bindt de wet niet in geweten.

Maar daartegenover staat het woord van Petrus (I^e^ *Brief*, 2, 19) : « *Dit is de genade, wanneer iemand om wille van zijn geweten ellende doorstaat en onrechtvaardigheid lijdt* ».

LEERSTELLING. — De wetten, door menschen gemaakt, zijn ofwel rechtvaardig, ofwel onrechtvaardig. Indien ze rechtvaardig zijn, binden ze in geweten krachtens de eeuwige wet, waarvan ze zijn afgeleid, overeenkomstig het woord uit het *Boek der Spreuken* (8, 15) : « *Door mij regeeren de Koningen en onderscheiden de makers van wetten, wat rechtvaardig is* ». Wetten nu worden rechtvaardig genoemd, én van den kant van het doel, wanneer ze geordend zijn tot het algemeen welzijn; én van den

---

3. PRÆTEREA, leges humanae frequenter ingerunt calumniam et injuriam hominibus, secundum illud Isa. 10 [v. 1. sq.] : « Vae, qui condunt leges iniquas, et scribentes injustitias scripserunt, ut oppriment in judicio pauperes, et vim facerent causae humilium populi mei. » Sed licitum est unicuique oppressionem et violentiam evitare; ergo leges humanae non imponunt necesitatem homini quantum ad conscientiam.

SED CONTRA est, quod dicitur 1. Pet. 2. [v. 19.] : « Haec est gratia, si propter conscientiam sustineat quis tristitias, patiens injuste. »

RESPONDEO dicendum, quod leges positae humanitus sunt justae, vel injustae. Si quidem justae sint, habent vim obligandi in foro conscientiae a lege aeterna, a qua derivantur, secundum illud Proverb. 8. [v. 15.] : « Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. » Dicuntur autem leges justae et ex fine, quando scilicet ordinantur ad bonum com-

kant van het gezag, wanneer ze de macht van dengene, die ze maakt, niet boven gaan; én van den kant van het wezen van de wet, wanneer ze haar onderdanen naar verhouding gelijke lasten opleggen voor het algemeen belang. Immers, daar één mensch deel uitmaakt van de gemeenschap, is alles, wat die mensch is of heeft, van de gemeenschap, gelijk ook alles wat een deel is, van het geheel is. Daarvandaan brengt soms de natuur eenig nadeel toe aan het deel, om het geheel te behouden. Hiermee in overeenstemming zijn die wetten, die naar verhouding gelijke lasten opleggen, rechtvaardig en binden ze ook in geweten, en zijn het echte wetten.

Wetten kunnen onrechtvaardig zijn op twee manieren : ten eerste, voor zoover ze tegengesteld zijn aan het menschelijk goed. Dit kan op de drie bovengenoemde manieren : ofwel van den kant van het doel, wanneer een of andere overste aan zijn onderdanen overdreven zware wetten oplegt, die geen betrekking hebben op het algemeen welzijn, maar eerder op eigen hebzucht of eer; ofwel van den kant van het gezag, wanneer iemand b. v. een wet maakt, buiten zijn gegeven bevoegdheid om; ofwel van den kant van het wezen van de wet, wanneer b. v. de lasten on-

---

mune; et ex auctore, quando scilicet lex lata non excedit potestatem ferentis; et ex forma, quando scilicet secundum aequalitatem proportionis imponuntur subditis onera in ordine ad bonum commune. Cum enim unus homo sit pars multitudinis, quilibet homo hoc ipsum quod est et quod habet, est multitudinis; sic quaelibet pars id quod est, est totius. Unde et natura aliquod detrimentum infert parti, ut salvet totum. Et secundum hoc leges hujusmodi onera proportionabiliter inferentes justae sunt, et obligant in foro conscientiae, et sunt leges legales.

Injustae autem sunt leges dupliciter. Uno modo per contrarietatem ad bonum humanum, e contrario praedictis : vel ex fine, sicut sum aliquis praesidens leges imponit onerosas subditis, non pertinentes ad utilitatem communem, sed magis ad propriam cupiditatem vel gloriam; vel etiam ex auctore, sicut cum aliquis legem fert ultra sibi commissam potestatem; vel etiam ex forma, puta cum inaequaliter onera multitudini dispensantur, etiamsi ordinentur ad bonum commune. Et hujusmodi magis sunt violentiae,

gelijk over de menigte verdeeld zijn, zelfs al zijn ze op het algemeen welzijn gericht. Dergelijke voorschriften zijn eerder gewelddadigheden dan wetten, omdat volgens Augustinus (*Over den vrijen Wil*, I^e B., V^e H.) iets wat onrechtvaardig is, geen wet is. Daarvandaan binden dergelijke wetten niet in geweten, tenzij om ergernis of oproer te vermijden, waarom de mensch zelfs van zijn recht afstand moet doen, overeenkomstig het woord van *Mattheus* (5, 40-41) : « *Indien iemand U vraagt, duizend schreden met hem te gaan, ga er met hem dan nog twee duizend, en indien iemand U een onderkleed vraagt, geef hem dan ook uw opperkleed.* » Op een andere manier kunnen de wetten onrechtvaardig zijn, doordat ze tegengesteld zijn aan het goddelijk goed, zooals de wetten van tyrannen, die afgoderij geboden, of wat ook in strijd is met de goddelijke wet. Dergelijke wetten mag men in het geheel niet onderhouden, daar men eerder aan God moet gehoorzamen dan aan de menschen, zooals we lezen in de *Handelingen der Apostelen* (4, 29).

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Zooals de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Romeinen* (13, 1 v. v.), *is alle macht*

---

quam leges : quia, sicut Augustinus dicit in lib. 1. de Lib. Arb. [cap. 5.], lex esse non videtur, quae justa non fuerit. Unde tales leges non obligant in foro conscientiae, nisi forte propter vitandum scandalum vel turbationem, propter quod etiam homo juri suo debet cedere, secundum illud Matth. 5. [v. 40-41] : « Qui angariaverit te mille passus, vade cum eo alia duo; et qui abstulerit tibi tunicam, da ei et pallium. » Alio modo leges possunt esse injustae per contratietatem ad bonum divinum, sicut leges tyrannorum inducentes ad idolatriam vel ad quodcumque aliud, quod sit contra legem divinam. Et tales leges nullo modo licet observare, quia, sicut dicitur Act. 4. [v. 29.], « obedire oportet Deo magis quam hominibus. »

AD PRIMUM ergo dicendum, quod, sicut Apostolus dicit Rom. 13 [v. 1. sq.], « omnis potestas humana a Deo est », et ideo qui potestati resistit in his quae ad potestatis ordinem pertinent, Dei ordinationi resistit; et secundum hoc efficitur reus quantum ad conscientiam.

van God, en daarom *die aan de macht weerstaat*, met betrekking tot die dingen, die behooren tot die macht, *weerstaat aan het bevel van God*. En met betrekking daartoe bindt de menschelijke wet in geweten.

2. Die redeneering gaat uit van de menschelijke wetten, die ingaan tegen het bevel van God, en hiertoe strekt de macht zich niet uit; vandaar behoeft men in die dingen niet te gehoorzamen aan de menschelijke wet.

3. Die redeneering gaat uit van die wetten, die een onrechtvaardigen last opleggen aan de onderdanen, waartoe ook de macht, van God gegeven, zich niet uitstrekt; vandaar is de mensch in dergelijke dingen niet verplicht tot gehoorzaamheid aan de wet, indien men tenminste zonder ergernis of grooter nadeel kan weerstaan.

V^e^ ARTIKEL.

Zijn alle menschen aan de wet onderworpen?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat niet alle menschen aan de wet onderworpen zijn. — 1. Immers alleen diegenen zijn aan

---

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procedit de legibus humanis, quae ordinantur contra Dei mandatum, et ad hoc ordo potestatis non se extendit; unde in talibus legi humanae non est parendum.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio illa procedit de lege, quae infert gravamen injustum subditis; ad quod etiam ordo potestatis divinitus concessus non se extendit; unde nec in talibus homo obligatur ut obediat legi, si sine scandalo vel majori detrimento resistere possit.

ARTICULUS V.

Utrum omnes subjiciantur legi.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod non omnes legi subjiciantur: illi enim soli subjiciuntur legi, quibus lex ponitur; sed Apostolus dicit 1. ad

de wet onderworpen, waarvoor de wet gemaakt is. Welnu de Apostel zegt in zijn *I^n Brief aan Timotheus* (1, 9), dat *de wet niet gemaakt is voor de rechtvaardigen*. Dus zijn de rechtvaardigen niet aan de wet onderworpen.

2. Paus Urbanus zegt (*Decreten*, 19, 2) : « *Wie door een private wet bevolen wordt, behoeft om geen enkele reden door een algemeene wet beperkt te worden.* » Welnu de hoogstaande menschen, die volgens het woord van den Apostel (*Brief aan de Romeinen*, 8, 14) zonen van God zijn, worden geleid door de private wet van den H. Geest. Dus zijn niet alle menschen aan de wet onderworpen.

3. De Jurisperitus zegt : « *De vorst staat los van de wet* ». Welnu hij die los staat van de wet, is aan de wet niet onderworpen.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in zijn *Brief aan de Romeinen* (13, 1) : « *Alle menschen zijn onderworpen aan de hoogste macht.* » Welnu iemand die niet onderworpen is aan de wet, die gemaakt is door een macht, is niet onderworpen aan die macht. Dus zijn alle menschen onderworpen aan de wet.

Timoth. 1. [v. 9.], quod justo non est lex posita; ergo justi non subjiciuntur legi humanae.

2. PRÆTEREA, Urbanus Papa dicit, et habetur in Decretis [Caus. 19. q. 2] : « Qui lege privata ducitur, nulla ratio exigit ut publica constringatur. » Lege autem privata Spiritus Sancti ducuntur omnes viri spirituales, qui sunt filii Dei, secundum illud Rom. 8 [v. 14] : « Qui Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt. » Ergo non omnes legi humanae subjiciuntur.

3. PRÆTEREA, Jurisperitus dicit quod princeps legibus solutus est; qui autem est solutus a lege, non subditur legi; ergo non omnes subjecti sunt legi.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 13. [v. 1.] : « Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. » Sed non videtur esse subditus potestati, qui non subjicitur legi, quam fert potestas; ergo omnes homines debent esse legi subjecti.

LEERSTELLING. — Zooals uit het vroeger gezegde blijkt (XC^e Kw., 1° en 2^e Art.), behooren twee dingen tot het begrip van wet, nl. ten eerste, dat ze norm is van de menschelijke daden; ten tweede, dat ze een dwingend karakter heeft. Op twee manieren dus kan een mensch aan de wet onderworpen zijn, nl. ten eerste als iemand die geregeld wordt door een norm, en zóó zijn allen, die onderworpen zijn aan een macht, ook onderworpen aan de wet, die gemaakt is door die macht. Dat iemand nu niet onderworpen is aan een macht, kan om twee redenen zijn : ofwel omdat hij onder geen enkel opzicht onderworpen is aan die macht, zooals zij, die tot een bepaalden staat of rijk behooren, niet onderworpen zijn aan de wetten van den vorst van een anderen staat of rijk, gelijk ze ook niet onder zijn beheer vallen. Ofwel omdat hij geregeerd wordt door een hoogere wet. Zoo moet b. v. iemand, indien hij onderworpen is aan een proconsul, zich door zijn bevelen laten leiden, behalve in die dingen, waarvan hij door den vorst zelf ontslagen is. Want met betrekking tot die dingen is hij niet onderworpen aan de bevelen van den lageren overste, daar hij geleid wordt door een hooger bevel. Zoo gebeurt het dus, dat iemand die in het algemeen onderworpen is aan een wet, met

---

RESPONDEO dicendum, quod, sicut ex supradictis patet [q. 90. art. 1. et 2.], lex de sui ratione duo habet : primo quidem, quod est regula humanorum actuum, secundo, quod habet vim coactivam. Dupliciter ergo aliquis homo potest esse legi subjectus : uno modo, sicut regulatam regulae; et hoc modo omnes illi, qui subduntur potestati, subduntur legi, quam fert potestas. Quod autem aliquis potestati non subdatur, potest contingere dupliciter : uno modo, quia est simpliciter absolutus ab ejus subjectione; unde illi, qui sunt de una civitate vel regno, non subduntur legibus principis alterius civitatis vel regni, sicut nec ejus dominio; alio modo, secundum quod regitur superiori lege : puta si aliquis subjectus sit proconsuli, regulari debet ejus mandato, non tamen in his, quae dispensantur ei ab imperatore : quantum enim ad illa non adstringitur mandato inferioris cum superiori mandato dirigatur. Et secundum hoc contingit, quod aliquid, simpliciter subjectus legi, secundum aliqua legi non adstringitur, secundum quae regitur superiori lege.

betrekking tot een bepaald ding waarin hij door een hoogere wet geleid wordt, niet onderworpen is aan die wet.

Op een andere manier kan iemand aan de wet onderworpen zijn, nl. gelijk iemand, die gedwongen wordt, onderworpen is aan dengene, die dwingt. Op die manier zijn de deugdzamen niet aan de wet onderworpen, maar alleen de slechten. Immers wat gedwongen en met geweld gebeurt, gebeurt tegen den wil. De wil nu van de goeden is in overeenstemming met de wet, terwijl de wil van de slechten er aan weerstreeft. In dien zin zijn dus de goeden niet aan de wet onderworpen, maar alleen de slechten.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Die redeneering gaat uit van het onderworpen zijn door dwang. In dien zin immers is *de wet niet voor de rechtvaardigen gemaakt*, daar *zij zelf hun eigen wet zijn, terwijl ze laten zien, dat het werk der wet in hun harten geschreven staat*, zooals de Apostel zegt in den *Brief aan de Romeinen* (2, 14-15). Dus heeft de wet voor hen geen dwingend karakter, zooals voor de slechten.

2. De wet van den H. Geest staat boven iedere menschelijke wet. Vandaar zijn de hoogstaande menschen, in zoover ze door

---

Alio vero modo dicitur aliquis subjectus legi, sicut coactum cogenti : et hoc modo homines virtuosi et justi non subduntur legi, sed soli mali. Quod enim est coactum et violentum, est contrarium voluntati : voluntas autem bonorum consonat legi, a qua malorum voluntas discordat; et ideo secundum hoc boni non sunt sub lege, sed solum mali.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio illa procedit de subjectione, quae est per modum coactionis. Sic enim justo non est lex posita; quia ipsi sibi sunt lex, dum ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, sicut Apostolus ad Rom. 2. [v. 14-15] dicit. Unde in eos non habet lex vim coactivam, sicut habet in injustos.

AD SECUNDUM dicendum, quod lex Spiritus Sancti est superior omni lege humanitus posita. Et ideo viri spirituales, secundum hoc quod lege Spiritus Sancti ducuntur, non subduntur legi quantum ad ea, quae repugnant ductioni Spiritus Sancti. Sed tamen hoc ipsum est de ductu Spiritus Sancti, quod

de wet van den H. Geest geleid worden, niet onderworpen aan de wet, met betrekking tot die dingen, die in strijd zijn met de leiding van den H. Geest. Maar het behoort juist tot de leiding van den H. Geest, dat de hoogstaande menschen onderworpen zijn aan de wet, overeenkomstig het woord uit den *I^n Brief van Petrus* (2. 13) : « *Zijt onderworpen aan ieder menschelijk schepsel, om God* ».

3. Men zegt, dat de vorst los is van de wet, met betrekking tot het dwingend karakter van de wet. Niemand immers kan door zich zelf gedwongen worden, en de wet heeft geen dwingend karakter tenzij door de macht van den vorst. In dien zin zegt men dus, dat de vorst los is van de wet, omdat niemand hem kan veroordeelen, wanneer hij de wet overtreedt. Vandaar merkt de gewone Glossa op het woord van *Psalm* 50, 6: « Tegen U alleen heb ik gezondigd » aan, dat *de koning geen mensch heeft, die zijn daden beoordeelt.* Maar met betrekking tot het leidend karakter van de wet is de vorst wel onderworpen aan de wet, krachtens zijn eigen wil. Vandaar lezen we in de Constituties : « *Datgene van het recht, wat iemand op een ander toepast, moet hij ook zelf gebruiken.* » *En het gezag van de Wijze zegt* : « *On-*

---

homines spirituales legibus humanis subdantur, secundum illud 1. Pet. 2 [v. 13] : « Subjecti estote omni humanae creaturae propter Deum. »

AD TERTIUM dicendum, quod princeps dicitur esse solutus a lege quantum ad vim coactivam legis : nullus enim proprie cogitur a seipso; lex autem non habet vim coactivam, nisi ex principis potestate. Sic igitur princeps dicitur esse solutus a lege, quia nullus in ipsum potest judicium condemnationis ferre, si contra legem agat. Unde super illud Psal. 50 [v. 6.] : « Tibi soli peccavi, » etc. dicit Glossa [ord. Cassiod.], quod « rex non habet hominem, qui sua facta dijudicet ». Sed quantum ad vim directivam legis, princeps subditur legi propria voluntate, secundum quod dicitur, extra, De Constitutionibus, cap. Cum omnes : « Quod quisque juris in alterum statuit, ipse eodem juri uti debet. Et Sapientis dicit auctoritas : patere legem, quam ipse tuleris ». Improperatur etiam his a Domino, qui dicunt, et non faciunt, et qui aliis onera gravia imponunt, et ipsi nec digito volunt ea movere, ut dicitur Matth. 23 [v. 3-4]. Unde quantum ad Dei

derhoud de wet, die gij zelf geeft ». Ook worden diegenen gelaakt door den Heer, die *zeggen en niet doen*, en zij die *aan anderen zware lasten opleggen, en ze zelf niet met den vinger aanraken*, zooals bij *Mattheus* gezegd wordt (23, 3-4). Vandaar is de vorst voor het oordeel van God niet onafhankelijk van de wet met betrekking tot het leidend karakter, maar moet hij uit eigen beweging, en niet gedwongen, de wet onderhouden. Ook staat de vorst boven de wet in zoover hij, als het nuttig is, de wet kan veranderen en naar gelang van tijd en plaats er van kan ontslaan.

VI° ARTIKEL.

Mogen zij, die aan de wet onderworpen zijn, buiten de letter van de wet om handelen?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat hij, die onderworpen is aan de wet, niet buiten de letter van de wet om mag handelen. — 1. Augustinus immers zegt in zijn werk *Over den waren Godsdienst* (XXXI[e] H.) : « *Ofschoon de menschen over de tijdelijke wetten oordeelen, wanneer zij ze maken, mogen ze er echter niet*

---

judicium princeps non est solutus a lege quantum ad vim directivam ejus; sed debet voluntarius, non coactus, legem implere. Est etiam princeps supra legem, inquantum, si expediens fuerit, potest legem mutare et in ea dispensare pro loco et tempore.

ARTICULUS VI.

Utrum ei, qui subditur legi, liceat praeter verba legis agere.

[Infr. q. 97. art. 3. ad 1. et 2-2. q. 60. art. 5. ad 2. et 3. et q. 147. art. 4. corp. et 3. Dist. 13. q. 3. art. 4. et Dist. 37. art. 4. corp. fin. et 4. Dist. 15. q. 3. art. 2.].

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod non liceat ei, qui subditur legi, praeter verba legis agere : dicit enim Augustinus in lib. de Vera Re-

meer over oordeelen, wanneer ze gemaakt en bevestigd zijn, maar dan moeten ze oordeelen volgens de wetten. » Welnu indien iemand buiten de letter van de wet om handelt, terwijl hij zegt, dat hij den geest van den wetgever handhaaft, dan schijnt hij over de wet te oordeelen. Dus mag iemand, die aan de wet onderworpen is, niet buiten de letter van de wet om handelen, om de bedoeling van den wetgever te handhaven.

2. Alleen hij kan wetten verklaren, die ze kan maken. Welnu niet alle onderdanen van de wet kunnen wetten maken. Dus komt het hun niet toe, de bedoeling van den wetgever te verklaren, maar moeten ze altijd volgens de letter van de wet handelen.

3. Ieder verstandig mensch weet zijn bedoeling door zijn woorden uiteen te zetten. Welnu zij die wetten maken, moeten voor verstandig gehouden worden. Immers in het *Boek der Spreuken* lezen we (8, 15) : « *Door mij regeeren de koningen en zien de wetgevers wat rechtvaardig is* ». Dus mag men niet oordeelen over de bedoeling van den wetgever, buiten de letter van de wet om.

Maar daartegenover staat het gezegde van Hilarius in zijn Boek *Over de Drieëenheid* (IV^e^ B., N^r^ 14) : « *De beteekenis*

---

ligione [cap. 31.] : « In temporalibus legibus quamvis homines judicent de his, cum eas instituunt, tamen quando sunt institutae et firmatae, non licebit de ipsis judicare, sed secundum ipsas ». Sed si aliquis praetermittat verba legis, dicens se intentionem legislatoris servare, videtur judicare de lege; ergo non licet ei, qui subditur legi, ut praetermittat verba legis, ut intentionem legislatoris servet.

2. PRÆTEREA, ad eum solum pertinet leges interpretari, cujus est condere leges; sed omnium subditorum legi non est leges condere; ergo eorum non est interpretari legislatoris intentionem, sed semper secundum verba legis agere debent.

3. PRÆTEREA, omnis sapiens intentionem suam verbis novit explicare; sed illi qui leges condiderunt, reputari debent, sapientes : dicit enim Sapientia Prov. 8 [v. 15] : « Per me reges regnant, et legum conditores justa decernunt. » Ergo de intentione legislatoris non est judicandum, nisi per verba legis.

der woorden moet bepaald worden naar de reden waarom ze gezegd worden, daar de zaak niet van het woord, maar het woord van de zaak moet afhangen ». Dus moet men meer letten op de reden, die den wetgever bewogen heeft, dan op de woorden van de wet.

LEERSTELLING. — Gelijk vroeger gezegd is (XC^e^ Kw., 2^e^ Art.), is iedere wet geordend tot het algemeen welzijn van de menschen, en slechts in zoover heeft ze kracht en beteekenis van wet. In zoover ze er echter van afwijkt, heeft ze geen bindende kracht. Vandaar zegt de Jurisperitus, dat het *strijdt met alle begrip van recht en billijkheid, dat wij die regelingen die voor het welzijn der menschen zijn ingevoerd, door een te strenge verklaring tegen hun nut in opvoeren tot grootere gestrengheid.* Welnu het gebeurt meermalen, dat het in acht nemen van iets over het algemeen nuttig is voor het algemeen welzijn, ofschoon het in enkele gevallen zeer nadeelig is. Daar dus de wetgever niet alle gevallen afzonderlijk kan overzien, stelt hij wetten met betrekking tot die dingen, die gewoonlijk voorkomen, met het doel het algemeen welzijn te bevorderen. Indien er zich dus een geval voor-

---

SED CONTRA est, quod Hilarius dicit in 4. de Trin. [n. 14] : « Intelligentia dictorum ex causis est assumenda dicendi, quia non sermoni res, sed rei debet esse sermo subjectus ». Ergo magis est attendendum ad causam quae movit legislatorem, quam ad ipsa verba legis.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. 90. art. 2.], omnis lex ordinatur ad communem hominum salutem, et intantum obtinet vim et rationem legis. Secundum vero quod ab hoc deficit, virtutem obligandi non habet. Unde Jurisperitus dicit [lib. 1. ff. de Legib. et Senatuscons.] quod « nulla ratio juris aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter pro salute hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra ipsorum commodum perducamus ad severitatem ». Contingit autem multoties, quod aliquid observari communi saluti est utile ut in pluribus, quod tamen in aliquibus casibus est maxime nocivum. Quia igitur legislator non potest omnes singulares casus intueri, proponit legem secundum ea, quae in pluribus

doet, waarin de onderhouding van de wet verderfelijk is voor het algemeen welzijn, moet ze niet worden onderhouden; zooals b. v. wanneer in een belegerde stad een wet gemaakt wordt, dat de poorten gesloten moeten blijven, dan is dit voor de meeste gevallen nuttig voor het algemeen welzijn; maar wanneer het moest gebeuren, dat de vijanden enkele burgers achtervolgen waardoor de staat moet gered worden, dan zou het voor den staat allerverderfelijkst zijn, moest men de poorten niet open doen. In zoo een geval moeten de poorten geopend worden, tegen de letter van de wet in, opdat de bedoeling van den wetgever, nl. het algemeen welzijn, behouden blijve.

Maar men moet goed in het oog houden, dat het niet aan iedereen toekomt uit te maken wat voor den staat nuttig is en wat niet. Dit komt alleen toe aan den vorst, die in dergelijke gevallen de macht heeft in de wet te dispenseeren, tenzij de onderhouding van de letter der wet gepaard gaat met een oogenblikkelijk gevaar, waarin men zonder tijdverlies moet handelen. In dergelijk geval, waarin men zich niet tot den overste kan wenden, brengt de noodzakelijkheid zelf de dispensatie met zich mee, omdat de noodzakelijkheid buiten de wet valt.

---

accidunt, ferens intentionem suam ad communem utilitatem. Unde si emergat casus, in quo observatio talis legis sit damnosa communi saluti, non est observanda, sicut si in civitate obsessa statuatur lex quod, portae civitatis maneant clausae, hoc est utile communi saluti ut in pluribus; si tamen contingat casus, quod hostes insequantur aliquos cives, per quos civitas conservatur, damnosissimum esset civitati, nisi eis portae aperirentur, et ideo in tali casu essent portae aperiendae contra verba legis, ut servaretur utilitas communis, quam legislator intendit.

Sed tamen hoc est considerandum, quod si observatio legis secundum verba non habeat subitum periculum, cui oporteat statim occurri, non pertinet ad quemlibet ut interpretetur quid sit utile civitati, et quid inutile civitati, sed hoc solum pertinet ad principes, qui propter hujusmodi casus habent auctoritatem in legibus dispensandi. Si vero sit subitum periculum, non patiens tantam moram ut ad superiorem recurri possit, ipsa necessitas dispensationem habet annexam, quia necessitas non subditur legi.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Iemand die in een geval van noodzakelijkheid buiten de letter van de wet om handelt, oodeelt niet over de wet zelf, maar over een afzonderlijk geval, waarin volgens hem de wet niet behoeft onderhouden te worden.

2. Wie volgens de bedoeling van den wetgever handelt, geeft niet in het algemeen uitleg van de wet, maar in een bepaald geval, waarin het klaarblijkelijk nadeel vanzelf aanwijst, dat de wetgever het anders heeft bedoeld. Indien er echter twijfel is, moet men ofwel overeenkomstig de letter van de wet handelen, ofwel den overste raadplegen.

3. Geen enkel mensch is zóó verstandig, dat hij alle afzonderlijke gevallen kan uitdenken. Daarom kan hij door zijn woorden niet voldoende uitdrukken wat hij beoogt. En ook wanneer een wetgever alle gevallen zou kunnen overwegen, dan nog zou hij niet alle gevallen moeten uitdrukken, om verwarring te vermijden. Hij moet echter wetten maken naar die gevallen die gewoonlijk voorkomen.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ille, qui in casu necessitatis agit praeter verba legis, non judicat de ipsa lege, sed judicat de casu singulari in quo videt verba legis observanda non esse.

AD SECUNDUM dicendum, quod ille qui sequitur intentionem legislatoris, non interpretatur legem simpliciter, sed in casu in quo manifestum est per evidentiam documenti (1) legislatorem aliud intendisse. Si enim dubium sit, debet vel secundum verba legis agere, vel superiorem consulere.

AD TERTIUM dicendum, quod nullius hominis sapientia tanta est, ut possit omnes singulares casus excogitare, et ideo non potest sufficienter per verba sua exprimere ea, quae conveniunt ad finem intentum; et si posset legislator omnes casus considerare, non oportet ut omnes exprimeret, propter confusionem vitandam, sed legem ferre deberet secundum ea, quae in pluribus accidunt.

---

(1) nocumenti.

ZEVEN EN NEGENTIGSTE KWESTIE.

OVER DE VERANDERING VAN DE WETTEN.

(Vier Artikelen.)

Op de beschouwing over de bevoegdheid van de wet, volgt de beschouwing over haar veranderlijkheid. Hieromtrent stellen we vier vragen :

1) Is de menschelijke wet veranderlijk?

2) Moet de menschelijke wet veranderd worden telkens als er zich iets beters voordoet?

3) Wordt de wet door gewoonte afgeschaft en krijgt een gewoonte kracht van wet?

4) Moet het gebruik van de menschelijke wet door dispensaties van de leiders veranderd worden?

QUÆSTIO XCVII.

DE MUTATIONE LEGUM.

Deinde considerandum est de mutatione legum.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

1. Utrum lex humana sit mutabilis. — 2. Utrum semper debeat mutari, quando aliquid melius occurrerit. — 3. Utrum per consuetudinem aboleatur, et utrum consuetudo obtineat vim legis. — 4. Utrum usus legis humanae per dispensationem rectorum immutari debeat.

I° ARTIKEL.

Moet de menschelijke wet op een of andere manier veranderd worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de menschelijke wet op geen enkele manier veranderd moet worden. — 1. De menschelijke wet immers is afgeleid van de natuurwet, zooals hierboven bewezen is (XCV° Kw., 2° Art.). Welnu de natuurwet duurt onveranderlijk voort. Dus ook de menschelijke wet.

2. De Wijsgeer zegt in het V° Boek van zijn *Ethica* (V° H., N^r 14) : « *Een maatstaf moet op de eerste en voornaamste plaats onveranderlijk zijn* ». Welnu de menschelijke wet is maatstaf van de menschelijke daden, zooals hierboven gezegd is (XC° Kw., 1° en 2° Art.). Dus moet ze onveranderlijk zijn.

3. Tot het wezen van wet behoort, dat ze rechtvaardig en rechtgeordend is, zooals hierboven gezegd is (XCV° Kw., 2° Art.). Welnu iets wat eens rechtgeordend was, blijft rechtgeordend. Dus moet iets wat eens wet was, altijd wet blijven.

ARTICULUS I.

Utrum lex humana debeat mutari aliquo modo.

[Supr. q. 96. art. 5. ad 3. et art. 6. per tot. et infr. q. 104. art. 3. ad 2.].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex humana nullo modo debeat mutari : lex enim humana derivatur a lege naturali, ut supra dictum est [q. 95. art. 2.] ; sed lex naturalis immobilis permanet; ergo et lex humana debet immobilis permanere.

2. PRÆTEREA, sicut Philosophus dicit in 5. Ethic. [cap. 5.] : « Mensura maxime debet esse permanens ». Sed lex humana est mensura humanorum actuum, ut supra dictum est [q. 90. art. 1. et 2.] ; ergo debet immobiliter permanere.

3. PRÆTEREA, de ratione legis est, quod sit justa et recta, ut supra dictum est [q. 95. art. 2] ; sed illud, quod semel est rectum, semper est rectum; ergo illud, quod est semel lex, semper debet esse lex.

Maar daartegenover staat het gezegde van Augustinus in zijn Boek *Over den vrijen Wil* (I° B., VI° H.) : « *De tijdelijke wet kan, ofschoon ze rechtvaardig is, door de tijden heen rechtmatig veranderd worden* ».

LEERSTELLING. — Gelijk vroeger gezegd is (XCI° Kw., 3° Art.), is de menschelijke wet een uitspraak van het verstand, waardoor de menschelijke daden geregeld worden. In overeenstemming hiermede kan er een dubbele reden zijn, waarom de menschelijke wet rechtmatig veranderd kan worden. Ten eerste, van den kant van het verstand; ten tweede, van den kant van de menschen, wier daden door de wet geregeld worden.

Van den kant van het verstand, omdat het overeenkomstig de natuur van het menschelijk verstand schijnt te zijn, om geleidelijk van het onvolmaakte over te gaan tot het volmaakte. Vandaar zien we in de beschouwende wetenschappen, dat de eerste wijsgeeren enkele onvolmaakte dingen hebben overgeleverd, die door de latere meer vervolmaakt zijn. Hetzelfde zien we ook met betrekking tot de practische werken. Immers zij, die het eerst iets nuttigs uitvonden voor de menschelijke gemeenschap, maakten, daar zij niet bij machte waren alles uit zichzelf te overwegen,

---

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in 1. de Lib. Arbitr. [cap. 6.] : « Lex temporalis, quamvis justa sit, commutari tamen per tempora juste potest ».

RESPONDEO dicendum, quod sicut supra dictum est [q. 91. art. 3.], lex humana est quoddam dictamen rationis, quo diriguntur humani actus, et secundum hoc duplex causa potest esse, quod lex humana juste mutetur : una quidem ex parte rationis, alia vero ex parte hominum, quorum actus lege regulantur.

Ex parte quidem rationis, quia humanae rationi naturale esse videtur, ut gradatim ab imperfecto ad perfectum perveniat. Unde videmus in scientiis speculativis, quod qui primo philosophati sunt, quaedam imperfecta tradiderunt, quae postmodum per posteriores sunt tradita magis perfecte. Ita etiam et in operabilibus, nam primi, qui intenderunt invenire aliquid utile communitati hominum, non valentes omnia ex se ipsis considerare, instituerunt

eerst enkele dingen, die in veel opzichten onvolmaakt waren, en die lateren hebben veranderd, terwijl ze dingen maakten die slechts in weinig opzichten te kort schoten voor het algemeen belang.

Van den kant van de menschen echter, wier daden door de wet geregeld worden, kan de wet rechtmatig veranderd worden, om de verandering der omstandigheden waarin de menschen verkeeren. Immers naar de verschillende omstandigheden zijn verschillende dingen nuttig. Augustinus geeft daarvan een voorbeeld in zijn werk *Over den vrijen Wil* (I^{e} B., VI^{e} H.). Indien een volk, zegt hij, goed geleid wordt, ernstig is, en het algemeen welzijn zoo zorgvuldig mogelijk in acht neemt, dan wordt terecht een wet gemaakt, volgens welke zoo een volk zelf de oversten kan kiezen, die de gemeenschap besturen. Maar indien dat volk, naderhand slecht geworden, zijn stem verkoopt, en het bestuur toevertrouwt aan eerlooze en slechte lieden, dan wordt terecht aan zoo een volk de macht om eereposten uit te deelen ontnomen, en volmacht geschonken aan eenige goede mannen.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De natuurwet is een afstraling van de eeuwige wet, zooals vroeger werd bewezen

---

quaedam imperfecta in multis deficientia, quae posteriores mutaverunt instituentes aliqua, quae in paucioribus deficere possunt a communi utilitate.

Ex parte vero hominum, quorum actus lege regulantur, lex recte mutari potest propter mutationem conditionum hominum, quibus secundum diversas eorum conditiones diversa expediunt, sicut Augustinus ponit exemplum in 1. de Lib. Arbitr. [cap. 6.], quod si populus sit bene moderatus et gravis, communisque utilitatis diligentissimus custos, recte lex fertur, qua tali populo liceat creare sibi magistratus, per quos respublica administretur. Porro si paulatim idem populus depravatus habeat venale suffragium, et regimen flagitiosis sceleratisque committat, recte adimitur populo talis potestas dandi honores, et ad paucorum bonorum redit arbitrium.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod naturalis lex est participatio quaedam legis aeternae, ut supra dictum est [q. 91. art. 3.], et ideo immobilis perseverat; quod habet ex immobilitate, et perfectione divinae rationis instituentis

(XCI[e] Kw., 2[e] Art.), en daarom duurt ze onveranderlijk voort. Dit heeft ze van de onveranderlijkheid en de volmaaktheid van het goddelijk verstand, dat de natuur gemaakt heeft. Het verstand van de menschen echter is veranderlijk en onvolmaakt, en daarom zijn ook de wetten, die er door gesteld worden, veranderlijk. Bovendien bevat de natuurwet eenige algemeene voorschriften, die altijd blijven; de menschelijke wet daarentegen bevat particuliere voorschriften voor de verschillende gevallen die voorkomen.

2. Een maatstaf moet onveranderlijk blijven, voor zoover het mogelijk is. Maar met betrekking tot veranderlijke dingen kan iets niet volkomen onveranderlijk blijven, en daarom kan de menschelijke wet niet volkomen onveranderlijk blijven.

3. Rechtgeordend wordt absoluut gezegd, in stoffelijke dingen, en daarom duurt het op zichzelf genomen onveranderlijk voort. Maar de rechtgeordendheid van de wet heeft betrekking op het algemeen welzijn, dat niet altijd dezelfde verhouding heeft tot eenzelfde zaak, gelijk hierboven (in de Leerstelling) gezegd is. Dergelijke rechtgeordendheid wordt dus veranderd.

---

naturam. Sed ratio humana mutabilis est et imperfecta, et ideo ejus lex mutabilis est. Et praeterea lex naturalis continet quaedam universalia praecepta, quae semper manent; lex vero posita ab homine continet praecepta quaedam particularia secundum diversos casus, qui emergunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod mensura debet esse permanens, quantum est possibile; sed in rebus mutabilibus non potest esse aliquid omnino immutabiliter permanens, et ideo lex humana non potest esse omnino immutabilis.

AD TERTIUM dicendum, quod rectum in rebus corporalibus dicitur absolute. Et ideo semper, quantum est de se, manet rectum; sed rectitudo legis dicitur in ordine ad utilitatem communem, cui non semper proportionatur una eademque res, sicut supra dictum est [in corp.]; et ideo talis rectitudo mutatur.

II° ARTIKEL.

Moet de menschelijke wet veranderd worden telkens als er zich iets beters voordoet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de menschelijke wet telkens veranderd moet worden als er zich iets beters voordoet. — 1. De menschelijke wetten immers worden uitgedacht door het menschelijk verstand, gelijk ook de andere kunsten. Welnu in de andere kunsten wordt hetgeen te voren bestond veranderd, wanneer er zich iets beters voordoet. Dus moet hetzelfde gedaan worden voor de menschelijke wet.

2. Uit het verleden kunnen we de toekomst voorzien. Welnu indien de menschelijke wetten niet veranderd waren door latere en betere vindingen, dan zouden er vele nadeelen uit voortspruiten, daar er in de oude wetten vele onbeholpenheden ontdekt zijn. Dus blijkt het, dat de wetten veranderd moeten worden telkens als er zich iets beters voordoet.

ARTICULUS II.

Utrum lex humana semper sit mutanda, quando occurrit aliquid melius.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod semper lex humana, quando aliquid melius occurrit, sit mutanda : leges enim humanae sunt adinventae per rationem humanam, sicut etiam aliae artes; sed in aliis artibus mutatur id, quod prius tenebatur, si aliquid melius occurrat; ergo idem est etiam faciendum in legibus humanis.

2. PRÆTEREA, ex his quae praeterita sunt, providere possumus de futuris; sed nisi leges humanae mutatae fuissent supervenientibus melioribus adinventionibus, multa inconvenientia sequerentur, eo quod leges antiquae inveniuntur multas ruditates continere; ergo videtur, quod leges sint mutandae, quotiescumque aliquid melius occurrit statuendum.

3. De menschelijke wetten worden ingesteld voor de afzonderlijke daden der menschen. Welnu met betrekking tot de afzonderlijke daden kan men zich slechts een volkomen kennis verwerven door ondervinding, wat tijd vereischt. Dus schijnt bij het verloopen van den tijd iets beters vastgesteld te moeten worden.

Maar daartegenover staat het gezegde in de *Decreten* : « *Het is belachelijk en verderfelijk, dat we dulden, dat de overleveringen, die wij van oudsher van de vaders ontvangen hebben, worden vernietigd* ».

LEERSTELLING. — Gelijk we (in het vorig Artikel) gezegd hebben, wordt de wet rechtmatig veranderd, in zoover door die verandering het algemeen welzijn gediend wordt. De verandering van de wet, op zich beschouwd, brengt echter nadeel met zich mee voor het algemeen welzijn, daar de gewoonte krachtig meewerkt voor de onderhouding van de wet, in zoover nl. die dingen die ingaan tegen een algemeene gewoonte, belangrijk schijnen, ofschoon ze op zichzelf gering zijn. Vandaar vermindert de bindende kracht der wet, bij verandering er van, in zoo-

---

3. PRÆTEREA, leges humanae circa actus singulares hominum statuuntur; in singularibus autem perfectam cognitionem adipisci non possumus, nisi per experientiam, quae tempore indiget, ut dicitur in 2. Ethic [cap. 1.] ; ergo videtur, quod per successionem temporis possit aliquid melius occurrere statuendum.

SED CONTRA est, quod dictur in Decretis dist. 12. [cap. 5.] : « Ridiculum est, et satis abominabile dedecus, ut traditiones, quas antiquitus a Patribus suscepimus, infringi patiamur ».

RESPONDEO dicendum, quod, sicut dictum est [art. praec.], lex humana intantum recte mutatur, inquantum per ejus mutationem communi utilitati providetur. Habet autem ipsa legis mutatio, quantum in se est, detrimentum quoddam communis salutis, quia ad observantiam legum plurimum valet consuetudo, intantum quod ea, quae contra communem consuetudinem fiunt,

ver de gewoonte opgeheven wordt. Daarom moet de menschelijke wet nooit veranderd worden, tenzij er aan den eenen kant zooveel aan het algemeen welzijn vergoed wordt, als er op die wijze afbreuk aan gedaan wordt. Dit nu kan gebeuren ofwel, wanneer uit het nieuwe voorschrift een zeer groot en in het oog springend voordeel voortkomt, ofwel wanneer er een dringende noodzakelijkheid is, ofwel wanneer de bestaande wet een klaarblijkelijke onrechtvaardigheid inhoudt, ofwel wanneer haar onderhouding voor zeer velen schadelijk is. Vandaar zegt de Jurisperitus : « *Van nieuw in te stellen bepalingen moet het nut duidelijk zijn, opdat men moge afwijken van datgene wat lang rechtvaardig heeft geschenen* ».

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Wat betrekking heeft op de kunst ontleent zijn kracht alleen aan het verstand. Vandaar moet hetgeen vroeger bestond, veranderd worden, telkens als er zich iets beters voordoet. Maar de wetten ontleenen een groot deel van hun kracht aan de gewoonte, zooals de Wijsgeer zegt in het II[e] Boek van zijn *Politica* (VI[e] H.), en daarom moeten ze niet gemakkelijk veranderd worden.

---

etiam si sint leviora de se, graviora videntur. Unde quando mutatur lex, diminuitur vis constrictiva legis, inquantum tollitur consuetudo, et ideo numquam debet mutari lex humana, nisi ex aliqua parte tantum recompensetur cummuni saluti, quantum ex ista parte derogatur. Quod quidem contingit vel ex hoc quod aliqua maxima et evidentissima utilitas ex novo statuto provenit, vel ex eo quod est maxima necessitas, ex eo quod lex consueta aut manifestam inquitatem continet, aut ejus observatio est plurimum nociva. Unde dicitur a Jurisperito [lib. 1 ff. de Constit. Princ.], quod in rebus novis constituendis evidens debet esse utilitas, ut recte recedatur ab eo jure, quod diu aequum visum est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ea quae sunt artis, habent efficaciam ex sola ratione; et ideo ubicumque melioratio occurrit, est mutandum quod prius tenebatur; sed leges habent maximam virtutem ex consuetudine, ut Philosophus dicit in 2. Polit. [cap. 6.] ; et ideo non sunt de facili mutandae.

2. Die redeneering bewijst, dat wetten veranderd moeten worden, niet telkens als er zich iets beters voordoet, maar wanneer er zich een dringende noodzakelijkheid of een groot nut voordoet, zooals (in de Leersteling) gezegd is.

3. En hetzelfde antwoord geldt voor de derde bedenking.

III^e ARTIKEL.

Kan de gewoonte kracht van wet krijgen?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de gewoonte geen kracht van wet kan krijgen, noch een wet kan afschaffen. — 1. Immers de menschelijke wet wordt afgeleid van de natuurwet en van de goddelijke wet, zooals uit het hierboven gezegde duidelijk blijkt (XCIII^e Kw., 3^e Art.; XCV^e Kw., 2^e Art.). Welnu een gewoonte onder menschen kan de natuurwet noch de goddelijke wet veranderen. Dus ook de menschelijke wet niet.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa concludit, quod leges sunt mutandae, non tamen pro quacumque melioratione, sed pro magna utilitate, vel necessitate, ut dictum est [in corp. art.].

Et similiter dicendum est AD TERTIUM.

ARTICULUS III.

Utrum consuetudo possit obtinere vim legis.

[2-2. q. 79. art. 2. ad 2. et q. 100. art. 2. corp. et Quodl. 2. art. 8. corp. princ. et Quodl. 9. art. 15.].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod consuetudo non possit obtinere vim legis, nec legem amovere : lex enim humana derivatur a lege naturae et a lege divina, ut ex supradictis patet [q. 93. art. 3 et q. 95. art. 2.]; sed consuetudo hominum non potest mutare legem naturae, nec legem divinam; ergo etiam nec legem humanam immutare potest.

2. Uit vele verkeerde dingen kan niet één goed ontstaan. Maar iemand die het eerst tegen de wet begint te handelen, doet verkeerd. Dus kan bij herhaling van dergelijke daden niet iets goeds ontstaan. De wet echter is iets goeds, daar ze een maatstaf is der menschelijke daden. Dus kan door een gewoonte de wet nooit veranderd worden, zóó dat de gewoonte zelf kracht van wet zou krijgen.

3. Het maken van wetten behoort bij publieke personen, wier taak het is een gemeenschap te besturen. Private personen kunnen dus geen wetten maken. Maar de gewoonte ontstaat door daden van private personen. Dus kan de gewoonte geen kracht van wet krijgen, waardoor een wet zou wijken.

Maar daartegenover staat het gezegde van Augustinus in zijn *Brief aan Casulanus* (XXXVI[e] of LXXXVI[e] Brief) : « *De gewoonte van het volk Gods en de instellingen der ouderen moeten voor wet gehouden worden; en evenals de overtreders der goddelijke wet moeten ook de verachters der kerkelijke gewoonten in bedwang gehouden worden* ».

---

2. PRÆTEREA, ex multis malis non potest fieri unum bonum; sed ille, qui incipit primo contra legem agere, male facit; ergo multiplicatis similibus actibus non efficietur aliquod bonum; lex autem est quoddam bonum, cum sit regula humanorum actuum; ergo per consuetudinem non potest removeri lex, ut ipsa consuetudo vim legis obtineat.

3. PRÆTEREA, ferre leges pertinet ad publicas personas, ad quas pertinet regere communitatem; unde privatae personae legem facere non possunt; sed consuetudo invalescit per actus privatarum personarum; ergo consuetudo non potest obtinere vim legis per quam lex removeatur.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in epistola ad Casulanum [ep. 36 vel. 86] : « Mos populi Dei et instituta majorum pro lege sunt tenenda; et sicut praevaricatores legum divinarum, ita et contemptores consuetudinum ecclesiasticarum coercendi sunt. »

LEERSTELLING. — Iedere wet gaat uit van het verstand en van den wil van den wetgever : de goddelijke wet en de natuurwet, van den redelijken wil van God; de menschelijke wet, van den menschelijken wil, geregeld door de rede. Evenals het verstand en de wil van den mensch zich met betrekking tot de dingen die gedaan moeten worden, openbaren door het woord, zoo ook openbaren ze zich door de daad; dit immers blijkt iemand voor goed uit te kiezen, wat hij metterdaad doet. Nu is het duidelijk, dat door het menschelijk woord de wet veranderd en verklaard kan worden, in zoover zij het innerlijk motief en het concept van het verstand openbaart. Hieruit volgt, dat dus ook door de daden, vooral wanneer ze dikwijls herhaald worden, en die de gewoonte maken, de wet kan veranderd en verklaard worden, en iets kan ontstaan, wat kracht van wet krijgt, in zoover nl. door dikwijls herhaalde uiterlijke daden het innerlijk motief van den wil en het concept van het verstand allerkrachtigst tot uiting komt. Het is immers duidelijk, dat iets wat herhaaldelijk gebeurt, voortkomt uit een beredeneerd oordeel van het verstand. Zoo heeft dus de gewoonte kracht van wet, schaft een wet af, en is ze een verklaring van de wet.

RESPONDEO dicendum, quod omnis lex proficiscitur a ratione et voluntate legislatoris, lex quidem divina et naturalis, a rationabili Dei voluntate; lex autem humana a voluntate hominis ratione regulata. Sicut autem ratio et voluntas hominis manifestantur verbo in rebus agendis, ita etiam manifestantur facto : hoc enim unusquisque eligere videtur ut bonum, quod opere implet. Manifestum est autem, quod verbo humano potest et mutari lex, et etiam exponi, inquantum manifestat interiorem motum et conceptum rationis humanae; unde etiam et per actus, maxime multiplicatos, qui consuetudinem efficiunt, mutari potest lex, et exponi, et etiam aliquid causari, quod legis virtutem obtineat, inquàntum scilicet per exteriores actus multiplicatos interior voluntatis motus, et rationis conceptus efficacissime declaratur : cum enim aliquid multoties fit, videtur ex deliberato rationis judicio provenire; et secundum hoc consuetudo et habet vim legis, et legem abolet, et est legum interpretatrix.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De natuurwet en de goddelijke wet komen voort van den goddelijken wil, zooals (in de Leerstelling) gezegd is, en daarom kunnen ze niet veranderd worden door een gewoonte die voortkomt van den wil van den mensch, maar alleen door het goddelijk gezag. Vandaar kan ook geen enkele gewoonte tegen de natuurwet of tegen de goddelijke wet kracht van wet krijgen. Immers Isidorus zegt (*Synonymen*, II[e] B., N[r] 80) : « *Het gebruik moet wijken voor het gezag; de wil en de rede zijn krachtiger dan een misbruik* ».

2. Zooals vroeger gezegd is (XCVI[e] Kw., 6[e] Art.), schieten de menschelijke wetten in enkele gevallen te kort. Vandaar kan men soms buiten de wet om handelen, nl. in die gevallen waarin de wet niet voorziet, terwijl die daden toch niet verkeerd zijn. Wanneer dergelijke gevallen zich nu om veranderde omstandigheden onder de menschen vermenigvuldigen, dan blijkt uit de gewoonte, dat de wet verder niet meer nuttig is, zooals dat ook zou blijken, wanneer een tegenovergestelde wet uitdrukkelijk zou afgekondigd worden. Indien echter dezelfde reden nog blijft, waarom de eerste wet nuttig was, dan overwint de gewoonte de wet niet, maar andersom; tenzij de wet hierom alleen onnuttig schijnt,

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod lex naturalis et divina procedit a voluntate divina, ut dictum est [in corp.] ; unde non potest mutari per consuetudinem procedentem a voluntate hominis, sed solum per auctoritatem divinam mutari posset; et inde est quod nulla consuetudo vim legis obtinere potest contra legem divinam vel legem naturalem : dicit enim Isidorus in Synonym. [lib. 2., n. 80] : « Usus auctoritati cedat; pravum usum lex et ratio vincat ».

AD SECUNDUM dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. 96. art. 6.], leges humanae in aliquibus casibus deficiunt; unde possibile est quandoque praeter legem agere, in casu scilicet in quo deficit lex, et tamen actus non erit malus; et cum tales casus multiplicantur propter aliquam mutationem hominum, tunc manifestatur per consuetudinem, quod lex ulterius non est utilis; sicut etiam manifestaretur, si lex contraria verbo promulgaretur. Si autem adhuc maneat ratio eadem, propter quam prima lex utilis erat, non consuetudo legem, sed lex consuetudinem vincit, nisi forte propter hoc solum

omdat ze niet kan onderhouden worden, ingezien de gebruiken van het land, wat een van de voorwaarden is van de wet. Immers het is moeilijk een volksgewoonte uit te roeien.

3. Een gemeenschap, waar een gewoonte wordt ingevoerd, kan aan een dubbele voorwaarde beantwoorden. Immers als het een vrije gemeenschap is, die voor zichzelf een wet kan maken, dan is de toestemming van heel de gemeenschap om iets te onderhouden, wat door de gewoonte blijkt, van meer waarde dan het gezag van den vorst, die geen bevoegdheid heeft om wetten te maken, tenzij in zoover hij handelt in naam van de gemeenschap. Ofschoon dus private personen geen wetten kunnen maken, kan toch het volk in zijn geheel dit wel. Maar indien de gemeenschap geen vrije beschikking heeft in het maken van wetten, of de wetten, door een hoogere macht gemaakt, niet kan afschaffen, dan toch kan een in zoo'n gemeenschap overheerschende gewoonte kracht van wet krijgen, in zoover ze geduld wordt door diegenen, die aan de gemeenschap wetten kunnen stellen, want hierdoor blijken ze goed te keuren wat door de gewoonte ingevoerd wordt.

---

inutilis lex videatur, quoniam non est possibilis secundum consuetudinem patriae, quae erat una de conditionibus legis : difficile enim est consuetudinem multitudinis removere.

AD TERTIUM dicendum, quod multitudo, in qua consuetudo introducitur, duplicis conditionis esse potest : si enim sit libera multitudo, quae possit sibi legem facere, plus est consensus totius multitudinis ad aliquid observandum, quod consuetudo manifestat, quam auctoritas principis, qui non habet potestatem condendi legem, nisi inquantum gerit personam multitudinis; unde licet singulae personae non possunt condere legem, tamen totus populus condere legem potest; si vero multitudo non habeat liberam potestatem condendi sibi legem, vel legem a superiori potestate positam removendi, tamen ipsa consuetudo in tali multitudine praevalens obtinet vim legis, inquantum per eos toleratur, ad quos pertinet multitudini legem imponere : ex hoc enim ipso videntur approbare, quod consuetudo introduxit.

IVe ARTIKEL.

Kunnen de volksleiders van de menschelijke wet ontslaan?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de volksleiders niet in de wetten kunnen ontslaan. — 1. De wet toch is ingesteld voor het algemeen welzijn, zooals Isidorus zegt in zijn *Etymologieën* (Ve Boek, XXIe H.). Welnu het algemeen welzijn moet niet wijken voor iemands privaat belang, daar volgens den Wijsgeer (*Ethica*, Ie B., IIe H., Nr 8) *het welzijn van een volk goddelijker is dan het welzijn van één enkelen mensch.* Dus mag men niemand ontslaan, zóó, dat hij tegen een algemeene wet handelt.

2. Aan hen die over anderen gesteld zijn, wordt in het Boek *Deuteronomium* (1, 17) bevolen : « *Voor het kleine moet gij evenveel achting hebben als voor het groote, en geen onderscheid des persoons moet gij maken, daar het oordeel bij God is* ». Maar aan iemand toestaan wat aan allen verboden is, is onderscheid des persoons. Bijgevolg kunnen de volksleiders dergelijke dispen-

---

ARTICULUS IV.

Utrum rectores multitudinis possint in legibus humanis dispensare.

[Supr. q. 96. art. 6. et infr. q. 100. art. 8. corp. et 2-2. q. 88. art. 10. corp. et ad 2. et q. 89. art. 9. et q. 147. art. 4. corp. et ad 1. et 3. Dist. 37. art. 4. et 4. Dist. 15. q. 3. art. 2. et Dist. 27. q. 3. art. 3. ad 4. et lib. 3. Contr. g. cap. 125. fin.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod rectores multitudinis non possint in legibus humanis dispensare : lex enim statuta est pro communi utilitate, ut Isidorus dicit [lib. 5. Etym. cap. 21.] ; sed commune bonum non debet intermitti pro privato commodo alicujus personae; quia, ut dicit Philosophus in primo Ethicor. [cap. 2.], bonum gentis divinius est quam bonum unius hominis; ergo videtur, quod non debeat dispensari cum aliquo, ut contra legem communem agat.

saties niet geven, daar dit tegen het voorschrift is der goddelijke wet.

3. De menschelijke wet, wil ze rechtgeordend zijn, moet overeenkomen met de natuurwet en de goddelijke wet; anders is ze niet in overeenstemming met den godsdienst, noch met de tucht, wat volgens Isidorus (*Etymologieën*, V^e^ B., I^e^ H.) voor een wet vereischt wordt. Welnu noch in de natuurwet noch in de goddelijke wet kan een mensch dispenseeren. Dus ook niet in de menschelijke wet.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in den *I^n^ Brief aan de Corinthiërs* (9, 17) : « *Het is me opgedragen, dispensatie te verleenen* ».

LEERSTELLING. — Dispensatie beteekent eigenlijk het toemeten van iets algemeens aan de verschillende onderdeelen. Vandaar wordt het hoofd van een familie in het latijn een « *dispensator* » genoemd, in zoover hij aan ieder lid van de familie de werkzaamheden en levensnoodzakelijkheden toemeet in naar verhouding gelijke maat. Zoo wordt in iedere gemeenschap iemand

---

2. PRÆTEREA, illis, qui super alios constituuntur, praecipitur Deuter. 1. [v. 17] : « Ita parvum audietis, ut magnum; nec accipietis cujusquam personam, quia Dei judicium est ». Sed concedere alicui quod communiter denegatur omnibus, videtur esse acceptio personarum; ergo hujusmodi dispensationes facere rectores multitudinis non possunt, cum hoc sit contra praeceptum legis divinae.

3. PRÆTEREA, lex humana, si sit recta, oportet quod consonet legi naturali et legi divinae : aliter enim non congrueret religioni, nec conveniret disciplinae, quod requiritur ad legem, ut Isidorus dicit [lib. 5. Etym. cap. 1.] ; sed in lege naturali et divina nullus homo potest dispensare; ergo nec etiam in lege humana.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus 1. ad Cor. 9 [v. 17] : « Dispensatio mihi credita est ».

RESPONDEO dicendum, quod dispensatio proprie importat commensurationem alicujus communis ad singula; unde etiam gubernator familiae dicitur

dispensator genoemd, wanneer hij ordent hoe een algemeen bevel door de afzonderlijke personen moet volbracht worden. Soms nu gebeurt het dat een voorschrift, dat in de meeste gevallen nuttig is voor het algemeen welzijn, niet aangepast is aan dezen persoon of aan dit bepaald geval, ofwel omdat daardoor iets beters verhinderd wordt, of ook wel omdat iets kwaads wordt ingevoerd, zooals uit het hierboven gezegde blijkt (XCVI[e] Kw., 6[e] Art.). Het zou echter gevaarlijk zijn het oordeel hierover aan iedereen over te laten, tenzij in een plotseling en klaarblijkelijk gevaar, overeenkomstig het hierboven gezegde (t. a. pl.), en daarom heeft hij, die over het volk regeert, de bevoegdheid om te dispenseeren in de menschelijke wet, die op zijn gezag steunt; zoo b. v. geeft hij voor personen of voor gevallen, waarin de wet te kort schiet, verlof om het voorschrift der wet niet te onderhouden. Wanneer hij echter zonder die reden, maar enkel op verlangen, verlof geeft, dan is hij ontrouw en onvoorzichtig in zijn dispensaties: ontrouw, wanneer hij het algemeen welzijn niet op het oog heeft; onvoorzichtig, indien hij de reden van de dispensatie niet kent. Daarom zegt de Heer (*Lucas*, 12, 42): « *Wie is toch de getrouwe en wijze hofmeester* (in het latijn: *dispensator*), *dien de Heer zal aanstellen over zijn dienstboden?* »

---

dispensator, inquantum unicuique de familia cum pondere et mensura distribuit et operationes et necessaria vitae. Sic igitur et in quacumque multitudine ex eo dicitur aliquis dispensator, quia ordinat qualiter aliquod commune praeceptum sit a singulis adimplendum. Contingit autem quandoque, quod aliquod praeceptum, quod est ad commodum multitudinis ut in pluribus, non est conveniens huic personae, vel in hoc casu, quia vel per hoc impediretur aliquid melius, vel etiam induceretur aliquod malum, sicut ex supradictis patet [q. 96. art. 6.]. Periculosum autem esset, ut hoc judicio cujuslibet committeretur, nisi propter evidens et subitum periculum, ut supra dictum est [ibid.]; et ideo ille qui habet regere multitudinem, habet potestatem dispensandi in lege humana, quae suae auctoritati innititur, ut scilicet in personis, vel in casibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat ut praeceptum legis non servetur. Si autem absque hac ratione pro sola voluntate licentiam tribuat, non erit fidelis in dispensatione, aut erit im-

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Wanneer iemand gedispenseerd wordt om een algemeene wet niet te onderhouden, dan moet dit niet gebeuren ten nadeele van het algemeen welzijn, maar met de bedoeling, dat het nuttig zij voor het algemeen welzijn.

2. Het is geen aanzien des persoons, wanneer ongelijke personen ongelijk behandeld worden. Vandaar is het ook geen aanzien des persoons, dat iemand een bijzondere gunst ontvangt, wanneer de omstandigheden van een persoon redelijker wijze eischen dat hem iets bijzonders gegeven wordt.

3. De natuurwet kan geen dispensatie toelaten, voor zoover ze algemeene beginselen bevat, die geen afwijking kennen. Met betrekking tot de overige voorschriften echter, die als 't ware conclusies zijn uit de algemeene beginselen, wordt soms door den mensch gedispenseerd, b. v. hierin dat het geleende aan een landverrader niet wordt teruggegeven, of iets dergelijks. Tot de goddelijke wet echter verhoudt ieder mensch zich zooals een privaat persoon zich verhoudt tot een algemeene wet, waaraan hij onderworpen is.

Evenals dus in de algemeene menschelijke wet niemand kan dispenseeren, tenzij hij aan wien de wet haar macht ontleent, of

---

prudens; infidelis quidem, si non habet intentionem ad bonum commune; imprudens autem, si rationem dispensandi ignoret, propter quod Dominus dicit Luc. 12 [v. 42] : « Quis, putas, est fidelis dispensator, et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? »

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quando cum aliquo dispensatur, ut legem communem non servet, non debet fieri in praejudicium boni communis, sed ea intentione, ut ad bonum commune proficiat.

AD SECUNDUM dicendum, quod non est acceptio personarum, si non serventur aequalia in personis inaequalibus; unde quando conditio alicujus personae requirit rationabiliter, ut in ea aliquid specialiter observetur, non est personarum acceptio, si sibi aliqua specialis gratia fiat.

AD TERTIUM dicendum, quod lex naturalis, inquantum continet praecepta communia, quae numquam fallunt, dispensationem recipere non potest; in aliis vero praeceptis, quae sunt quasi conclusiones praeceptorum commu-

hij aan wien hij zelf het heeft opgedragen, zoo ook kan niemand dispenseeren in de voorschriften van het goddelijk recht, die van God zijn, tenzij God, of hij, aan wien Hij het speciaal heeft overgelaten.

---

nium, quandoque per hominem dispensatur; puta quod mutuum non reddatur proditori patriae, vel aliquid hujusmodi. Ad legem autem divinam ita se habet quilibet homo, sicut persona privata ad legem publicam, cui subjicitur; unde sicut in lege humana publica non potest dispensare, nisi ille a quo lex auctoritatem habet, vel is cui ipse commiserit, ita in praeceptis juris divini, quae sunt a Deo, nullus potest dispensare, nisi Deus, vel is, cui ipse specialiter committeret.

ACHT EN NEGENTIGSTE KWESTIE.

OVER DE OUDE WET.

(Zes Artikelen.)

We moeten nu handelen over de Oude Wet, en wel ten eerste, over de Wet zelf, en ten tweede, over de voorschriften er van.

Met betrekking tot het eerste stellen we zes vragen :

1) Is de Oude Wet goed?
2) Komt de Oude Wet van God?
3) Komt ze van God, door middel van de engelen?
4) Is ze voor allen gegegeven?
5) Verplicht ze allen?
6) Is ze gegeven in den geschikten tijd?

QUÆSTIO XCVIII.

DE LEGE VETERI.

Consequenter considerandum est de lege veteri : et primo de ipsa lege; secundo de praeceptis ejus.

Circa primum quaeruntur sex.

1. Utrum lex vetus sit bona. — 2. Utrum sit a Deo. — 3. Utrum sit a Deo mediantibus angelis. — 4. Utrum data sit omnibus. — 5. Utrum omnes obliget. — 6. Utrum congruo tempore fuerit data.

I° ARTIKEL.

Was de Oude Wet goed?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Oude Wet niet goed was. — 1. *Ezechiel* immers zegt (20, 25) : « *Ik gaf hun geboden, die niet goed waren, en oordeelen, naar welke zij niet zouden leven* ». Welnu een wet wordt alleen goed genoemd, omdat de voorschriften, welke ze bevat, goed zijn. Dus was de Oude Wet niet goed.

2. Opdat een wet goed zou zijn, moet ze het algemeen welzijn ten nutte strekken, zooals Isidorus zegt in zijn *Etymologieën* (V° B., XXI° H.). Welnu de Oude Wet bracht geen nut, maar veeleer dood en nadeel, volgens het woord van den Apostel in den *Brief aan de Romeinen* (7, 8 vv.) : « *Zonder de Wet zou de zonde dood zijn. Leven deed ik eertijds zonder de Wet; maar toen het gebod kwam, leefde de zonde op; ik echter stierf* ». En (5, 20) : « *De wet is nog bijgekomen, zoodat er meer overtredingen geschieden* ». Dus was de Oude Wet niet goed.

ARTICULUS I.

Utrum lex vetus fuerit bona.

[Infr. art. 2. ad 1. et 2. et Rom. 7. lect. 2. et 3. et Gal. 3. lect. 7. et 8.].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex vetus non fuerit bona : dicitur enim Ezech. 20 [v. 25] : « Dedi eis praecepta non bona, et judicia, in quibus non vivent ». Sed lex non dicitur bona, nisi propter bonitatem praeceptorum, quae continet; ergo lex vetus non fuit bona.

2. PRÆTEREA, ad bonitatem legis pertinet, ut communi saluti proficiat, sicut Isidorus dicit [lib. 5. Etym., cap. 21] ; sed lex vetus non fuit salutifera, sed magis mortifera, et nociva : dicit enim Apostolus Rom. 7 [v. 8 sqq.] : « Sine lege peccatum mortuum erat; ego autem vivebam sine lege aliquando; sed cum venisset mandatum, peccatum revixit; ego autem mortuus sum », et Rom. 5 [v. 20] : « Lex subintravit, ut abundaret delictum ». Ergo lex vetus non fuit bona.

3. Tot het goed-zijn van de wet behoort, dat ze onderhouden kan worden, dat ze overeenkomstig de natuur en de omstandigheden is. Maar dit had de Oude Wet niet. Petrus immers zegt (*Handelingen*, 15, 10) : « *Maar waarom dan zoudt ge God beproeven, door op de schouders der leerlingen een juk te leggen, dat noch onze vaderen noch wij zelven hebben kunnen dragen?* ». Daaruit blijkt, dat de Oude Wet niet goed was.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in den *Brief aan de Romeinen* (7, 12) : « *Zoo dan is de Wet wel heilig, en het gebod heilig en rechtvaardig en goed* ».

LEERSTELLING. — Zonder eenigen twijfel was de Oude Wet goed. Want evenals men zien kan, dat een leer waar is, wanneer ze in overeenstemming is met de rechte rede, zoo ook kan men zien, dat een wet goed is, wanneer ze volgens de rede is. Welnu de Oude Wet was volgens de rechte rede, daar zij de onredelijke begeerlijkheid onderdrukte, zooals blijkt uit het voorschrift van de Oude Wet : « *Gij zult het goed van uw naasten niet begeeren* » (Exodus, 20, 15). Ook verhinderde de Oude Wet alle

---

3. PRÆTEREA, ad bonitatem legis pertinet, quod sit possibilis ad observandum, et secundum naturam, et secundum humanam consuetudinem; sed hoc non habuit lex vetus : dicit enim Petrus Act. 15 [v. 10] : « Quid tentatis imponere jugum super cervicem discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? » Ergo videtur, quod lex vetus non fuerit bona.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Rom. 7 [v. 12] : « Itaque lex quidem sancta est, et mandatum sanctum, et justum, et bonum »,

RESPONDEO dicendum, quod absque omni dubio lex vetus bona fuit. Sicut enim doctrina ostenditur esse vera ex hoc, quod consonat rationi rectae, ita etiam lex aliqua ostenditur esse bona ex hoc, quod consonat rationi. Lex autem vetus rationi consonabat, quia concupiscentiam reprimebat, quae rationi adversatur, ut patet in illi mandato : « Non concupisces rem proximi tui »,

zonden, die tegen de rede ingingen. Het is dus duidelijk, dat de Oude Wet goed was. Daarom dan ook zegt de Apostel in den *Brief aan de Romeinen* (7, 22) : « *Behagen heb ik in de wet van God naar den inwendigen mensch* », en (t. a. pl., 16) : « *Ik erken, dat de wet goed is* ».

Evenwel moeten we aanmerken, dat er volgens Dionysius (*Over de Goddelijke Namen*, IV° H.) verschillende graden zijn van goedzijn. Er is immers een volmaakt goed en een onvolmaakt. Met betrekking tot die dingen, die geordend zijn tot een doel, is datgene volmaakt goed, wat op zichzelf voldoende is om tot dat doel te leiden. Onvolmaakt goed is datgene, wat medewerkt met iets om tot het doel te komen, maar op zichzelf niet voldoende is om tot het doel te leiden. Zoo b. v. is een geneesmiddel volmaakt goed, wanneer het den mensch geneest; onvolmaakt, wanneer het den mensch helpt, terwijl het hem niet gezond kan maken. Nu moet men weten, dat het doel van de menschelijke wet anders is dan het doel van de goddelijke wet. Het doel van de menschelijke wet imvan de goddelijke wet. Het doel van de menschelijke wet immers is de tijdelijke rust van den Staat. Dit doel bereikt de wet door de uiterlijke handelingen te verhinderen, die betrekking heb-

---

quod ponitur Exod. 20 [v. 15]. Ipsa etiam omnia peccata prohibebat, quae sunt contra rationem; unde manifestum est, quod bona erat. Et haec est ratio Apostoli Rom. 7 [v. 22]: « Condelector, inquit, legi Dei secundum interiorem hominem ». Et iterum [v. 16] : « Consentio legi, quoniam bona est ».

Sed notandum est, quod bonum diversos gradus habet, ut Dionysius dicit 4. cap. de Div. Nom. Est enim aliquod bonum perfectum, et aliquod bonum imperfectum. Perfecta quidem bonitas est in his, quae ad finem ordinantur, quando aliquid est tale, quod per se est sufficiens inducere ad finem. Imperfectum autem bonum est, quod operatur aliquid ad hoc quod perveniatur ad finem; non tamen sufficit ad hoc quod ad finem perducat. Sicut medicina perfecte bona est, quae hominem sanat, imperfecta autem est, quae hominem adjuvat, sed tamen sanare non potest. Est autem sciendum, quod est alius finis legis humanae, et alius legis divinae : legis enim humanae finis est temporalis tranquillitas civitatis, ad quem finem pervenit lex cohibendo exteriores

ben op die verkeerde daden, welke de vrede in den Staat kunnen verstoren. Het doel echter van de goddelijke wet is den mensch te leiden tot de eeuwige gelukzaligheid. Dit doel wordt verhinderd door iedere zonde, niet alleen door uiterlijke daden, maar ook door innerlijke. Wat dus voldoende is voor de volmaaktheid van de menschelijke wet, zooals het verhinderen van zonden en het opleggen van straf, is niet voldoende voor de volmaaktheid van de goddelijke wet. Deze toch moet den mensch geheel en al geschikt maken voor de deelhebbing aan het eeuwig geluk. Dit kan niet geschieden, tenzij door de genade van den H. Geest, « *waardoor de Liefde in onze harten wordt gestort* », die de wet vervolmaakt : « *De genade van God immers is het eeuwige leven* », zooals we lezen in den *Brief aan de Romeinen* (6, 23). Deze genade kon de Oude Wet niet geven, daar dit weggelegd was voor Christus, volgens het woord van *Johannes* (1, 17) : « *De Wet is door Mozes gegeven; de genade en de waarheid kwam door Jesus Christus* ». Hoewel dus de Oude Wet goed was, was zij toch onvolmaakt, overeenkomstig het woord van den Apostel in den *Brief aan de Hebreeërs* (7, 19) : « *De Wet leidde tot niets volmaakts* ».

---

actus, quantum ad illa mala, quae possunt perturbare pacificum statum civitatis. Finis autem legis divinae est perducere hominem ad finem felicitatis aeternae, qui quidem finis impeditur per quodcumque peccatum, et non solum per actus exteriores, sed etiam per interiores; et ideo illud, quod sufficit ad perfectionem legis humanae, ut scilicet peccata prohibeat et poenam apponat, non sufficit ad perfectionem legis divinae; sed oportet, quod hominem totaliter faciat idoneum ad participationem felicitatis aeternae, quod quidem fieri non potest nisi per gratiam Spiritus Sancti, per quam « diffunditur charitas in cordibus nostris, » quae legem adimplet : « Gratia enim Dei vita aeterna », ut dicitur Rom. 6 [v. 23.]. Hanc autem gratiam lex vetus conferre non potuit : reservabatur enim hoc Christo, quia ut dicitur Joan. 1 [v. 17] : « Lex per Moysen data est, gratia et veritas per Jesum Christum facta est ». Et inde est, quod lex vetus bona quidem est, sed imperfecta, secundum illud Heb. 7 [v. 19] : « Nihil ad perfectum adduxit lex ».

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De Heer spreekt op de aangehaalde plaats over de voorschriften die betrekking hebben op den eeredienst. Deze nu worden niet goed genoemd, daar ze de genade niet geven, waardoor de menschen van de zonde gezuiverd worden, hoewel daaruit wel bleek, dat de menschen zondaren waren. Vandaar wordt er met nadruk gezegd : « *En oordeelen, volgens welke zij niet zullen leven* », d. i. waardoor zij het leven door de genade niet kunnen verkrijgen. En verder volgde er : « *En om hun zonden heb ik hun offers verontreinigd* (d. i. aangetoond dat ze onrein waren) *als zij offerden al wat den moederschoot opent* ».

2. Men zegt, dat de wet dood maakt, niet als een bewerkende oorzaak, maar als een aanleiding, nl. krachtens haar onvolmaaktheid, in zoover zij de genade niet mededeelde, waardoor de menschen konden doen wat geboden, en laten wat verboden was. Zoo was er eigenlijk geen aanleiding gegeven, maar kwam ze van de menschen voort. Vandaar zegt de Apostel t. a. pl. : « *Naar aanleiding van het gebod heeft de zonde mij verleid en mij door het gebod gedood* ». Om dezelfde reden zegt hij ook : « *De Wet is nog bijgekomen, zoodat er meer overtredingen geschieden* ». Hier moet het woord *zoodat* gevolgen-aangevend

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dominus loquitur ibi de praeceptis caeremonialibus; quae quidem dicuntur non bona, quia gratiam non conferebant, per quam homines a peccato mundarentur, cum tamen per hujusmodi se peccatores ostenderent; unde signanter dicitur : « Et judicia, in quibus non vivent », idest per quae vitam gratiae obtinere non possunt, et postea subditur : « Et pollui eos in muneribus suis », idest pollutos ostendi, « cum offerent omne, quod aperit vulvam, propter delicta sua ».

AD SECUNDUM dicendum, quod lex dicitur occidisse, non quidem effective, sed occasionaliter ex sua imperfectione, inquantum scilicet gratiam non conferebat, per quam homines implere possent quod mandabat, vel vitare quod vetabat : et sic occasio ista non erat data, sed sumpta ab hominibus; unde et Apostolus ibidem dicit : « Occasione accepta peccatum per mandatum seduxit me, et per illud occidit. » Ex hac etiam ratione dicitur, quod « lex subintravit, ut abundaret delictum, » ut ly « ut » teneatur consecutive, non causaliter; inquantum scilicet homines accipientes occasionem a lege abun-

genomen worden, en niet oorzakelijk, in zoover nl. de menschen in de Wet een aanleiding gevonden hebben om nog meer te zondigen, én omdat de zonde zwaarder was na het verbod van de Wet, én omdat de begeerte aangroeide; immers wat ons verboden wordt, begeeren we juist te meer.

3. Het juk van de Wet kon niet onderhouden worden zonder de hulp van de genade, die de Wet echter niet gaf. De Apostel immers zegt in zijn *Brief aan de Romeinen* (9, 16) : « *Willen of loopen baten niet* », nl. willen en loopen volgens de voorschriften van God, « *maar wel de barmhartigheid van God* ». Vandaar lezen we in *Psalm* 118 (32) : « *Den weg van uw geboden heb ik geloopen, daar gij mijn hart verruimd hebt* », nl. door de genade en de liefde.

II^e^ ARTIKEL.

Kwam de Oude Wet van God?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Oude Wet niet van God kwam. — 1. We lezen immers in *Deuteronomium* (32, 4) :

---

dantius peccaverunt, tum quia gravius fuit peccatum post legis prohibitionem, tum etiam quia concupiscentia crevit : magis enim concupiscimus, quod nobis prohibetur.

AD TERTIUM dicendum, quod jugum legis servari non poterat sine gratia adjuvante, quam lex non dabat : dicitur enim Rom. 9 [v. 16] : « Non est volentis, neque currentis », scillet velle et currere in praeceptis Dei, « sed miserentis Dei ». Unde in Ps. 118 [v. 32] dicitur : « Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum », scilicet per donum gratiae, et charitatis.

ARTICULUS II.

Utrum lex vetus fuerit a Deo.

[Infr. q. 106. art. 2. ad 3. et art. 4. ad 3. et q. 107. art. 1. corp. fin. et part. 3. q. 42. art. 4. ad 2.].

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod lex vetus non fuerit a Deo : dicitur enim Deuter. 32 [v. 4] : « Dei perfecta sunt opera ».

« *Van God komen volmaakte werken.* » Maar zooals (in het vorig Artikel) gezegd is, was de Oude Wet niet volmaakt. Dus kwam ze niet van God.

2. In het Boek *Ecclesiastes* (3, 14) wordt gezegd : « *Ik heb geleerd, dat alle werken die God gemaakt heeft voortduren in eeuwigheid* ». Welnu de Oude Wet duurt niet in eeuwigheid voort, volgens het woord van den Apostel in den *Brief aan de Hebreërs* : (7, 18) : « *Want afgeschaft wordt dan het voorgaande gebod om zijn zwakheid en nutteloosheid* ». Dus kwam de Oude Wet niet van God.

3. Een wijs wetgever heft niet alleen het kwaad op, maar ook de gelegenheden tot kwaad. Welnu de Oude Wet was een gelegenheid tot kwaad, nl. zooals (in het vorig Artikel) gezegd is. Dus paste het niet dat God, « *die zijn gelijke niet heeft onder de wetgevers* » (*Job*, 36, 22) zulk een wet maakte.

4. In den I^n *Brief aan Timotheus* (3, 4) staat, dat God wil, dat alle menschen zalig worden. Welnu zooals (in het vorig Artikel) gezegd is, was de Oude Wet niet voldoende ter zaligheid. Dus paste het God niet, dergelijke wet te geven.

Sed lex vetus fuit imperfecta, ut supra dictum est [art. praec.] ; ergo lex vetus non fuit a Deo.

2. PRÆTEREA, Eccle. 3 [v. 14] dicitur : « Didici, quod omnia opera quae fecit Deus, perseverent in aeternum ». Sed lex vetus non perseverat in aeternum : dicit enim Apostolus ad Heb. 7 [v. 18] : « Reprobatio fit quidem praecedentis mandati propter infirmitatem ejus et inutilitatem ». Ergo lex vetus non fuit a Deo.

3. PRÆTEREA, ad sapientem legislatorem pertinet non solum mala auferre, sed etiam occasiones malorum; sed vetus lex fuit occasio peccati, ut supra dictum est [art. praec.] ; ergo ad Deum, « cui nullus est similis in legislatoribus », ut dicitur Job 36 [v. 22], non pertinebat legem talem dare.

4. PRÆTEREA, 1 ad Tim. 2. [v. 4] dicitur, quod « Deus vult omnes homines salvos fieri ». Sed lex vetus non sufficiebat ad salutem hominum, ut supra dictum est [art. praec.] ; ergo ad Deum non pertinebat talem legem dare; lex ergo vetus non est a Deo.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Heer tot de Joden, aan wie de Oude Wet gegeven was (*Mattheus*, 15, 6) : « *Om uw overlevering hebt gij Gods gebod te niet gedaan* », waaraan Hij laat voorafgaan : « *Eer uw vader en moeder* », wat blijkbaar in de Oude Wet vervat was. Dus komt de Oude Wet van God.

LEERSTELLING. — De Oude Wet is door den goeden God, die de Vader is van Onzen Heer Jesus Christus, gegeven. Immers de Oude Wet ordende de menschen op twee manieren tot Christus. Ten eerste, door een getuigenis van Christus te geven; vandaar zegt Christus (*Lucas*, 24, 44) : « *Alles behoort vervuld te worden, wat in de Wet en in de Profeten en de Psalmen van Mij geschreven staat* », en bij *Joannes* (5, 46) : « *Indien gij in Mozes gelooft, gelooft dan ook in mij; over mij immers heeft hij geschreven* ». Ten tweede, door een bepaalde gesteltenis, in zooverre zij de menschen, terwijl zij hen van afgoderij afhield, getrouw deed blijven aan den dienst van den waren God, waardoor het menschelijk geslacht door Christus verlost moet worden. Vandaar zegt de Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (3, 23) :

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 15 [v. 6], loquens Judaeis, quibus erat lex vetus data : « Irritum fecistis mandatum Dei propter traditiones vestras », et paulo ante praemittitur : « Honora patrem tuum, et matrem tuam », quod manifeste in lege veteri continetur; ergo lex vetus est a Deo.

RESPONDEO dicendum, quod lex vetus a bono Deo data est, qui est pater Domini nostri Jesu Christi; lex enim vetus homines ordinabat ad Christum dupliciter. Uno quidem modo testimonium Christo perhibendo; unde ipse dicit Luc. ult. [v. 44] : « Oportet impleri omnia, quae scripta sunt in lege, et in Psalmis, et in Prophetis de me », et Joan. 5 [v. 46] : « Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi : de me enim ille scripsit ». Alio modo per modum cujusdam dispositionis, dum retrahens homines a cultu idololatriae, concludebat eos sub cultu unius Dei, a quo salvandum erat humanum genus per Christum; unde Apostolus dicit ad Gal. 3 [v. 23] : « Priusquam veni-

« *Eer het geloof kwam, waren wij door de Wet bewaakt, opgesloten, met het uitzicht op het geloof, dat moest geopenbaard worden* ». Nu is het duidelijk, dat het dezelfde is, die de gesteltenis geeft tot het doel en die tot het doel leidt; ik zeg dezelfde, maar die kan het doen, ofwel persoonlijk, ofwel door zijn onderdanen; want niet de duivel zou de Wet gemaakt hebben, die voerde tot Christus, door Wien hij zelf zou uitgedreven worden, volgens het woord van *Mattheus* (12, 26) : « *Indien Satan den Satan uitdrijft, is zijn rijk verdeeld* ». Bijgevolg is de Oude Wet gegeven door denzelfden God, door Wien ook het heil van de menschen door de genade van Christus gegeven is.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Er is niets op tegen, dat iets niet volmaakt is onder ieder opzicht, wat echter wel volmaakt is, overeenkomstig zijn tijd, zooals een jongeling niet onder alle opzichten volmaakt is, maar wel overeenkomstig de voorwaarden van zijn leeftijd. Zoo ook zijn de voorschriften, aan jongelieden gegeven, volmaakt in verhouding tot degenen, voor wie ze gegeven zijn, hoewel zij niet onder ieder opzicht volmaakt zijn. Hetzelfde geldt ook voor de voorschriften der Wet. Van-

---

ret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae revelanda erat ». Manifestum est autem, quod ejusdem est disponere ad finem, et ad finem perducere; et dico ejusdem per se, vel per suos subditos; non enim diabolus legem tulisset, per quam homines adducerentur ad Christum, per quem erat ejiciendus, secundum illud Matth. 12. [v. 26] : « Si Satanas Satanam ejicit, divisum est regnum ejus ». Et ideo ab eodem Deo, a quo facta est salus hominum per gratiam Christi, lex vetus data est.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nihil prohibet aliquid non esse perfectum simpliciter, quod tamen est perfectum, secundum tempus, sicut dicitur aliquis puer perfectus, non simpliciter, sed secundum temporis condionem. Ita etiam praecepta, quae pueris dantur, sunt quidem perfecta secundum conditionem eorum, quibus dantur, etsi non sint perfecta simpliciter, et talia fuerunt praecepta legis. Unde Apostolus dicit ad Gal. 3 [v. 24] : « Lex paedagogus noster fuit in Christo ».

daar zegt de Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (3, 24) : « *De Wet was onze paedagoog tot Christus.* »

2. De werken van God duren in eeuwigheid voort, wanneer God ze zóó maakt, dat ze in eeuwigheid voortduren; en dat zijn die werken die volmaakt zijn. De Oude Wet nu werd afgeschaft ten tijde van de volmaaktheid der genade, niet alsof ze slecht was, maar als voor dien tijd zwak en nutteloos, daar zij volgens den Apostel *tot niets volmaakts leidde.* Vandaar zegt de Apostel dan ook (*Brief aan de Galaten*, 3, 25) : « *Daar het Geloof nu gekomen is, staan wij niet meer onder den paedagoog* ».

3. Zooals vroeger gezegd is (LXXIX^e^ Kw., 4^e^ Art.), laat God soms toe, dat eenigen in de zonde vallen, opdat ze zich zouden vernederen. Zoo ook heeft Hij zulk een wet willen geven, die de menschen uit eigen kracht niet zouden kunnen volbrengen, opdat de menschen, terwijl ze, te veel op zichzelf vertrouwend, ondervinden dat zij zondaren zijn, hulp zouden zoeken in de genade, na zich vernederd te hebben.

4. Ofschoon de Oude Wet niet voldoende was om de menschen zalig te maken, was er toch tegelijk met de Wet, een andere hulp van God voor de menschen, waardoor zij zalig kon-

---

AD SECUNDUM dicendum, quod opera Dei perseverant in aeternum, quae sic Deus fecit, ut in aeternum perseverent, et haec sunt ea, quae sunt perfecta. Lex autem vetus reprobatur tempore perfectionis gratiae, non tamquam mala, sed tamquam infirma et inutilis pro isto tempore, quia, ut subdit, « nihil ad perfectum adduxit lex »; unde ad Galat. 3 [v. 25] dicit Apostolus: « Ubi venit fides jam non sumus sub paedagogo ».

AD TERTIUM dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. 79. art. 4.], Deus aliquando permittit aliquos cadere in paccatum, ut exinde humilientur. Ita etiam voluit talem legem dare, quam suis viribus homines implere non possent, ut sic, dum homines praesumentes de se peccatores se invenirent, humiliati recurrerent ad auxilium gratiae.

AD QUARTUM dicendum, quod quamvis lex vetus non sufficeret ad salvandum homines, tamen aderat aliud auxilium a Deo hominibus simul cum lege, per quod salvari poterant, scilicet fides Mediatoris, per quam justificati sunt antiqui patres, sicut etiam nos justificamur. Et sic Deus non deficiebat hominibus, quin daret eis salutis auxilia.

den worden, nl. het geloof aan den Middelaar, waardoor de oude vaders rechtvaardig gemaakt werden, gelijk ook wij rechtvaardig gemaakt worden. Zoodus was God niet te kort geschoten bij de menschen, in het hulp geven voor de zaligheid.

IIIe ARTIKEL.

Kwam de Oude Wet van God door middel van de engelen?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Oude Wet niet gegeven is door middel van de engelen, maar onmiddellijk door God. — 1. De Engelen immers worden gezanten genoemd. Daarom behoort het tot hun ambt te dienen en niet te gebieden, volgens het woord van den *Psalm* (102, 20) : « *Zegent den Heer, al zijn engelen, zijn dienaren* ». Welnu de Oude Wet is door God gegeven volgens *Exodus* (20, 1) : « *Deze dingen heeft de Heer gesproken* », en verder : « *Ik ben de Heer uw God* ». Dergelijke gezegden vinden we dikwijls in het Boek *Exodus*, en in de overige Boeken van de Wet. Dus is de Wet onmiddellijk door God gegeven.

ARTICULUS III.

Utrum lex vetus data fuerit per angelos.

[Infr. art. 6. arg. sed cont. et Isa. 6. corp. 3. et Gal. 3. lect. 7. et Colos. 2. lect. 1. et Heb. 1. cap. 2. fin. et cap. 5.].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod lex vetus non fuerit data per angelos, sed immediate a Deo : angelus enim nuntius dicitur, et sic nomen angeli ministerium importat, non dominium, secundum illud Psal. 102 [v. 20 sq.] : « Benedicite Domino, omnes Angeli ejus... ministri ejus ». Sed vetus lex a Domino tradita esse perhibetur : dicitur enim Exod. 20 [v. 1] : « Locutusque est Dominus sermones hos », et postea subditur : « Ego enim sum Dominus Deus tuus ». Et idem modus loquendi frequenter reperitur in Exodo, et in libris consequentibus legis; ergo lex est immediate data a Deo.

2. Volgens *Johannes* (1, 17) is *de Wet door Mozes gegeven.* Welnu Mozes heeft haar onmiddellijk van God ontvangen, volgens het Boek *Exodus* (33, 11) : « *De Heer sprak tot Mozes van aangezicht tot aangezicht, zooals een vriend pleegt te spreken tot zijn vriend* ». Dus is de Wet onmiddellijk door God gegeven.

3. Gelijk vroeger gezegd is (XC[e] Kw., 3[e] Art.), mag slechts de vorst wetten geven. Welnu alleen God is de vorst van de zaligheid der zielen, terwijl de Engelen *de dienaren* zijn *van den geest*, zooals de *Brief aan de Hebreërs* zegt (1, 14). Dus kon de Oude Wet niet door de engelen gegeven worden, daar zij geordend was tot de zaligheid der zielen.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (3, 19)[1] : « *De Wet werd door de Engelen besteld in de hand van een middelaar* ». En Stephanus zegt (*Handelingen*, 7, 53) : « *De Wet hebt gij ontvangen door beschikking van de engelen* ».

LEERSTELLING. — God heeft de wet gegeven door middel van de engelen. Buiten de algemeene reden, die Dionysius aan-

---

2. PRÆTEREA, sicut dicitur Joan. 1 [v. 17] : « Lex per Moysen data est ». Sed Moyses immediate accepit a Deo, dicitur enim Exod. 33 [v. 11] : « Loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut loqui solet amicus ad amicum suum ». Ergo lex vetus immediate data est a Deo.

3. PRÆTEREA, ad solum principem pertinet legem ferre, ut supra dictum est [q. 90. art. 3] : sed solus Deus est princeps salutis animarum, angeli vero sunt « administratorii spiritus », ut dicitur ad Hebr. 1 [v. 14] ; ergo lex vetus per angelos dari non debuit, cum ordinaretur ad animarum salutem.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus ad Galat. 3 [v. 19] : « Lex data est per angelos in manu mediatoris », et Act. 7 [v. 53] dicit Stephanus : « Accepistis legem in dispositione angelorum ».

RESPONDEO dicendum, quod lex data est a Deo per angelos : et praeter rationem generalem, quam Dionysius assignat in 4. cap. Coel. Hierar., quod

geeft (*Over de hemelsche Koren*, IV° H.), dat nl. *de goddelijke dingen afdalen tot de menschen door middel van de engelen*, is er nog een speciale reden, waarom de Oude Wet door middel van de engelen gegeven moest worden. We hebben immers (in het eerste Artikel) gezegd, dat de Oude Wet onvolmaakt was, maar dat zij een voorbereiding was tot het volmaakte heil der menschen, dat door Christus komen zou. Aldus nu gaat het in alle geordende machten en kunstvaardigheden, dat hij, die de hoogste oorzaak is, de volmaakte en voornaamste werking zelf verricht, terwijl hij die werkingen, die bijdragen tot de laatste volmaaktheid, laat doen door zijn dienaren, gelijk een scheepsbouwer zelf het schip samenstelt, maar de onderdeelen door ondergeschikte vaklieden laat voorbereiden.

Zoodus was het goed, dat de volmaakte wet van het Nieuwe Testament onmiddellijk door den menschgeworden God gegeven werd; de Oude Wet echter door de dienaren van God, nl. de engelen. Op die manier bewijst de Apostel in den *Brief aan de Hebreërs* ook de verhevenheid der Nieuwe Wet boven de Oude, omdat in het Nieuwe Testament « *God tot ons gesproken heeft in Zijn Zoon* » (1, 2), terwijl Hij in het Oude Testament « *gesproken heeft door de Engelen.* » (2, 2).

« divina debent deferri ad homines mediantibus angelis », specialis ratio est, quare legem veterem per angelos dari oportuit. Dictum est enim [art. 1 huj. q.], quod lex vetus imperfecta erat, sed disponebat ad salutem perfectam generis humani, quae futura erat per Christum. Sic autem videtur in omnibus potestatibus et artibus ordinatis, quod ille qui est superior, principalem et perfectum actum operatur per seipsum; ea vero quae disponunt ad perfectionem ultimam, operatur per suos ministros : sicut navifactor compaginat navem per seipsum, sed praeparat materiam per artifices subministrantes.

Et ideo conveniens fuit, ut lex perfecta novi testamenti daretur immediate per ipsum Deum hominem factum, lex autem vetus per ministros Dei, scilicet per angelos, daretur hominibus. Et per hunc modum Apostolus ad Hebr. probat eminentiam novae legis ad veterem, quia in novo testamento « locutus est nobis Deus in Filio suo, » [1, v. 2], in veteri autem testamento « est sermo factus per angelos » [2, v. 2].

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Gregorius zegt in het begin van zijn *Zedekundige Verhandelingen* (Voorwoord, I° H.) : « *De engel, die, naar geschreven is, aan Mozes verschenen is, wordt nu een engel, dan weer Heer genoemd; engel, daar hij diende door uiterlijk te spreken; Heer, daar hij, innerlijk aanwezig, kracht gaf aan zijn woorden.* » Vandaar ook sprak de engel als was hij de Heer zelf geweest.

2. Op het gezegde in *Exodus* (31, 2) : « De Heer sprak met Mozes van aangezicht tot aangezicht », en een weinig verder : « Toon mij uw glorie », teekent Augustinus in zijn *Letterlijke Verklaring van het Boek der Schepping* aan (XII° B., XXVII° H.) : « *Hij gevoelde dus, wat hij zag, en wat hij niet zag, verlangde hij* ». Dus zag hij Gods wezen zelf niet, en werd dus niet onmiddellijk door God zelf onderricht. Waar er echter gezegd wordt : *hij sprak met hem van aangezicht tot aangezicht*, daar spreekt de Schrift overeenkomstig de meening van het volk, dat meende, dat Mozes *van mond tot mond* met God sprak, terwijl God in werkelijkheid met hem sprak en aan hem verscheen, verscholen achter een schepsel, nl. een engel in een wolk. Het *zien van aangezicht tot aangezicht* kan ook verstaan worden van

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod, sicut Gregorius dicit in principio Moralium [in Praefat. cap. 1.] : « Angelus, qui Moysi apparuisse describitur, modo Angelus, modo Dominus memoratur : Angelus videlicet propter hoc quod exterius loquendo serviebat; Dominus autem dicitur, quia interius praesidens loquendi efficaciam ministrabat ». Et inde est etiam, quod quasi ex persona Domini angelus loquebatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod, sicut Augustinus dicit 12. super Gen. ad literam [cap. 27], in Exod. [33, v. 11] dicitur : Locutus est Dominus Moysi facie ad faciem, et paulo post subditur : Ostende mihi gloriam tuam : « Sentiebat ergo quod videbat, et quod non videbat desiderabat ». Non ergo videbat ipsam Dei essentiam, et ita non immediate ab eo instruebatur. Quod ergo dicitur, quod loquebatur ei facie ad faciem, secundum opinionem populi loquitur Scriptura, qui putabat Moysen ore ad os loqui cum Deo, cum per subjectam creaturam, idest per angelum et nubem, ei loqueretur et appareret; vel per visionem faciei intelligitur quaedam eminens contemplatio et familiaris, infra essentiae divinae visionem.

een hoogere en intieme beschouwing, waardoor echter Mozes Gods wezen niet aanschouwde.

3. Het komt alleen aan een vorst toe uit eigen macht wetten te maken. Soms echter wordt een eenmaal gemaakte wet door anderen bekend gemaakt. Zoo heeft God krachtens zijn gezag Zelf de Wet gemaakt, maar door engelen laten afkondigen.

IV° ARTIKEL.

Moest de Oude Wet alleen voor het Joodsche Volk gegeven worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Oude Wet niet alleen voor het Joodsche volk moest gegeven worden. — 1. De Oude Wet immers voerde tot het heil, dat komen zou door Christus, zooals (in het vorig Artikel) gezegd is. Welnu dit heil zou niet alleen komen voor de Joden, maar voor alle volkeren, overeenkomstig het woord van *Isaïas* (49, 6) : « *Te gering is het, dat gij mij een dienstknecht zoudt zijn om de stammen van*

AD TERTIUM dicendum, quod solius principis est sua auctoritate legem instituere; sed quandoque legem institutam per alios promulgat, et ita Deus sua auctoritate instituit legem, sed per angelos promulgavit.

ARTICULUS IV.

Utrum lex vetus dari debuerit soli populo judaeorum.

[Infr. art. 5. corp. et 3. Dist. 25. q. 2. art. 2. ad 3.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod lex vetus non debuit dari soli populo Judaeorum : lex enim vetus disponebat ad salutem, quae futura erat per Christum, ut dictum est [art. praec.] ; sed salus illa non erat futura solum in Judaeis, sed in omnibus gentibus, secundum illud Isa. 49 [v. 6] : « Parum est, ut sis mihi servus ad suscitandas tribus Jacob, et faeces Israël con-

Jacob op te richten en de heffe van Israël terug te voeren; zie, Ik heb u gesteld ten licht voor de heidenen, opdat Gij mijn heil zijt tot aan het uiteinde der aarde. » Dus moest de Oude Wet aan alle volkeren gegeven worden en niet slechts aan één enkel.

2. In de *Handelingen der Apostelen* (10, 34 v. v.) wordt gezegd : « *God kent geen aanzien des persoons; maar onder ieder volk is wie Hem vreest en gerechtigheid doet, Hem welgevallig.* » Dus moest Hij den weg der zaligheid niet méér openen voor een bepaald volk dan voor de andere.

3. De Wet is gegeven door de engelen, zooals (in het vorig Artikel) bewezen is. Welnu, God heeft de hulp der engelen niet slechts voor de Joden, maar voor alle volkeren aangewend. In het Boek *Ecclesiasticus* (17, 14) immers wordt gezegd: «*Onder ieder volk heeft Hij een leider aangesteld* ». Ook heeft Hij aan alle volkeren tijdelijke goederen geschonken, die minder onder Gods zorg vallen dan de geestelijke goederen. Dus moest Hij ook de Wet aan alle volkeren geven.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in den *Brief aan de Romeinen* (3, 1, v.) : « *Wat is dan het voordeel van*

---

vertendas, dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae ». Ergo lex vetus dari debuit omnibus gentibus, et non uni populo tantum.

2. PRÆTEREA, sicut dicitur Act. 10 [v. 34 sqq.] : « Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum et facit justitiam, acceptus est illi ». Non ergo magis uni populo, quam aliis viam salutis debuit aperire.

3. PRÆTEREA, lex data est per angelos, sicut jam dictum est [art. praec.]; sed ministeria angelorum Deus non solum Judaeis, sed omnibus gentibus semper exhibuit, dicitur enim. Eccli. 17 [v. 14] : « In unamquamque gentem praeposuit rectorem »; omnibus etiam gentibus temporalia bona largitur, quae minus sunt curae Deo, quam spiritualia bona; ergo etiam legem omnibus populis debuit dare.

SED CONTRA est, quod dicitur Rom. 3 [v. 1 sq.] : « Quid ergo amplius Judaeo est? Multum quidem per omnem modum : primum quidem, quia cre-

Jood te zijn?... Groot is dit alleszins. En ten eerste, de uitspraken van God worden hun toevertrouwd. » En in den *Psalm* (147, 20), wordt gezegd : « *Zoo heeft Hij niet gedaan voor ieder volk, en zijn oordeelen heeft Hij hun niet geopenbaard.* »

LEERSTELLING. — Men zou als reden kunnen aangeven, waarom de Wet eerder gegeven is aan het Joodsche volk dan aan de andere volkeren, dat nl., terwijl de andere volkeren in afgoderij vervallen waren, alleen het Joodsche volk in den dienst van den eenen God volhardde. De overige volkeren waren dus niet waardig de Wet te ontvangen, opdat het heilige niet aan de honden zou gegeven worden.

Maar dit gaat niet op, daar dit volk zelfs na het ontvangen van de Wet in afgoderij gevallen is, wat erger was, zooals blijkt uit *Exodus* (32) en *Amos* (5, 25 v. v.) : « *Hebt gij mij wel slachtoffers en spijsoffers gebracht in de woestijn veertig jaren, huis van Israël! En ge droegt de tent voor Moloch, uw god, en het afbeeldsel uwer afgoden, het gesternte van uwen god, welke gij gemaakt hebt* ». Uitdrukkelijk wordt ook in *Deuteronomium* (9, 6) gezegd : « *Weet gij dan niet dat de Heer, uw God, u dit al-*

---

dita sunt illis eloquia Dei ». Et in Ps. 147 [v. ult.] dicitur : « Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis ».

RESPONDEO dicendum, quod posset una ratio assignari, quare potius populo Judaeorum data sit lex, quam aliis populis : quia, aliis populis ad idololatriam declinantibus, solus populus Judaeorum in cultu unius Dei remansit. Et ideo alii populi indigni erant legem recipere, ne sanctum canibus daretur.

Sed ista ratio conveniens non videtur : quia populus ille etiam post legem latam ad idololatriam declinavit, quod gravius fuit, ut patet Exod. 32 et Amos 5 [v. 25 sqq.] : « Numquid hostias et sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israël, et portastis tabernaculum Moloch Deo vestro, et imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, quae fecistis vobis? » Expresse etiam dicitur Deut. 9 [v. 6] : « Scito, quod non propter justitias tuas Dominus Deus tuus dedit tibi terram hanc in possessionem, cum durissi-

lerbeste land om uw gerechtigheid ten bezit geeft, daar gij een allerhardnekkigst volk zijt? ». De reden er van laat hij voorafgaan (5), nl. « *opdat de Heer zijn woord vervulle, dat Hij onder eede aan uw vaders, Abraham, Isaac en Jacob beloofd heeft.*» Wat hun echter beloofd was, verklaart de Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (3, 16) : « *Aan Abraham nu werden de beloften gedaan en aan zijn zaad. Er is niet gezegd : En aan de zaden, alsof er verscheidene waren, doch over één, en aan uw zaad, dat Christus is* ». God heeft dus én de Wet én andere bijzondere weldaden geschonken aan dit volk, om de belofte aan hun vaderen gedaan, dat uit hen Christus zou geboren worden. Het paste immers, dat het volk, waaruit Christus zou geboren worden, een bijzondere heiligmaking zou verkrijgen, volgens het woord uit het Boek *Leviticus* (19, 2) : « *Weest heilig, omdat ik heilig ben* ». Dat die belofte van Christus' geboorte uit Abraham's zaad aan Abraham gedaan werd, was niet om de verdienste van Abraham, maar krachtens Gods vrije uitverkiezing en roeping. Vandaar zegt *Isaias* (41, 2) : « *Wie heeft uit het Oosten den gerechte gewekt, wie heeft hem geroepen om Hem te volgen?* ».

Hieruit blijkt dus, dat de vaders alleen krachtens Gods vrije

---

mae cervicis sis populis ». Sed ratio ibi praemittitur : « Ut compleret verbum suum Dominus, quod sub juramento pollicitus est Patribus tuis Abraham, Isaac, et Jacob. » [v. 5]. Quae autem promissio eis sit facta ostendit Apostolus ad Galat. 3 [v. 16] dicens: « Abrahae dictae sunt promissiones, et semeni ejus. Non dicit: seminibus, quasi in multis, sed quasi in uno, et semini tuo qui est Christus ». Deus igitur et legem, et alia beneficia specialia illi populo exhibuit propter promissionem eorum Patribus factam, ut ex eis Christus nasceretur. Decebat enim ut ille populus, ex quo Christus nasciturus erat, quadam speciali sanctificatione polleret, secundum illud quod dicitur Levit. 19 [v. 2] : « Sancti eritis, quia ego sanctus sum ». Nec etiam fuit propter meritum ipsius Abrahae, ut talis promissio ei fieret, ut scilicet Christus ex ejus semine nasceretur, sed ex gratuita Dei electione et vocatione; unde dicitur Isa. 41 [v. 2] : « Qui suscitavit ab Oriente justum, vocavit eum ut sequeretur se? »

Sic ergo patet, quod ex sola gratuita electione Patres promissionem acce-

uitverkiezing de belofte gekregen hebben, en het volk, uit hen voortgekomen, de Wet ontvangen heeft, overeenkomstig het gezegde uit het Boek *Deuteronomium* (2, 31, v.) : « *Gij hebt zijn woorden uit het midden des vuurs gehoord, omdat Hij uw vaderen heeft lief gehad, en hun zaad na hen heeft uitverkoren* ».

Indien men nu verder vraagt waarom Hij dit volk uitverkoren heeft, om uit hen Christus te doen geboren worden en niet een ander, dan moet men met Augustinus antwoorden (*Verklaring van Johannes*, XXVI[e] Verhand.) : « *Waarom Hij dit tot zich genomen heeft, en niet dat, daarover moet men niet willen oordeelen, indien men zich niet wil vergissen.* »

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Ofschoon het toekomstig heil door Christus voor alle volkeren bereid was, moest Christus toch uit één volk geboren worden, dat daarom verschillende voorrechten had boven de andere volkeren. Dit blijkt uit het woord van den Apostel in zijn *Brief aan de Romeinen* (9, 4) : « *Aan wie* (nl. de Joden) *het zoonschap, en de Verbonden, en de wetgeving toebehooren; van wie de voorvaderen zijn; uit wie Christus voortgekomen is naar het vleesch* ».

---

perunt, et populus ex eis progenitus legem accepit, secundum illud Deuter. 4 [v. 36 sq.] : « Audisti verba illius de medio ignis, quia dilexit Patres et elegit semen eorum post illis ».

Si autem rursus quaeratur, quare hunc populum elegit, ut ex eo Christus nasceretur, et non alium, conveniet responsio Augustini, quam dicit super Joan. [tract. 26] : « Quare hunc trahat, et illum non trahat, noli velle dijudicare si non vis errare ».

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quamvis salus futura per Christum esset omnibus gentibus praeparata, tamen oportebat ex uno populo Christum nasci, qui propter hoc prae aliis praerogativas habuit, secundum illud Rom. 9 [v. 4 sq.] : « Quorum (scilicet Judaeorum) est adoptio filiorum, et testamentum, et legislatio, quorum patres, et ex quibus Christus est secundum carnem ».

2. Het aanzien des persoons heeft plaats met betrekking tot die dingen, die gegeven worden krachtens verplichting. Met betrekking tot die dingen echter, die uit welwillendheid gegeven worden, is er geen aanzien des persoons. Hij is geen aanzienèr des persoons, die uit vrijgevigheid van het zijne den één geeft, en den andere niet; maar wanneer hij een uitdeeler is van gemeenschappelijk goed, en niet gelijkelijk uitdeelt overeenkomstig de verdiensten der personen, dan zou hij een aanzienèr des persoons zijn. Welnu de gaven met betrekking tot de zaligheid geeft God aan het menschelijk geslacht uit vrije beweging; vandaar is Hij geen aanzienèr des persoons, indien Hij aan sommigen iets geeft boven de anderen. Vandaar zegt Augustinus in zijn Boek *Over de Voorbestemming der Heiligen* (VIII° H.) : « *Allen die God onderricht, onderricht Hij uit barmhartigheid; die Hij echter niet onderricht, onderricht Hij niet, krachtens zijn rechtvaardigheid.* » Dit is immers een gevolg van de straf van het menschelijk geslacht, om de zonde van den eersten mensch.

3. De gaven der genade worden aan den mensch onttrokken om zijn schuld; maar de gaven der natuur worden hem niet onttrokken, en hieronder valt de bediening door de Engelen, alsook

---

AD SECUNDUM dicendum, quod acceptio personarum locum habet in his, quae ex debito dantur; in his vero, quae ex gratuita voluntate conferuntur, acceptio personarum locum non habet : non enim est personarum acceptor, qui ex liberalitate de suo dat uni, et non alteri; sed si esset dispensator bonorum communium, et non distribueret aequaliter secundum merita personarum, esset personarum acceptor. Salutaria autem beneficia Deus humano generi confert ex sua gratia; unde non est personarum acceptor, si quisbusdam prae aliis conferat; unde Augustinus dicit in lib. de Praedest. Sanctorum [cap. 8] : « Omnes, quos Deus docet, misericordia docet; quos autem non docet, judicio non docet ». Hoc enim venit ex damnatione humani generis pro peccato primi parentis.

AD TERTIUM dicendum, quod beneficia gratiae subtrahuntur homini propter culpam, sed beneficia naturalia non subtrahuntur; inter quae sunt ministeria angelorum, quae ipse naturarum ordo requirit, ut scilicet per media gubernentur infima; et etiam corporalia subsidia, quae non solum hominibus,

datgene wat de orde der natuur vereischt, dat nl. het lagere door midden-naturen wordt bestuurd; ook valt hieronder de stoffelijke hulp, die God niet alleen aan de menschen, maar ook aan de dieren toebedeelt, volgens *Psalm* 36, 7: « *Mensch en dier hebt gij behouden, Heer* ».

V^e ARTIKEL.

Waren alle menschen verplicht de Oude Wet te onderhouden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat alle menschen verplicht waren de Oude Wet te onderhouden. — 1. Iedereen immers die aan een koning onderworpen is, moet ook onderworpen zijn aan zijn wet. Welnu de Oude Wet is door God gegeven, die de koning is van heel de aarde, zooals *Psalm* 46, 8, zegt. Alle bewoners van de aarde waren dus verplicht de Oude Wet te onderhouden.

2. De Joden konden niet zalig worden zonder de Oude Wet te onderhouden. Dit blijkt uit de woorden van *Deuteronomium*

---

sed etiam jumentis Deus administrat, secundum illud Psalm. 36 [v. 7] : « Homines et jumenta salvabis Domine. »

ARTICULUS V.

Utrum omnes homines obligantur servare legem veterem.

[2-2. q. 85. art. 4. ad 1. et 3. Dist. 25. q. 2. art. 2. ad 3. et Rom. 6. lect. 3.].

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod omnes homines obligabantur ad observandam veterem legem : quicumque enim subditur regi, oportet quod subdatur legi ipsius; sed vetus lex est data a Deo, qui est rex omnis terrae, ut in Ps. 46 [v. 8] dicitur; ergo omnes habitantes terram tenebantur ad observantiam legis.

(27, 26) : « *Vervloekt wie niet volhardt in de woorden dezer Wet, en ze niet metterdaad volbrengt* ». Indien dus de overige menschen zonder de Oude Wet te onderhouden zalig konden worden, dan zouden de Joden in slechtere omstandigheden geweest zijn dan de overige volkeren.

3. De heidenen werden toegelaten tot den Joodschen eeredienst en de wettelijke onderhouding. Dit blijkt uit *Exodus* (12, 48) : « *Indien een vreemdeling tot uwe gemeenschap overgaan en het Paschen des Heeren houden wil, worde eerst alles besneden wat mannelijk is van de zijnen, en dan zal hij het wettig vieren; en hij zal zijn als de inboorling des lands* ». Nu zou het geen zin hebben, de vreemdelingen, krachtens goddelijk bevel, tot de wettelijke onderhouding toe te laten, indien ze zonder die onderhouding zalig konden worden. Bijgevolg kon niemand zalig worden, tenzij hij de Wet onderhield.

Maar daartengover staat het gezegde van Dionysius in zijn Boek *Over de Hemelsche Koren* (IX° H.) : « *Vele heidenen zijn door engelen tot God teruggevoerd* ». Welnu, het staat vast, dat de heidenen de wet niet onderhielden. Dus konden sommigen ook zonder onderhouding van de Wet zalig worden.

---

2. PRÆTEREA, Judaei salvari non poterant, nisi legem veterem observarent : dicitur enim Deuteron. 27 [v. 26] : « Maledictus, qui non permanet in sermonibus legis hujus, nec eos opere perficit ». Si igitur alii homines sine observantia legis veteris potuissent salvari, pejor fuisset conditio Judaeorum quam aliorum hominum.

3. PRÆTEREA, Gentiles ad ritum Judaicum et ad observantias legis admittebantur : dicitur enim Ex. 12 [v. 48] : « Si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, et facere Phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum genus, et tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terrae ». Frustra autem ad observantias legales fuissent extranei admissi ex ordinatione divina, si absque legalibus observantiis salvari potuissent; ergo nullus salvari poterat, nisi legem observaret.

SED CONTRA est, quod Dionysius dicit cap. 9. Coel. Hierarch. quod « multi Gentilium per Angelos sunt reducti in Deum ». Sed constat, quod

LEERSTELLING. — De Oude Wet maakte de voorschriften van de natuurwet bekend, en voegde er bovendien nog enkele eigen voorschriften aan toe. Met betrekking nu tot die voorschriften uit de natuurwet, die deel uitmaakten van de Oude Wet, waren allen tot onderhouding van de Oude Wet verplicht, niet omdat ze in de Oude Wet stonden, maar omdat ze tot de natuurwet behoorden. Maar met betrekking tot die voorschriften, die de Oude Wet er bovendien nog aan toevoegde, was niemand verplicht tot het onderhouden van de Oude Wet, tenzij het Joodsche volk.

De reden daarvan is, dat de Oude Wet aan het Joodsche volk gegeven was, opdat het een kenteeken van heiligheid zou hebben, uit eerbied voor Christus, die uit dit volk zou geboren worden. Die dingen nu die vastgesteld zijn voor een bijzondere heiligmaking van enkelen, verplichten alleen die enkele personen, zooals b. v. de geestelijken, die verbonden zijn aan den dienst van God, verplicht worden tot sommige voorschriften, waartoe de leeken niet verplicht zijn; en zooals ook de religieuzen tot sommige werken van volmaaktheid verplicht zijn krachtens hun professie, waartoe de seculieren niet verplicht zijn. Zoo ook was dit

---

Gentiles legem non observabant; ergo absque observantia legis potuerunt aliqui salvari.

RESPONDEO dicendum, quod lex vetus manfestabat praecepta legis naturae, et superaddebat quaedam propria praecepta. Quantum igitur ad illa, quae lex vetus continebat de lege naturae, omnes tenebantur ad observantiam veteris legis, non quia erant de veteri lege, sed quia erant de lege naturae. Sed quantum ad illa, quae lex vetus superaddebat, non tenebantur aliqui ad obesrvantiam veteris legis, nisi solus populus Judaeorum.

Cujus ratio est, quia lex vetus, sicut dictum est, data est populo Judaeorum, ut quamdam praerogativam sanctitatis obtineret propter reverentiam Christi, qui ex illo populo nasciturus erat. Quaecumque autem statuuntur ad specialem aliquorum sanctificationem, non obligant nisi illos, sicut ad quaedam obligantur clerici, qui mancipantur divino ministerio, ad quae laici non obligantur; similiter et religiosi ad quaedam perfectionis opera

volk tot sommige speciale voorschriften verplicht, waartoe de andere volkeren niet verplicht waren. Vandaar wordt in *Deuteronomium* (18, 13) gezegd : « *Volmaakt zult gij zijn en onberispelijk voor den Heer, uw God* ». Daarom ook hadden zij een soort professie, wat blijkt uit *Deuteronomium* (26, 3) : « *Ik betuig heden voor den Heer uwen God* », enz.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Degene die aan een koning onderworpen is, is verplicht die wetten te onderhouden, die hij in het algemeen voor allen gesteld heeft; maar indien hij sommige voorschriften heeft opgelegd aan zijn huisdienaren, zijn de overigen er niet toe gehouden.

2. Hoe inniger een mensch met God vereenigd wordt, in des te betere omstandigheden komt hij. Hoe inniger dus het Joodsche volk tot den eeredienst van God gehouden was, des te meer was het boven de andere volkeren verheven. Vandaar lezen we in *Deuteronomium* (4, 8) : « *Welk ander volk toch is zoo roemruchtig, dat het plichtgebruiken en rechtvaardige oordeelen heeft en heel de Wet?* » Daarom ook zijn de geestelijken in betere omstandigheden dan de leeken, en de religieuzen dan de seculieren.

---

obligantur ex sua professione, ad quae seculares non obligantur. Et similiter ad quaedam specialia obligabatur populus ille, ad quae alii populi non obligabantur; unde dicitur Deuter. 18 [v. 13] : « Perfectus eris, et absque macula coram Domino Deo tuo. » Et propter hoc etiam quadam professione utebantur, ut patet Deuter. 26 [v. 3] : « Profiteor hodie coram Domino Deo tuo » etc.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quicumque subduntur regi, obligantur ad legem ejus observandum, quam omnibus communiter proponit; sed si instituat aliqua observanda a suis familiaribus ministris, ad haec caeteri non obligantur.

AD SECUNDUM dicendum, quod homo quanto Deo magis conjungitur, tanto efficitur melioris conditionis; et ideo quanto populus Judaeorum erat adstrictus magis ad divinum cultum, dignior aliis populis erat. Unde dicitur Deuter. 4 [v. 8] : « Quae est alia gens sic inclyta, ut habeat caeremonias,

3. De heidenen streefden volmaakter en zekerder hun heil na, door de Wet de onderhouden, dan alleen door de natuurwet na te leven. Daarom werden ze tot die onderhouding toegelaten; gelijk tegenwoordig de leeken overgaan tot den geestelijken staat, en de seculieren tot den religieuzen staat, ofschoon ze ook zonder dat zalig zouden kunnen worden.

VI^e ARTIKEL.

Was de tijd van Mozes een geschikte tijd om de Oude Wet te geven?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de tijd van Mozes geen geschikte tijd was om de Wet te geven. — 1. De Oude Wet immers bereidde den mensch voor tot het heil, dat komen zou door Christus, zooals hierboven gezegd is (2^e Art.). Welnu, onmiddellijk na de zonde had de mensch zoo'n middel tot de zaligheid noodig. Dus had de Wet onmiddellijk na de zonden moeten gegeven worden.

---

justaque judicia, et universam legem? » Et similiter etiam quantum ad hoc sunt melioris conditionis clerici, quam laici; et religiosi, quam saeculares.

AD TERTIUM dicendum, quod Gentiles perfectius et securius salutem consequebantur sub observantiis legis, quam sub sola lege naturali; et ideo ad eas admittebantur, sicut etiam nunc laici transeunt ad clericatum, et saeculares ad religionem, quamvis absque hoc possint salvari.

ARTICULUS VI.

Utrum lex vetus convenienter data fuerit tempore Moysi.

[Part. 3. q. 70. art. 2. ad 2.
et 4. Dist. 1. q. 1. art. 2. q. 4. corp. et Gal. 3. lect. 7.].

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod lex vetus non convenienter fuerit data tempore Moysi : lex enim vetus disponebat ad salutem, quae erat futura per Christum, sicut dictum est [art. 2. huj. q.]; sed statim homo post

er is een dubbele verplichting, nl. een volgens de norm van het verstand, en een ander volgens de norm van een bepaalde wet, zooals ook de Wijsgeer (V^e^ Boek der *Ethica*, VII^e^ H., N^r^ 1) een dubbele gerechtigheid onderscheidt, nl. een zedelijke en een wettelijke. De zedelijke verplichting nu is tweevoudig : het verstand immers zegt, dat iets gedaan moet worden, ofwel als iets noodzakelijk, zonder welk er geen orde van de deugd kan zijn, ofwel als nuttig tot datgene, waardoor de orde der deugd beter bewaard blijft. Daarmee overeenkomstig, worden sommige zedelijke voorschriften in de Wet nadrukkelijk geboden of verboden, zooals : « *Gij zult niet dooden; Gij zult niet stelen* », en deze worden eigenlijk *geboden* genoemd.

Andere daarentegen worden geboden of verboden, niet precies als verplicht, maar omdat ze beter zijn. Deze kunnen *bevelen* genoemd worden, omdat ze eenigszins aanraden en overtuigen, zooals dat van *Exodus* (22, 13-15) : « *Indien gij als pand van uw naaste het kleed neemt, zult gij het vóór zonsondergang aan hem teruggeven* », en dergelijke. Vandaar zegt Hieronymus, dat *in de geboden de rechtvaardigheid, in de bevelen echter de liefde tot uiting komt.*

---

unum quidem secundum regulam rationis, aliud autem secundum regulam legis determinantis, sicut Philosophus in 5. Ethic. [cap. 7.] distinguit duplex justum, scilicet morale et legale. Debitum autem morale est duplex : dictat enim ratio aliquid faciendum, vel tamquam necessarium, sine quo non potest esse ordo virtutis, vel tamquam utile ad hoc quod ordo virtutis melius conservetur; et secundum hoc quaedam moralium praecise praecipiuntur vel prohibentur in lege, sicut : Non occides; non furtum facies; et haec proprie dicuntur praecepta.

Quaedam vero praecipiuntur vel prohibentur, non quasi praecise debita, sed propter melius; et ista possunt dici mandata, quia quamdam inductionem habent et persuasionem, sicut illud Exod. 22. [v. 13. 15.] : « Si pignus acceperis vestimentum a proximo tuo, ante solis occasum reddas ei », et aliqua similia; unde Hyronymus dicit [in princ. proëm. in Marc. et hab. in Glos.], quod « in praeceptis est justitia, in mandatis vero charitas. »

De verplichting nu krachtens een nadere wetsbepaling met betrekking tot de menschelijke zaken behoort bij de rechtsregels, met betrekking tot de goddelijke zaken, bij de ceremonieel-voorschriften. Ofschoon ook die dingen, die op straf of belooning betrekking hebben, *getuigenissen* genoemd kunnen worden, in zoover zij uitingen zijn van de goddelijke rechtvaardigheid. Ook kunnen alle voorschriften van de Wet *gerechtigheid* genoemd worden, voor zoover zij een uitoefening zijn van de wettelijke rechtvaardigheid.

De bevelen kunnen ook op een andere manier van de geboden worden onderscheiden, voor zoover *geboden* die voorschriften genoemd worden, welke God door zichzelf bevolen heeft, *bevelen* echter, die Hij door anderen bevolen heeft, zooals het woord zelf schijnt aan te duiden.

Uit dit alles blijkt, dat alle voorschriften van de Wet vervat zijn onder zedelijke voorschriften, ceremonieel-voorschriften en rechtsregels; de andere daarentegen vallen niet onder het begrip van voorschrift, maar zijn, zooals gezegd is, gericht op de onderhouding der voorschriften.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Onder de deugden brengt alleen de rechtvaardigheid het karakter mede van iets wat

---

Debitum autem ex determinatione legis in rebus quidem humanis pertinet ad judicialia, in rebus autem divinis ad caeremonialia. Quamvis etiam ea, quae pertinent ad poenam vel praemia, dici possint testimonia, inquantum sunt protestatones quaedam divinae justitiae; omnia vero praecepta legis possunt dici justificationes, inquantum sunt quaedam executiones legalis justitiae.

Possunt etiam aliter mandata a praeceptis distingui, ut praecepta dicantur, quae Deus per seipsum jussit, mandata autem, quae per alios mandavit, ut ipsum nomen sonare videtur.

Ex quibus omnibus apparet, quod omnia legis praecepta continentur sub moralibus, caeremonialibus, et judicialibus; alia vero non habent rationem praceptorum, sed ordinantur ad praeceptorum observationem, ut dictum est [hic. sup.].

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sola justitia inter alias virtutes importat rationem debiti; et ideo moralia intantum sunt lege determinabilia, inquan-

men verschuldigd is. Het zedelijke kan dus zoover door de wet bepaald worden, als het valt onder de rechtvaardigheid, waarvan ook de godsdienst een onderdeel is, zooals Tullius zegt (*Rhetorica*, II° B., LIII° H.). Vandaar kan het wettelijk gerechte niet iets buiten de ceremonieel-voorschriften en de rechtsregels zijn.

Voor de andere bedenkingen blijkt het antwoord door wat (in de Leerstelling) gezegd is.

VI° ARTIKEL.

Moest de Oude Wet door tijdelijke beloften en bedreigingen tot de onderhouding der voorschriften aansporen?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Oude Wet niet door tijdelijke beloften en bedreigingen tot de onderhouding der voorschriften moest aansporen. — 1. De bedoeling immers der goddelijke wet is, dat zij de menschen door vrees en liefde aan God onderwerpt. Vandaar wordt er in *Deuteronomium* (10, 12) gezegd : « *En nu, Israel, wat vraagt de Heer, uw God, van U anders, dan dat Gij den Heer uw God, vreest en op zijn wegen wan-*

---

tum pertinent ad justitiam, cujus etiam quaedam pars est religio, ut Tullius dicit [lib. 2. de Invent., cap. 53.] ; unde justum legale non potest esse aliquod praeter caeremonialia et judicialia praecepta.

AD ALIA patet responsio per ea, quae dicta sunt [in corp. art.].

ARTICULUS VI.

Utrum lex vetus debuerit inducere ad observationem praeceptorum per temporales promissiones, et comminationes.

[Supr. q. 91. art. 5. corp. et infr. q. art. 1. ad 2, et 3, Dist, 4. art. 2. corp. et art. 4. et Rom. 8. lect. 3. et cap. 10. et 2. Cor. 11. lect. 6.].

AD SEXTUM sic proceditur. Videtur, quod lex vetus non debuerit inducere ad observantiam praeceptorum per temporales promissiones, et com-

delt en Hem liefhebt? » Welnu de begeerte naar tijdelijke zaken leidt van God af; want Augustinus zegt in zijn Boek der *Drie en Tachtig Vraagstukken* (XXXVI^e Kw.), dat *de begeerte het vergif voor de liefde is.* Dus zijn tijdelijke beloften en bedreigingen aan de bedoeling van den wetgever tegengesteld, wat de wet, zooals uit den Wijsgeer blijkt (II^e Boek der *Politiek*, VI^e H., N^r 21) afkeurenswaardig maakt.

2. De goddelijke wet staat hooger dan de menschelijke. Welnu in de wetenschappen zien wij, dat naarmate een wetenschap hooger is, zij met hoogere middelen werkt. Daar dus de menschelijke wet met tijdelijke bedreigingen en belooningen werkt om de menschen aan te sporen, had de goddelijke daarmede niet moeten werken, maar met hoogere middelen.

3. Datgene kan geen belooning voor gerechtigheid of straf voor schuld zijn, wat de goeden en kwaden gelijkelijk wedervaart. Welnu, zooals in het boek *Prediker* (9, 2) gezegd wordt, *wedervaart alles gelijkelijk den gerechtige en den kwade, den reine en den onreine, hem, die slachtoffers opdraagt en hem die het offeren versmaadt.* Dus worden de tijdelijke goederen en de kwade dingen niet geschikt gesteld als straf of belooning voor de geboden der goddelijke wet.

---

minationes : intentio enim legis divinae est, ut homines Deo subdat per timorem et amorem; unde dicitur Deut. 10. [v. 12.]: « Et nunc, Israël, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum? » Sed cupiditas rerum temporalium abducit a Deo : dicit enim Augustinus in lib. 83. QQ. [q. 36.], quod venenum charitatis est cupiditas »; ergo promissiones et comminationes temporales videntur contrariari intentioni legislatoris; quod facile legem reprobabilem facit, ut patet per Philosophum in 2. Politic. [cap. 6.].

2. PRÆTEREA, lex divina est excellentior quam lex humana; videmus autem in scientiis, quod quanto aliqua est altior, tanto per altiora media procedit; ergo cum lex humana procedat ad inducendum homines per temporales comminationes et promissiones, lex divina non debuit ex his procedere, sed per aliqua majora.

3. PRÆTEREA, id non potest esse praemium justitiae, vel poena culpae, quod aequaliter evenit et bonis et malis; sed, sicut dicitur Eccl. 9 [v. 2]:

Maar daartegenover staat het gezegde van *Isaias* (1, 19, v.) : « *Indien gij wilt en naar Mij luistert, zult gij van het goede der aarde eten; maar indien gij niet wilt en Mij tot toorn aandrijft, zal het zwaard u verslaan* ».

LEERSTELLING. — Evenals de menschen in de beschouwende wetenschappen door sluitredenen worden gedreven tot het aannemen van gevolgtrekkingen, zoo worden zij ook in iedere wet tot het onderhouden der voorschriften aangespoord door beloooningen en straffen. Nu zien wij in de beschouwende wetenschappen, dat de middelen naar omstandigheden aan den toehoorder worden voorgesteld. Gelijk men dan in de wetenschap geordend moet voortgaan, zoodat de leering bij het meer bekende aanvangt, zoo ook moet hij, die de menschen wil aansporen tot het onderhouden der voorschriften, hen door middel van die dingen beginnen te leiden, waar hij van houdt, zooals kinderen door kindergeschenken aangespoord worden om iets te doen. Hierboven nu (XCVIII^{e} Kw., 1^{e}, 2^{e} en 3^{e} Art.) is gezegd, dat de Oude wet een voorbereiding was voor Christus, zooals het onvolmaakte voor het volmaakte. Vandaar werd zij aan het nog onvolmaakte volk gege-

---

« Universa aeque eveniunt justo et impio, bono et malo, mundo et immundo, immolanti victimas et sacrificia contemnenti. » Ergo temporalia bona vel mala non convenienter ponuntur ut poena vel praemia mandatorum legis divinae.

SED CONTRA est quod dicitur Isa. 1 [v. 19 sq.]: « Si volueritis, et audieritis me, bona terrae comedetis; quod si nolueritis, et me ad iracundiam provocaveritis, gladius devorabit vos. »

RESPONDEO dicendum, quod, sicut in scientiis speculativis inducuntur homines ad assentiendum conclusionibus per media syllogistica, ita etiam in quibuslibet legibus homines inducuntur ad observantias praeceptorum per poenas et praemia. Videmus autem in scientiis speculativis, quod media proponuntur auditori secundum ejus conditionem; unde, sicut oportet ordinate in scientiis procedere, ut ex notioribus disciplina incipiat, ita etiam oportet eum qui vult inducere hominem ad observantiam praeceptorum, ut ex illis eum movere incipiat, quae sunt in ejus affectu, sicut pueri provocantur

ven als een voorbereiding op de volmaaktheid, die toekomstig was door Christus; en daarom werd dit volk vergeleken bij een kind, dat nog onder een paedagoog staat, zooals blijkt uit den *Brief aan de Galaten* (3, 24). Welnu de volmaaktheid van den mensch is, dat hij met verachting van het tijdelijke het geestelijke aanhangt, wat blijkt uit het gezegde van den Apostel in den *Brief aan de Philippiërs* (3, 13 en 15) : « *Wat achter mij is, vergeet ik, en wat vóór mij is, daarheen span ik mij... Laten wij allen die volmaakt zijn, zóó gestemd zijn* ». Nu is het aan onvolmaakten eigen, dat zij tijdelijke goederen verlangen, echter in orde tot God; aan slechten daarentegen, dat zij in het tijdelijke hun doel stellen. Vandaar kwam het aan de Oude Wet toe, dat zij door tijdelijke goederen, welke in het verlangen van onvolmaakte menschen liggen, de menschen tot God leidde.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De begeerte, waardoor de mensch zijn doel stelt in tijdelijke goederen, is het vergif voor de liefde; maar het nastreven van tijdelijke goederen, welke de mensch verlangt in orde tot God, is een weg welke de onvolmaakten tot de liefde Gods leidt, volgens het woord van

---

ad aliquid faciendum aliquibus puerilibus munusculis. Dictum est autem supra [q. 98. art. 1. 2. et 3.], quod lex vetus disponebat ad Christum, sicut imperfectum ad perfectum; unde dabatur populo adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionem, quae erat futura per Christum; et ideo populus ille comparatur puero sub paedagogo existenti, ut patet Galat. 3 [v. 24]. Perfectio autem hominis est, ut contemptis temporalibus, spiritualibus inhaereat, ut patet per illud quod Apostolus dicit Philipp. 3 [v. 13-15] : « Quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea quae priora sunt, me extendo. Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. » Imperfectorum autem est, quod temporalia bona desiderent, in ordine tamen ad Deum; perversorum autem est, quod in temporalibus bonis finem constituant; unde legi veteri conveniebat, ut per temporalia, quae erant in affectu hominum imperfectorum, manuduceret homines ad Deum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cupiditas, qua homo constituit finem in temporalibus bonis, est charitatis venenum; sed consecutio temporalium bono-

Psalm 48, 19 : « *Hij zal U belijden, omdat Gij hem hebt welgedaan* ».

2. De menschelijke wet spoort de menschen aan door middel van tijdelijke belooningen, of door straffen, die door de menschen moeten opgelegd worden; de goddelijke wet echter, door belooningen en straffen, die door God aangewend worden, en in dit opzicht werkt zij met hoogere middelen.

3. Zooals blijkt voor hem, die de geschiedenis van het Oude Testament bestudeert, was de algemeene toestand van het volk altijd voordeelig, zoolang zij de Wet onderhielden; maar terstond als zij van de geboden van de goddelijke wet afweken, ondervonden zij veel tegenspoed. Maar sommige particuliere personen ondervonden tegenspoed, ook als zij de Wet onderhielden, ofwel omdat zij reeds geestelijk waren, zoodat zij daardoor meer van de genegenheid voor het tijdelijke zouden afzien en hun deugd zou beproefd worden, ofwel omdat zij, terwijl zij uiterlijk de Wet naleefden, met heel hun hart aan het tijdelijke gehecht waren en van God verwijderd, overeenkomstig hetgeen in *Isaias* gezegd wordt (29, 13) : « *Dit volk eert mij met de lippen, doch hun hart is ver van mij* ».

---

rum, quae homo desiderat in ordine ad Deum, est quaedam via inducens imperfectos ad Dei amorem, secundum illud Psalmi 48 [v. 19] : « Confitebitur, cum benefeceris illi. »

AD SECUNDUM dicendum, quod lex humana inducit homines ex temporalibus praemiis vel poenis per homines inducendis, lex vero divina ex praemiis vel poenis exhibendis per Deum : et in hoc procedit per media altiora.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut patet historias Veteris Testamenti revolventi, communis status populi semper sub lege in prosperitate fuit, quamdiu legem observabant; et statim declinantes a praeceptis legis divinae, in multas adversitates incidebant. Sed aliquae personae particulares etiam justitiam legis observantes in aliquas adversitates incidebant, vel quia jam erant spirituales effecti, ut per hoc magis ab affectu temporalium abstraherentur, et eorum virtus probata redderetur; aut quia opera legis exterius implentes, cor totum habebant in temporalibus defixum, et a Deo elongatum; secundum quod dicitur Isa. 29 [v. 13] : « Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me. »

HONDERDSTE KWESTIE.

OVER DE ZEDELIJKE VOORSCHRIFTEN VAN DE OUDE WET.

(Twaalf Artikelen.)

Vervolgens moet er gehandeld worden over de afzonderlijke soorten van voorschriften der Oude Wet, ten eerste, over de zedelijke voorschriften; ten tweede, over de ceremonieel-voorschriften; ten derde, over de rechtsregels.

Omtrent het eerste worden twaalf vragen gesteld :

1) Vallen alle zedelijke voorschriften der Oude Wet onder de natuurwet?

2) Strekken alle zedelijke voorschriften der Oude Wet zich over alle deugddaden uit?

3) Worden alle zedelijke voorschriften der Oude Wet herleid tot de Tien Geboden?

4) Over het onderscheid der Tien Geboden.

5) Over hun aantal.

QUÆSTIO C.

DE PRAECEPTIS MORALIBUS VETERIS LEGIS.

Deinde considerandum est de singulis generibus praeceptorum veteris legis, et primo de praeceptis moralibus, secundo de caeremonialibus, tertio de judicialibus.

Circa primum quaeruntur duodecim.

1. Utrum omnia praecepta moralia veteris legis sint de lege naturae.. — 2. Utrum praecepta moralia veteris legis sint de actibus omnium virtutum. — 3. Utrum omnia praecepta moralia veteris legis reducantur ad decem praecepta decalogi. — 4. De distinctione praeceptorum decalogi. — 5. De

6) Over hun orde.
7) Over de wijze waarop ze uitgedrukt zijn.
8) Kan er van ontslagen worden?
9) Valt de manier, waarop de deugd moet beoefend worden, onder het gebod van de Wet?
10) Valt het onder het gebod, dat men uit liefde handelt?
11) Over het onderscheid van de andere zedelijke voorschriften.
12) Konden de zedelijke voorschriften der Oude Wet rechtvaardig maken?

I^e ARTIKEL.

Vallen alle zedelijke voorschriften onder de natuurwet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat niet alle zedelijke voorschriften onder de natuurwet vallen. — 1. In het Boek *Ecclesiasticus* (17, 9) immers wordt gezegd : « *Daarbij gaf Hij hun leering en Hij schonk hun de wet des levens tot erfdeel* ». Welnu de leering is tegengesteld aan de natuurwet, doordat de natuurwet niet wordt aangeleerd, maar door een natuurlijk instinkt wordt inge-

---

numero eorum. — 6. De ordine. — 7. De modo tradendi ipsa. — 8. Utrum sint dispensabilia. — 9. Utrum modus observandi virtutem cadat sub praecepto. — 10. Utrum modus charitatis cadat sub praecepto. — 11. De distinctione aliorum praeceptorum moralium. — 12. Utrum praecepta moralia veteris legis justificent.

ARTICULUS I.

Utrum omnia praecepta moralia pertineant ad legem naturae.

[Supr. q. 49. art. 3. ad 2. et art. 4. corp. et infr. q. 104. art. 1. corp. et Mar. 13. com. 2.].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod non omnia praecepta moralia pertineant ad legem naturae : dicitur enim Eccli. 17 [v. 9] : « Addidit illis disciplinam; et legem vitae haereditavit illos. » Sed disciplina dividitur

geven. Bijgevolg vallen niet alle zedelijke wetten onder de natuurwet.

2. De goddelijke Wet is volmaakter dan de menschelijke. Welnu de menschelijke wet voegt enkele bepalingen, die betrekking hebben op de goede zeden, toe aan die bepalingen, welke onder de natuurwet vallen, wat hieruit blijkt, dat de natuurwet bij allen hetzelfde is, dergelijke bepalingen daarentegen verschillend voor verschillenden. Dus moet de goddelijke Wet des te eerder enkele bepalingen, die betrekking hebben op de goede zeden, aan de natuurwet toevoegen.

3. Evenals de natuurlijke rede tot enkele goede gewoonten leidt, zoo ook het geloof. Vandaar ook zegt de Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (5, 6), dat *het geloof door de liefde werkt*. Welnu het geloof valt niet onder de natuurwet, daar dat, wat tot het geloof behoort, boven de natuurlijke rede uitgaat. Dus vallen niet alle zedelijke voorschriften onder de natuurwet.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in zijn *Brief aan de Romeinen* (2, 14), dat *de volkeren, die de Wet niet hebben, van nature datgene doen, wat behoort tot de Wet*, wat

---

contra legem naturae, eo quod lex naturalis non addiscitur, sed ex naturali instinctu habetur; ergo non omnia praecepta moralia sunt de lege naturae.

2. PRÆTEREA, lex divina perfectior est quam lex humana; sed lex humana superaddit aliqua ad bonos mores pertinentia his, quae sunt de lege naturae, quod patet ex hoc, quod lex naturae est eadem apud omnes, hujusmodi autem morum instituta sunt diversa apud diversos; ergo multo fortius divina lex aliqua ad bonos mores pertinentia debuit addere supra legem naturae.

3. PRÆTEREA, sicut ratio naturalis inducit ad aliquos bonos mores, ita et fides, ut etiam dicitur ad Gal. 5. [v. 6], quod « fides per dilectionem operatur. » Sed fides non continetur sub lege naturae, quia ea quae sunt fidei, sunt supra rationem naturalem; ergo non omnia praecepta moralia legis divinae pertinent ad legem naturae.

SED CONTRA est, quod dicit Apostolus Rom. 2 [v. 14], quod « gentes, quae legem non habent, naturaliter ea quae legis sunt faciunt », quod

verstaan moet worden van die voorschriften, die betrekking hebben op de goede zeden. Dus vallen alle zedelijke voorschriften onder de natuurwet.

LEERSTELLING. — De zedelijke voorschriften zijn onderscheiden van de ceremonieel-voorschriften en van de rechtsregels. Immers de zedelijke voorschriften gaan over die dingen, die op zichzelf betrekking hebben op de goede zeden. Daar nu de menschelijke zeden een verhouding zeggen tot de rede, die het eigen beginsel is van de menschelijke daden, worden die zeden goed genoemd, die met de rede overeenkomen; verkeerd echter, die met de rede in tegenspraak zijn. Evenals nu ieder oordeel van de beschouwende rede uitgaat van de natuurlijke kennis der eerste beginselen, zoo ook gaat ieder oordeel van de praktische rede uit van sommige van nature gekende beginselen, gelijk hierboven gezegd is (XCIV^{e} Kw., 2^{e} en 4^{e} Art.), waarvan men op verschillende manieren kan uitgaan om over verschillende zaken te oordeelen. Immers sommige zaken liggen in de menschelijke daden zóó uitdrukkelijk uitgedrukt, dat ze onmiddellijk met weinig nadenken door middel van die algemeene en eerste beginselen kun-

---

oportet intelligi de his, quae pertinent ad bonos mores; ergo omnia moralia praecepta legis sunt de lege naturae.

RESPONDEO dicendum, quod praecepta moralia a caeremonialibus et judicialibus sunt distincta : moralia enim sunt de illis, quae secundum se ad bonos mores pertinent; cum autem humani mores dicantur in ordine ad rationem, quae est proprium principium humanorum actuum, illi mores dicuntur boni, qui rationi congruunt; mali autem, qui a ratione discordant. Sicut autem omne judicium rationis speculativae procedit a naturali cognitione primorum principiorum, ita etiam omne judicium rationis praticae procedit ex quibusdam principiis naturaliter cognitis, ut supra dictum est [q. 94. art. 2. et 4.], ex quibus diversimode procedi potest ad judicandum de diversis. Quaedam enim sunt in humanis actibus adeo explicita, quod statim cum modica consideratione possunt approbari vel reprobari per illa communia et prima principia; quaedam vero sunt, ad quorum ju-

nen worden aanvaard of verworpen. Andere zaken echter zijn er, die niet kunnen beoordeeld worden dan na lang nadenken over verschillende omstandigheden, voor welke aandachtige studie niet iedereen geschikt is, maar slechts wijze menschen; evenals ook de studie van de bijzondere gevolgtrekkingen der wetenschappen niet onder het bereik valt van eenieder, maar slechts van de wijsgeeren. Weer andere dingen zijn er, die de mensch alleen kan beoordeelen, wanneer hij geholpen wordt door goddelijke leering, zooals dit het geval is bij de geloofswaarheden.

Het blijkt dus dat, aangezien de zedelijke voorschriften over die zaken gaan, die betrekking hebben op de goede zeden, en daar de goede zeden die zijn, welke met de rede overeenkomen — ieder oordeel van de menschelijke rede toch wordt eenigszins van de natuurlijke rede afgeleid — al de zedelijke voorschriften noodzakelijk vallen onder de natuurwet, maar op verschillende wijze. Want er zijn sommige dingen, waarover de natuurlijke rede terstond oordeelt, dat ze gedaan moeten worden of niet gedaan mogen worden, zooals : « *Eer uw vader en moeder* », en « *Gij zult niet dooden; gij zult niet stelen* », en dergelijke gevallen absoluut onder de natuurwet. Andere zijn er, waarvan de wijzen door scherpzinniger

---

dicium requiritur multa consideratio diversarum circumstantiarum, quas considerare diligenter non est cujuslibet, sed sapientium, sicut considerare particulares conclusiones scientiarum non pertinet ad omnes, sed ad solos Philosophos; quaedam vero sunt, ad quae dijudicanda indiget homo adjuvari per instructionem divinam, sicut est circa credenda.

Sic igitur patet, quod cum moralia praecepta sint de his, quae pertinent ad bonos mores, haec autem sunt quae rationi conveniunt, omne autem rationis humanae judicium aliqualiter a naturali ratione derivatur, necesse est, quod omnia praecepta moralia pertineant ad legem naturae, sed diversimode. Quaedam enim sunt, quae statim per se ratio naturalis cujuslibet hominis dijudicat esse facienda, vel non facienda; sicut : Honora patrem tuum, et matrem; et : Non occides, Non furtum facies : et hujusmodi sunt absolute de lege naturae; quaedam vero sunt, quae subtiliori consideratione rationis, a sapientibus judicántur esse observanda : et ista sic sunt de lege naturae, ut tamen indigeant disciplina, qua minores a sapientibus instruantur, sicut illud : Coram cano capite consurge, et honora personam senis,

studie oordeelen, dat ze moeten worden onderhouden. Deze vallen zóó onder de natuurwet, dat ze leering noodig hebben, die de wijzen aan de minderen moeten geven; zooals b. v. : « *Voor een grijsaard moet gij het hoofd buigen, en den ouderdom zult gij eeren* », en dergelijke. Weer andere zijn er, die de menschen niet kunnen beoordeelen zonder Gods leering, waardoor wij onderricht worden in de goddelijke dingen, zooals b. v. : « *Gij zult u geen beeld maken, noch eenige gelijkenis* », of : « *Gij zult den naam van God niet ijdel gebruiken* ».

Hieruit blijkt ook het antwoord op de Bedenkingen.

II° ARTIKEL.

Beslaan de zedelijke voorschriften der Wet alle deugddaden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de zedelijke voorschriften der Wet niet alle deugddaden beslaan. — 1. De onderhouding immers van de voorschriften der Oude Wet wordt gerechtig-

---

et alia hujusmodi; quaedam vero sunt, ad quae judicanda ratio humana indiget instructione divina, per quam erudimur de divinis, sicut est illud : Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem. Non assumes nomen Dei tui in vanum.

Et per hoc patet responsio AD OBJECTA.

ARTICULUS II.

Utrum praecepta moralia legis sint de omnibus actibus virtutum.

[Supr. q. 49. art. 3. ad 2. et art. 4. corp. et infr, q. 104, art. 1. corp. et Matth. 23. com. 2.].

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod praecepta moralia legis non sint de omnibus actibus virtutum : observatio enim praeceptorum veteris

heid genoemd, overeenkomstig *Psalm* 118, 9 : « *Uwe gerechtigheden zal ik onderhouden* ». Welnu de gerechtigheid is de uitvoering der rechtvaardigheid. Dus gaan de zedelijke voorschriften alleen over daden van rechtvaardigheid.

2. Dat wat valt onder een voorschrift, is verschuldigd. Welnu het begrip verschuldigd behoort alleen tot de rechtvaardigheid, waarvan de eigen daad is ieder het zijne te geven. Dus gaan de zedelijke voorschriften niet over de daden van andere deugden dan van de rechtvaardigheid.

3. Iedere wet wordt gemaakt voor het algemeen welzijn, zooals Isidorus zegt in zijn *Etymologieën* (V^e^ B., XXI^e^ H.). Welnu onder de deugden heeft alleen de rechtvaardigheid betrekking op het algemeen welzijn, gelijk de Wijsgeer zegt in het V^e^ Boek van zijn *Ethica* (I^e^ H., Nr 17). Bijgevolg beslaan de zedelijke voorschriften alleen daden van rechtvaardigheid.

Maar daartegenover staat het gezegde van Ambrosius in zijn Boek *Over het Paradijs* (VIII^e^ H.), dat de zonde een overtreding is van de goddelijke Wet, en een ongehoorzaamheid aan de Hemelsche voorschriften. Welnu de zonden zijn tegengesteld aan

---

legis justificatio nominatur, secundum illud Psal 118. [v. 8.] : « Justificationes tuas custodiam. » Sed justificatio est executio justitiae; ergo praecepta moralia non sunt nisi de actibus justitiae.

2. PRÆTEREA, id quod cadit sub praecepto, habet rationem debiti: sed ratio debiti non pertinet ad alias virtutes, nisi ad solam justitiam, cujus proprius actus est reddere unicuique debitum; ergo praecepta legis moralia non sunt de actibus aliarum virtutum, sed solum de actibus justitiae.

3. PRÆTEREA, omnis lex ponitur propter bonum commune, ut dicit Isidorus [lib. 5. Etym. cap. 21.]; sed inter virtutes sola justitia respicit bonum commune, ut Philosophus dicit in 5. Ethic. [cap. 1.]; ergo praecepta moralia sunt solum de actibus justitiae.

SED CONTRA est, quod Ambrosius dicit [in lib. de Parad. cap. 8.], quod peccatum est transgressio legis divinae, et coelestium inobedientia

alle deugddaden. Dus moet de goddelijke Wet omtrent alle deugddaden verordeningen maken.

LEERSTELLING. — Daar, zooals hierboven gezegd is (XC^e^ Kw., 2^r^ Art.), de voorschriften der wet geordend zijn tot het algemeen welzijn, moeten de voorschriften der wet verschillen naar de verschillende soorten gemeenschappen. Vandaar leert de Wijsgeer in zijn *Politiek* (IV^r^ B., I^e^ H., N^r^ 5-6), dat er andere wetten gemaakt moeten worden voor een staat, die bestuurd wordt door een koning, en andere voor een staat, die bestuurd wordt door het volk of door enkele machtigen uit een staat. Welnu de gemeenschap, waarop de menschelijke wet gericht is, en die waarop de goddelijke wet gericht is, behooren niet tot dezelfde soort. De menschelijke wet immers is gericht op de burgerlijke gemeenschap, die bestaat uit menschen onderling. De menschen nu zijn tot elkaar geordend door uiterlijke daden, waardoor de menschen zich op elkander betrekken. Die betrekkingen behooren tot de rechtvaardigheid, die krachtens haar wezen de menschelijke gemeenschap leidt. En in dien zin stelt de menschelijke wet alleen voorschriften voor met betrekking tot de daden van rechtvaardigheid. En zoo ze daden

---

mandatorum; sed peccata contrariantur omnibus actibus virtutum; ergo lex divina habet ordinare de actibus omnium virtutum.

RESPONDEO dicendum, quod, cum praecepta legis ordinentur ad bonum commune, sicut supra habitum est [q. 90. art. 2.], necesse est quod praecepta legis diversificentur secundum diversos modos communitatem; unde Philosophus in sua Politica [lib. 4. cap. 1.] docet, quod alias leges oportet statuere in civitate, quae regitur rege, et alias in ea, quae regitur per populum, vel per aliquos potentes de civitate. Est autem alius modus comunitatis, ad quam ordinatur lex humana, et ad quam ordinatur lex divina : lex enim humana ordinatur ad communitatem civilem, quae est hominum ad invicem; homines autem ordinantur ad invicem per exteriores actus, quibus homines sibi invicem communicant. Hujusmodi autem communicatio pertinet ad rationem justitiae, quae est proprie directiva communitatis humanae, et ideo lex humana non proponit praecepta nisi de

van andere deugden beveelt, dan doet ze dit slechts voor zoover ze behooren tot de rechtvaardigheid, zooals de Wijsgeer zegt in het V^e Boek zijner *Ethica* (I^e H., N^r 12 v. v.).

De gemeenschap echter, waartoe de goddelijke Wet ordent, is van de menschen tot God, ofwel in dit leven, ofwel in het toekomstig leven. Daarom stelt de goddelijke Wet voorschriften vast omtrent alles waardoor de menschen goed gericht worden tot de gemeenschap met God. De mensch nu is met God verbonden door de rede of den geest, waarin het beeld Gods is, en daarom stelt de goddelijke Wet voorschriften vast met betrekking tot alles, waardoor de rede van den mensch goed geordend is. Welnu dit geschiedt door de daden van alle deugden : de verstandsdeugden toch richten de daden van het verstand, op zichzelf beschouwd; de zedelijke deugden echter richten de daden van het verstand met betrekking tot de innerlijke hartstochten en uiterlijke werkingen. Zoo is het duidelijk, dat het passend is, dat de goddelijke Wet voorschriften voorstelt omtrent de daden van alle deugden; echter zóó, dat sommige, zonder welke de orde van de deugd, die de orde van de rede is, niet kan onderhouden worden, vallen onder de verplichting van het gebod, andere daarentegen,

---

actibus justitiae; et si praecipiat actus aliarum virtutum, hoc non est, nisi inquantum assumunt rationem justitiae, ut patet per Philosophum in 5. Ethic. [cap. 1.].

Sed communitas, ad quam ordinat lex divina, est hominum ad Deum, vel in praesenti, vel in futura vita; et ideo lex divina praecepta proponit de omnibus illis, per quae homines bene ordinentur ad communicationem cum Deo. Homo autem Deo conjungitur ratione, sive mente, in qua est Dei imago; et ideo lex divina praecepta proponit de omnibus illis, per quae ratio hominis bene ordinata est. Hoc autem contingit per actus omnium virtutum : nam virtutes intellectuales ordinant bene actus rationis in seipsis, virtutes autem morales ordinant bene actus rationis circa interiores passiones et exteriores operationes; et ideo manifestum est, quod lex divina convenienter proponit praecepta de actibus omnium virtutum, ita tamen quod quaedam, sine quibus ordo virtutis, qui est ordo rationis, observari non potest,

die behooren tot het goed-zijn van de volmaakte deugd, vallen onder de raden.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De vervulling van de voorschriften der Wet, ook welke over daden van andere deugden gaan, mogen *gerechtigheid* genoemd worden, voor zoover het rechtvaardig is, dat de mensch aan God gehoorzaam is, of ook voor zoover het rechtvaardig is, dat al het menschelijke onderworpen is aan de rede.

2. De rechtvaardigheid in eigenlijken zin heeft betrekking op de verplichting van een mensch tot een ander, alle andere deugden echter hebben betrekking op de verplichting van de lagere krachten tot de rede; en krachtens het wezen van die verplichting spreekt de Wijsgeer van een figuurlijke rechtvaardigheid.

Het antwoord op de derde Bedenking blijkt uit wat gezegd is over het onderscheid der gemeenschappen.

---

cadunt sub obligatione praecepti, quaedam vero, quae pertinent ad bene esse virtutis perfectae, cadunt sub admonitione consilii.

AD PRIMUM ergo dicendum quod adimpletio mandatorum legis, etiam quae sunt de actibus aliarum virtutum, habet rationem justificationis, inquantum justum est, ut homo obediat Deo; vel etiam inquantum justum est, quod omnia, quae sunt hominis, rationi subdantur.

AD SECUNDUM dicendum, quod justitia proprie dicta attendit debitum unius hominis ad alium. Sed in omnibus aliis virtutibus attenditur debitum inferiorum virium ad rationem, et secundum rationem hujus debiti Philosophus assignat in 5 Ethic. [cap. ult.] quamdam justitiam metaphoricam.

AD TERTIUM patet responsio per ea, quae dicta sunt de diversitate communitatis.

III^e ARTIKEL.

Kunnen al de zedelijke voorschriften van de Oude Wet teruggebracht worden tot de Tien Geboden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat niet alle zedelijke voorschriften van de Oude Wet tot de Tien Geboden kunnen worden teruggebracht. — 1. De eerste en voornaamste voorschriften van de Wet immers zijn : « *Bemin den Heer uw God* », en : « *Bemin uw naaste* » (*Mattheus*, 22; 37, 39). Welnu die twee geboden zijn niet opgenomen in de Tien Geboden. Dus zijn niet al de zedelijke voorschriften in de Tien Geboden vervat.

2. De zedelijke voorschriften kunnen niet worden teruggebracht tot de ceremonieel-voorschriften, maar veeleer andersom. Welnu onder de Tien Geboden is één ceremonieel-voorschrift, nl. : « *Gedenk, dat gij den sabbat heiligt* ». Bijgevolg worden niet al de zedelijke voorschriften teruggebracht tot de Tien Geboden.

ARTICULUS III.

Utrum omnia praecepta moralia veteris legis reducantur ad decem praecepta decalogi.

[Infr. art. 11 et 2-2. q. 122. art. 6. et 9. ad 2. et 3. Dist. 37. art. 2. q. 1. corp. et 4. per tot. et Mal. q. art. 2. ad 14. Quodl. 7. art. 17. ad 8.]

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod non omnia praecepta moralia veteris legis reducantur ad decem praecepta decalogi : prima enim et principalia legis praecepta sunt : « Diliges Dominum Deum tuum », et : « Diliges proximum tuum », ut habetur Matth. 22 [v. 37, 39] ; sed ista duo non continentur in praeceptis decalogi; ergo non omnia praecepta moralia continentur in praeceptis decalogi.

2. PRÆTEREA, praecepta moralia non reducuntur ad praecepta caeremonialia, sed potius e converso; sed inter praecepta decalogi est unum caeremoniale, scilicet : « Memento ut diem Sabbati sanctifices. » Ergo omnia praecepta moralia non reducuntur ad praecepta decalogi.

3. De zedelijke voorschriften strekken zich uit over alle deugddaden. Welnu de voorschriften, die in de Tien Geboden vervat zijn, strekken zich alleen uit over de daden der rechtvaardigheid. Dus bevatten de Tien Geboden niet al de zedelijke voorschriften.

Maar daartegenover staat de *Glossa* op die woorden van *Matheus*, 5, 11 : « Zalig zijt Gij, wanneer de menschen U vervloeken », nl. dat Mozes nadat hij de Tien Geboden had voorgehouden, ze later heeft verklaard. Bijgevolg zijn al de voorschriften der Wet deelen van de Tien Geboden.

LEERSTELLING. — De voorschriften der Tien Geboden verschillen van de overige geboden der Wet, doordat de voorschriften der Tien Geboden door God zelf aan het volk zijn voorgehouden, terwijl de andere voorschriften door Mozes aan het volk zijn voorgehouden. Die voorschriften dus vallen onder de Tien Geboden, waarvan de mensch rechtstreeks van God de kennis ontvangt. Dergelijke voorschriften zijn die, welke onmiddellijk en met weinig nadenken uit de eerste algemeene beginselen gekend

---

3. PRÆTEREA, praecepta moralia sunt de omnibus actibus virtutum; sed inter praecepta decalogi ponuntur sola praecepta pertinentia ad actus justitiae, ut patet discurrenti per singula; ergo praecepta decalogi non continent omnia praecepta moralia.

SED CONTRA est, quod Matth. 5 [v. 11] super illud : « Beati estis, cum maledixerint », etc. dicit Glossa [ordin.], quod Moyses decem praecepta proponens, postea per partes explicat; ergo omnia praecepta legis sunt quaedam partes praeceptorum decalogi.

RESPONDEO dicendum, quod praecepta decalogi ab aliis praeceptis legis differunt in hoc, quod praecepta decalogi per seipsum Deus dicitur populo proposuisse, alia vero praecepta proposuit populo per Moysen. Illa ergo praecepta ad decalogum pertinent, quorum notitiam homo habet per seipsum a Deo; hujusmodi vero sunt illa, quae statim ex principiis communibus primis

kunnen worden; en eveneens die, welke onmiddellijk uit het geloof door goddelijke instorting zijn gekend. Onder de voorschriften der Tien Geboden worden twee soorten van voorschriften niet gerekend, nl. die welke eerste en algemeene beginselen zijn, waarvoor het niet noodig is, dat ze uitgevaardigd worden, tenzij voor zoover ze in de natuurlijke rede ingedrukt zijn als door zichzelf gekend, zooals b. v. dat de mensch niemand kwaad mag doen, en dergelijke; en ook die welke een zorgvuldig onderzoek van wijze menschen uitwijst als overeenkomstig met de rede, want deze komen van God tot het volk, door leering der wijzen. Beide soorten van deze voorschriften nu liggen opgesloten in de Tien Geboden, maar op verschillende wijze. Want die, welke eerste en algemeene beginselen zijn, liggen in de Tien Geboden opgesloten, gelijk een beginsel in de onmiddellijke gevolgtrekkingen; terwijl die, welke door de wijzen gekend worden, er in liggen opgesloten gelijk de gevolgtrekkingen in de beginselen.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Die twee voorschriften zijn eerste en algemeene geboden van de natuurwet, die uit zichzelf aan de menschelijke rede bekend zijn, hetzij van nature,

---

cognosci possunt modica consideratione, et iterum illa, quae statim ex fide divinitus infusa innotescunt. Inter praecepta ergo decalogi non computantur duo genera praeceptorum : illa scilicet, quae sunt prima et communia, quorum non oportet aliquam editionem esse, nisi quod sunt scripta in ratione naturali, quasi per se nota, sicut quod homo nulli debet malefacere, et alia hujusmodi, et iterum illa, quae per diligentem inquisitionem sapientum inveniuntur rationi convenire : haec enim proveniunt a Deo ad populum, mediante disciplina sapientum. Utraque tamen horum praeceptorum continentur in praeceptis decalogi, sed diversimode : nam illa, quae sunt prima et communia, continentur in eis, sicut principia in conclusionibus proximis; illa vero, quae per sapientes cognoscuntur, continentur in eis e converso, sicut conclusiones in principiis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa duo praecepta sunt prima et communia praecepta legis naturae, quae sunt per se nota rationi humanae, vel

hetzij door het geloof. Zoo dus worden al de voorschriften der Tien Geboden tot die twee teruggebracht, gelijk de gevolgtrekkingen tot de algemeene beginselen.

2. Het voorschrift over de Sabbatviering is onder een bepaald opzicht zedelijk, voor zoover nl. door dit voorschrift bevolen wordt, dat de mensch eenigen tijd zich met goddelijke dingen bezig houdt, krachtens het woord van den Psalmist (*Psalm* 45, 11) : « *Laat af, en ziet in, dat ik God ben* ». Daarom wordt het onder de Tien Geboden gerekend, echter niet voor zoover het een tijdsbepaling is, daar het in dit opzicht valt onder de ceremonieel-voorschriften.

3 Het begrip van verschuldigd zijn komt in de andere deugden minder naar voren dan in de rechtvaardigheid. Daarom zijn de voorschriften betreffende de daden van de andere deugden niet zoo goed aan het volk bekend als de voorschriften betreffende de daden van rechtvaardigheid. Daarom ook vallen de daden van rechtvaardigheid bijzonder onder de voorschriften der Tien Geboden, die de eerste elementen der Wet bevatten.

---

per naturam, vel per fidem; et ideo omnia praecepta decalogi ad illa duo referuntur, sicut conclusiones ad principia communia.

AD SECUNDUM dicendum, quod praeceptum de observatione Sabbati est secundum aliquid morale, inquantum scilicet per hoc praecipitur, quod homo aliquo tempore vacet rebus divinis, secundum illud Psal. 45 [v. 11] : « Vacate, et videte, quoniam ego sum Deus. » Et secundum hoc inter praecepta decalogi computatur; non autem quantum ad taxationem temporis, quia secundum hoc est caeremoniale.

AD TERTIUM dicendum, quod ratio debiti in aliis virtutibus est magis latens, quam in justitia; et ideo praecepta de actibus aliarum virtutum non sunt ita nota populo, sicut praecepta de actibus justitiae. Et propter hoc actus justitiae specialiter cadunt sub praeceptis decalogi, quae sunt prima legis elementa.

IV^e^ ARTIKEL.

Worden de voorschriften der Tien Geboden redelijk onderscheiden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de voorschriften der Tien Geboden niet redelijk worden onderscheiden. — 1. De vereering immers is een andere deugd dan het geloof. Welnu voorschriften worden gegeven met betrekking tot deugddaden, terwijl het gebod : « *Gij zult geen vreemde goden voor mijne oogen hebben* » valt onder het geloof, en het volgende gebod : « *Gij zult U. geen gesneden beeld maken* » valt onder de vereering. Dus zijn het twee geboden, en niet één, gelijk Augustinus zegt (in zijn werk over het Boek *Exodus*, LXXI^e^ H.).

2. De gebiedende geboden worden in de Wet onderscheiden van de verbiedende, zooals : « *Eer vader en moeder* », en : « *Gij zult niet doodslaan* ». Welnu het gebod : « *Ik ben de Heer uw God* » is een gebiedend gebod, terwijl hetgeen volgt : « *Gij zult geen vreemde goden voor mij hebben* », een verbiedend gebod is.

ARTICULUS IV.

Utrum praecepta decalogi convenienter distinguantur.

[Infr. art. 5. et 3. Dist. 17. in exp. litt. princ.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod inconvenienter praecepta decalogi distinguantur : latria enim est alia virtus a fide; sed praecepta dantur de actibus virtutum, et hoc quod dicitur in principio decalogi : « Non habebis Deos alienos coram me » pertinet ad fidem; quod autem subditur: « Non facies sculptile » etc. pertinet ad latriam; ergo sunt duo praecepta, et non unum, sicut Augustinus dicit [q. 71. in Exod.].

2. PRÆTEREA, praecepta affirmativa in lege distinguuntur a negativis; sicut : Honora patrem, et matrem; et : Non occides: sed hoc quod dicitur : Ego sum Dominus Deus tuus, est affirmativum: quod autem subditur : Non

Dus zijn dit twee geboden, en niet één, gelijk Augustinus zegt (t. a. pl.).

3. De Apostel zegt in zijn *Brief aan de Romeinen* (7, 7): « *Ik zou de begeerte niet kennen, wanneer de Wet niet gezegd had : Gij zult niet begeeren* ». Het is dus duidelijk, dat dit voorschrift : « *Gij zult niet begeeren* » een enkel voorschrift is, en bijgevolg moet het niet onderscheiden worden in twee voorschriften.

Maar daartegenover staat het gezag van Augustinus in zijn Glossa op *Exodus* (t. a. pl.), waar hij drie voorschriften aangeeft, die betrekking hebben op God, en zeven op den naaste.

LEERSTELLING. — De Tien Geboden worden door verschillende verschillend onderscheiden. Hesychius immers zegt naar aanleiding van de volgende woorden uit het Boek *Leviticus* (26, 26): « Tien vrouwen bakken brood in één oven », dat het voorschrift van de sabbatviering niet valt onder de Tien Geboden, omdat het niet in alle tijden letterlijk moet genomen worden. Hij nu onderscheidt vier geboden die betrekking hebben op God, waarvan het

---

habebis Deos alienos coram me, est negativum; ergo sunt duo praecepta, et non continentur sub uno, ut Augustinus ponit [loc. cit.].

3. PRÆTEREA, Apostolus Rom. 7 [v. 7] dicit : « Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret : Non concupisces. » Et sic videtur, quod hoc praeceptum : « Non concupisces », sit unum praeceptum; non ergo debuit distingui in duo.

SED CONTRA est auctoritas Augustini in Glossa super Exod. [loc. cit.], ubi ponit tria praecepta pertinentia ad Deum, et septem proximum.

RESPONDEO dicendum, quod praecepta decalogi diversimode a diversis distinguuntur : Hesychius enim Levit. 26 [v. 26] super illud : « Decem mulieres in uno clibano coquunt panes » dicit, praeceptum de observatione Sabbati non esse de decem praeceptis, quia est observandum secundum literam secundum omne tempus. Distinguit tamen quatuor praecepta perti-

eerste is : « *Ik ben de Heer uw God* », het tweede : « *Gij zult geen vreemde goden voor mij hebben* ». Zóó onderscheidt ook Hieronymus deze twee naar aanleiding van *Osee* (10,10) : « *Om uwe twee ongerechtigheden* ». Het derde is het volgende: « *Gij zult U geen gesneden beeld maken* »; en het vierde: « *Gij zult den naam van uwen God niet ijdel gebruiken* ». Zes echter zijn er volgens hem, die betrekking hebben op den naaste, waarvan het eerste is : « *Eer vader en moeder* », het tweede: « *Gij zult niet dooden* »; het derde: « *Gij zult geen overspel bedrijven* »; het vierde: « *Gij zult niet stelen* »; het vijfde: « *Gij zult geen valsche getuigenis geven* »; het zesde : « *Gij zult niet begeeren* ».

Maar ten eerste schijnt dit onredelijk, dat het gebod van de Sabbatviering in de Tien Geboden zou zijn tusschengeschoven, indien het in het geheel niet tot de Tien Geboden behoort. En ten tweede, dat het gebod: « *Ik ben de Heer uw God* », en het gebod: « *Gij zult geen vreemde Goden hebben* », denzelfden zin schijnen te hebben en onder hetzelfde gebod schijnen te vallen, aangezien *Mattheus* (6,24) zegt: « *Niemand kan twee Heeren dienen* ». Vandaar vat Origenes, die ook vier geboden met betrekking tot God aanneemt (VIII^e *Homelie* op het Boek

---

nentia ad Deum, ut primum sit : « Ego sum Dominus Deus tuus », secundum sit : « Non habebis Deos alienos coram me »; et sic etiam distinguit haec duo Hieronymus Oseae 10 super illud [v. 10] : « Propter duas iniquitates tuas »; tertium vero praeceptum esse dicit : « Non facies tibi sculptile »; quartum vero : « Non assumes nomen Dei tui in vanum. » Pertinentia vero ad proximum dicit esse sex, ut primum sit : « Honora patrem et matrem tuam »; secundum : « Non occides »; tertium : « Non moechaberis »; quartum : « Non furtum facies »; quintum : « Non falsum testimonium dices »; sextum : « Non concupisces. »

Sed primo hoc videtur inconveniens, quod praeceptum de observatione Sabbati praeceptis decalogi interponatur. si nullo modo ad decalogum pertineat; secundo, quia cum scriptum sit Matth. 6 [v. 24] : « Nemo potest duobus dominis servire », ejusdem rationis esse videtur et sub eodem praecepto cadere : « Ego sum Dominus Deus tuus » et : « Non habebis Deos alienos. » Unde Origenes [hom. 8. in Exod.] distinguens etiam quatuor

Exodus die twee als één gebod op; het tweede gebod is volgens hem: « *Gij zult geen gesneden beeld maken* »; het derde: « *Gij zult den naam van God niet ijdel gebruiken* »; en het vierde: « *Gedenkt dat gij den Sabbat heiligt* ». De overige zes neemt hij gelijk Hesychius. Maar daar het maken van een gesneden beeld of gelijkenis alleen verboden is, opdat zij niet als goden zouden vereerd worden (want God beval, dat men in het tabernakel een beeld moest maken van Seraphijnen, zooals in *Exodus* 25, 8 vv. gezegd wordt), is de opvatting van Augustinus, die het gebod : « *Gij zult geen vreemde goden hebben* », en het gebod: « *Gij zult geen gesneden beeld maken* » onder één gebod neemt, redelijker. Op gelijke wijze valt de begeerte naar de vereeniging met eens anders vrouw onder de begeerte van het vleesch; de begeerte echter van andere zaken, die men wil bezitten, valt onder de begeerte der oogen. Vandaar ook vat Augustinus de twee geboden, waarbij verboden wordt eens anders goed, of eens anders vrouw te begeeren als twee verschillende geboden op. Aldus neemt hij drie geboden aan, die betrekking hebben op God, en zeven betrekkelijk den naaste, en dit is de beste verdeeling.

---

Utrum praecepta decalogi sint dispensabilia.

[Supr. q. 99. art. 5. corp. et 2-2. q. 104. art. 4. ad 2. et 1. Dist. 47. art. 4. corp. et 3. Dist. 37. art. 4 et 4. Dist. 17. q. 3. art. 1 et Mal. q. 3. art. 1. ad 7. et q. 15. art. 1. ad 8.].

AD OCTAVUM sic proceditur. Videtur, quod praecepta decalogi sint dispensabilia : praecepta enim decalogi sunt de jure naturali; sed jus naturale in aliquibus deficit et mutabile est, sicut et natura humana, ut Philosophus dicit in 5. Ethic. [cap. 7.]; defectus autem legis in aliquibus particularibus casibus est ratio dispensandi, ut supra dictum est [q. 96. art. 6. et q. 97. art. 4.]; ergo in praeceptis decalogi potest fieri dispensatio.

2. Gelijk de mensch zich verhoudt tot de menschelijke wet, zoo verhoudt God zich tot de goddelijke Wet. Welnu de mensch kan ontslaan van de voorschriften der wet, die hij gemaakt heeft. Daar dus de voorschriften der Tien Geboden door God zijn ingesteld, blijkt het, dat God er van kan ontslaan. Welnu de prelaten bekleeden Gods plaats op aarde, want de Apostel zegt in zijn II^en^ *Brief aan de Corinthiërs* (2, 10) : « *Want indien ik iets gegeven heb, heb ik dit om u gedaan in den persoon van Christus* ». Dus kunnen ook de prelaten van de voorschriften der Tien Geboden ontslaan.

3. Het verbod van doodslag valt onder de Tien Geboden. Welnu van dit verbod schijnen de menschen te kunnen ontslaan, b. v. wanneer menschen volgens een gebod der menschelijke wet op geoorloofde wijze worden gedood, zooals misdadigers of vijanden. Dus kan men van de voorschriften der Tien Geboden ontslagen worden.

4. De onderhouding van den Sabbat valt onder de voorschriften der Tien Geboden. Welnu van dit gebod werd ontslagen, want er wordt gezegd in het I^e^ *Boek der Machabeërs* (2, 41) : « *En ze namen op dien dag een besluit zeggende : Iedereen, wie*

---

2. PRÆTEREA, sicut se habet homo ad legem humanam, ita se habet Deus ad legem datam divinitus; sed homo potest dispensare in praeceptis legis, quae homo statuit; ergo cum praecepta decalogi sint instituta a Deo, videtur quod Deus in eis possit dispensare. Sed Praelati vice Dei funguntur in terris, dicit enim Apostolus 2. ad Cor. 2. [v. 10] : « Nam et ego si quid donavi propter vos donavi in persona Christi. » Ergo etiam Praelati possunt in praeceptis decalogi dispensare.

3. PRÆTEREA, inter praecepta decalogi continetur prohibitio homicidii; sed in isto praecepto videtur dispensari per homines, puta cum secundum praeceptum legis humanae homines licite occiduntur, puta malefactores vel hostes; ergo praecepta decalogi sunt dispensabilia.

4. PRÆTEREA, observatio Sabbati continetur inter praecepta decalogi; sed in hoc praecepto fuit dispensatum : dicitur enim 1. Machab. 2. [v. 41] : « Et cogitaverunt in die illa dicentes : Omnis homo, quicumque venerit ad nos in bello die Sabbatorum, pugnemus adversus eum. » Ergo praecepta decalogi sunt dispensabilia.

het ook zij, die ten strijde tegen ons oprukt op den Sabbatdag, tegen dien zullen wij strijden ». Dus kan er van de voorschriften der Tien Geboden ontslagen worden.

Maar daartegenover staat, dat in *Isaias* (24, 5) sommigen hierover berispt worden, dat zij *het recht veranderd hebben en het eeuwig verbond vernietigd*, wat vooral verstaan moet worden van de voorschriften der Tien Geboden. Bijgevolg kunnen de voorschriften der Tien Geboden niet door ontslag er van veranderd worden.

LEERSTELLING. — Gelijk hierboven gezegd is (zie 1e Bed.), wordt er dan alleen van de voorschriften ontslagen, wanneer een bijzonder geval zich voordoet, waarin men door de letter van de wet te onderhouden tegen de bedoeling van den wetgever zou handelen. De bedoeling nu van ieder wetgever is eerst en vooral gericht op het algemeen welzijn; op de tweede plaats echter op de orde der gerechtigheid en der deugd, waardoor het algemeen welzijn in stand gehouden wordt, en men er toe geraakt. Indien er dus geboden gegeven worden, die de instandhouding zelf van

---

SED CONTRA est, quod Isa. 24. [v. 5] quidam reprehenduntur de hoc quod « mutaverunt jus, dissipaverunt foedus sempiternum », quod maxime videtur intelligendum de praeceptis decalogi; ergo praecepta decalogi mutari per dispensationem non possunt.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [l. in arg. 1 cit.], tunc in praeceptis debet fieri dispensatio, quando occurrit aliquis particularis casus, in quo si verbum legis observaretur, contrariaretur intentioni legislatoris. Intentio autem legislatoris cujuslibet ordinatur primo quidem et principaliter ad bonum commune; secundo autem ad ordinem justitiae et virtutis, secundum quem bonum commune conservatur et ad ipsum pervenitur. Si qua ergo praecepta dentur, quae contineant ipsam conservationem boni communis, vel ipsum ordinem justitiae et virtutis, hujusmodi praecepta continent intentionem legislatoris; ideo indispensabilia sunt : puta si ponere-tur hoc praeceptum in aliqua communitate, quod nullus destrueret rempubli-

het algemeen welzijn bevatten, ofwel de orde van de gerechtigheid en de deugd, dan sluiten deze de bedoeling van den wetgever in zich, en van die geboden kan men niet ontslagen worden. Wanneer b. v. dit gebod in een maatschappij zou gegeven worden, dat niemand den staat mag omverwerpen, noch den staat mag overleveren aan de vijanden, of niemand een ander onrecht of kwaad mag aandoen, dan zou daarvan niet ontslagen kunnen worden. Maar indien er andere geboden zouden gesteld worden, die op die voorschriften gericht zijn, en waardoor een bepaalde wijze nader zou worden omschreven, dan zou van die geboden ontslagen kunnen worden, in zoover het niet onderhouden van die geboden in bepaalde gevallen geen afbreuk doet aan de eerste geboden, die de bedoeling van den wetgever insluiten, b. v. wanneer voor het behoud van den staat in een gemeenschap bepaald werd, dat de burgers uit de verschillende stadswijken zouden waken om de stad bij een gebeurlijke belegering te beschutten, dan zou men sommige burgers daarvan mogen ontslaan, tot grooter heil van den staat.

Welnu de voorschriften der Tien Geboden bevatten de bedoeling van den wetgever, nl. van God. Want de geboden van

---

cam, neque proderet civitatem hostibus, sive quod nullus faceret aliquid injuste vel male, hujusmodi praecepta essent indispensabilia; sed si aliqua alia praecepta traderentur ordinata ad ista praecepta, quibus determinantur aliqui speciales modi, in talibus praeceptis dispensatio posset fieri, inquantum per omissionem hujusmodi praeceptorum in aliquibus casibus non fieret praejudicium primis praeceptis, quae continent intentionem legislatoris : puta si ad conservationem reipublicae statueretur in aliqua civitate, quod de singulis vicis aliqui vigilarent ad custodiam civitatis obsessae, posset cum aliquibus dispensari propter aliquam majorem utilitatem.

Praecepta autem decalogi continent ipsam intentionem legislatoris, scilicet Dei, nam praecepta primae tabulae, quae ordinant ad Deum, continent ipsum ordinem ad bonum commune et finale quod Deus est; praecepta autem secundae tabulae continent ordinem justitiae inter homines observandae, ut scilicet nulli fiat indebitum, et cuilibet reddatur debitum. Secundum hanc enim rationem sunt intelligenda praecepta decalogi, et ideo praecepta decalogi sunt omnino indispensabilia.

den eersten steen, die op God richten, sluiten de orde tot het algemeen en hoogste goed — God — in zich. De voorschriften echter van den tweeden steen sluiten de orde in van de gerechtigheid, die onder de menschen moet onderhouden worden, b. v. dat niemand onrecht mag geschieden en men aan ieder, het hem verschuldigde moet geven. Aldus moeten de voorschriften der Tien Geboden worden beschouwd. En daarom kan er nooit van die geboden ontslagen worden.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De Wijsgeer spreekt niet van dat natuurrecht, dat de gerechtigheidsorde zelf bevat, want dat de gerechtigheid moet onderhouden worden, kan nooit falen. Maar hij spreekt van bepaalde manieren, waarop de gerechtigheid moet onderhouden worden, en die kunnen soms falen.

2. « *God blijft* », gelijk de Apostel zegt in zijn *II*[en] *Brief aan Timotheus* (2,13), « *getrouw, en kan zichzelf niet verloochenen* ». Hij zou zichzelf echter verloochenen, indien Hij zijn gerechtigheidsorde zou opheffen, daar Hij zelf zijn gerechtigheid is. En daarom kan God hierin niet ontslaan, zoodat de mensch in een

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Philosophus non loquitur de justo naturali, quod continet ipsum ordinem justitiae; hoc enim numquam deficit, scilicet justitiam esse servandam; sed loquitur quantum ad determinatos modos observationis justitiae, qui in aliquibus fallunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod, sicut Apostolus dicit 2. ad Timoth. 2 [v. 13], « Deus fidelis permanet, negare seipsum non potest »; negaret autem seipsum, si ordinem suae justitiae auferret, cum ipse sit sua justitia; et ideo in hoc Deus dispensare non potest, ut homini liceat non ordinate se habere ad Deum, vel non subdi ordini justitiae ejus, etiam in his, secundum quae homines ad invicem ordinantur.

AD TERTIUM dicendum, quod occisio hominis prohibetur in decalogo, secundum quod habet rationem indebiti : sic enim praeceptum continet ipsam rationem justitiae. Lex autem humana hoc concedere non potest, quod licite homo indebite occidatur, sed malefactores occidi vel hostes reipublicae, hoc non est indebitum. Unde hoc non contrariatur praecepto decalogi, nec talis

ongeregelde verhouding tot God zou mogen staan, of niet onderworpen zijn aan zijn rechtvaardigheidsorde, zelfs in die dingen, volgens welke de menschen onderling geordend zijn.

3. Het dooden van een mensch wordt door de Tien Geboden verboden, voor zoover het een onrecht is. In dien zin immers valt het begrip der rechtvaardigheid onder het voorschrift. De menschelijke wet nu kan niet toestaan, dat het geoorloofd is een mensch zonder reden te dooden, maar dat misdadigers gedood worden of staatsvijanden, dat is niet ongeoorloofd, en daarom is het niet strijdig met het voorschrift der Tien Geboden. Dergelijke doodslag is ook geen manslag, wat door het voorschrift der Tien Geboden verboden wordt, zooals Augustinus zegt in zijn werk *Over den Vrijen Wil* (I^e^ B., IV^e^ H.). En op gelijke wijze, indien van iemand wordt ontnomen, wat wel het zijne was, maar hem met reden ontnomen wordt, dan is dit geen diefstal of roof, wat door de voorschriften der Tien Geboden verboden wordt. Dit geldt b. v. voor het feit, toen de Joden op bevel van God de buit van de Egyptenaren namen, daar hun dit volgens Gods uitspraak toekwam. Dat was dan ook geen diefstal. Zoo ook stemde Abraham niet in doodslag toe, wanneer hij toestemde zijn zoon te dooden, daar hij hem moest dooden op bevel van God, die meester is

---

occisio est homicidium, quod praecepto decalogi prohibetur, ut Augustinus dicit in 1. de Lib. Arb. [cap. 4.]; et similiter si alicui auferatur quod suum erat, si debitum est quod ipsum amittat, hoc non est furtum vel rapina, quae praecepto decalogi prohibentur. Et ideo quando filii Israël praecepto Dei tulerunt Aegyptiorum spolia, non fuit furtum, quia hoc eis debebatur ex sententia Dei. Similiter et Abraham cum consensit occidere filium, non consensit in homicidium, quia debitum erat eum occidi per mandatum Dei, qui est dominus vitae et mortis : ipse enim est, qui poenam mortis infligit omnibus hominibus justis et injustis pro peccato primi parentis. Cujus sententiae si homo sit executor auctoritate divina, non erit homicida, sicut nec Deus. Et similiter etiam Osea accedens ad uxorem fornicariam vel mulierem adulteram, non est moechatus nec fornicatus, quia accessit ad eam, quae sua erat secundum mandatum divinum, qui est auctor institutionis matrimonii.

over leven en dood. Hij immers is het, die de doodstraf aan alle menschen, rechtvaardige zoowel als onrechtvaardige, heeft opgelegd om de zonde van het eerste ouderpaar. En wanneer iemand dit vonnis uitvoert op Gods gezag, dan is hij geen moordenaar, zooals ook God geen moordenaar is. Altijd om dezelfde reden was ook Osee, die tot een overspelige vrouw ging, geen overspeler of echtbreker, daar hij tot een vrouw ging, die de zijne was volgens het bevel van God, die de insteller is van het huwelijk.

Zoo zijn dus de voorschriften der Tien Geboden onveranderlijk, met betrekking tot het wezen der rechtvaardigheid, dat ze in zich besluiten; maar met betrekking tot een nadere bepaling voor de toepassing op bijzondere gevallen (of nl. dit of dat doodslag is, diefstal, of overspel, of niet), zijn ze veranderlijk, soms alleen op Gods gezag, nl. in die dingen waarvan alleen God de insteller is, zooals het huwelijk en dergelijke, soms ook op menschelijk gezag zooals in die dingen, die aan menschelijke uitspraak zijn overgelaten. Met betrekking tot die dingen immers bekleeden de menschen Gods plaats, echter niet met betrekking tot alles.

4. Die overweging was meer een verklaren dan een ontslaan van de Wet. Want gelijk de Heer zegt (*Mattheus*, 12, 3 vv.), overtreedt hij niet den sabbat, die iets doet, wat noodzakelijk is voor het heil der menschen.

Sic igitur praecepta ipsa decalogi quantum ad rationem justitiae, quam continent, immutabilia sunt; sed quantum ad aliquam determinationem per applicationem ad singulares actus, ut scilicet hoc vel illud sit homicidium, furtum, vel adulterium, aut non, hoc quidem est mutabile; quandoque sola auctoritate divina, in his scilicet, quae a solo Deo sunt instituta, sicut in matrimonio, et in aliis hujusmodi; quandoque etiam actoritate humana, sicut in his, quae sunt commissa hominum jurisdictioni : quantum enim ad hoc homines gerunt vicem Dei, non autem quantum ad omnia.

Ad quartum dicendum, quod illa excogitatio magis fuit interpretatio praecepti, quam dispensatio : non enim intelligitur violare Sabbatum, qui facit opus, quod est necessarium ad salutem humanam, sicut Dominus probat Matth. 12 [v. 3 sqq.].

IX^e ARTIKEL.

Valt de manier waarop de deugd moet beoefend worden onder het gebod van de wet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de manier waarop de deugd moet beoefend worden, valt onder het gebod van de wet. — 1. De manier waarop de deugd moet beoefend worden immers is, dat iemand rechtvaardig werken van rechtvaardigheid doet, en sterk de werken van sterkte, en zoo ook voor de andere deugden. Welnu, in *Deuteronomium* (16, 20) wordt bevolen : « *Rechtvaardig zult gij, wat rechtvaardig is, nastreven* ». Dus valt de manier waarop de deugd moet beoefend worden onder het gebod van de wet.

2. Datgene valt het meest onder het voorschrift, wat onder de bedoeling van den wetgever valt. Welnu, gelijk in het II^e Boek der *Ethica* (I^e H., N^r 5) gezegd wordt, slaat de bedoeling van den wetgever voornamelijk hierop, dat hij de menschen deugdzaam wil maken. Het is echter eigen aan de deugdzamen deugd-

---

ARTICULUS IX.

Utrum modus virtutis cadat sub praecepto legis.

[Sup.. q. 96. art. 3. ad 2. et 2-2. q. 44. art. 4. ad 1. et art. 8. corp. et 2. Dist. 28. art. 3. corp. et 4. Dist. 15. q. 3. art. 4. et Mal. q. 2. art. 4. ad 7.].

AD NONUM sic procedítur. Videtur, quod modus virtutis cadat sub praecepto legis : est enim modus virtutis, ut aliquis juste operetur justa, et fortiter fortia, et similiter de aliis virtutibus; sed Deuteronomii 16 [v. 20] : « Juste quod justum est exequeris. » Ergo modus virtutis cadit sub praecepto.

2. PRÆTEREA, illud maxime cadit sub praecepto, quod est de intentione legislatoris; sed intentio legislatoris ad hoc fertur principaliter, ut homines

zaam te handelen. Bijgevolg valt de manier waarop de deugd moet beoefend worden onder het gebod.

3. De manier waarop de deugd moet beoefend worden schijnt eigenlijk te zijn, dat iemand uit vrijen wil en met voldoening handelt. Welnu dit valt onder het gebod van de wet Gods. *Psalm* 99, 2 wordt immers gezegd : «*Dient den Heer in blijdschap* », en in den *II*^en^ *Brief aan de Corinthiërs* (9, 7) : « *Niet hem die met droefheid of uit dwang geeft, bemint God, maar die geeft met blij gemoed,* » waarop de Glossa (getrokken uit de Verhandelingen van Augustinus over Ps. 91) aanmerkt: « *Welk goed gij ook doet, doe het met blijdschap, en dan doet gij het goed; indien gij het echter met droefheid doet, dan wordt het voor u gedaan, en doet gij het niet* ». Dus valt de manier waarop de deugd moet beoefend worden onder gebod van de wet.

Maar daartegenover staat, dat niemand op die wijze kan werken, waarop de deugdzame werkt, tenzij hij de hebbelijkheid der deugd heeft, gelijk blijkt uit de leer van den Wijsgeer in het II^e^ Boek der *Ethica* (IV^e^ H.) ; alwie echter een gebod van de wet overtreedt, verdient straf. Daaruit zou dus volgen, dat al wat die-

---

faciat virtuosos, sicut dicitur in 2. Ethic. [cap. 1] ; virtuosi autem est virtuose agere : ergo modus virtutis cadit sub praecepto.

3. PRÆTEREA, modus virtutis proprie esse videtur, ut aliquis voluntarie et delectabiliter operetur ; sed hoc cadit sub praecepto legis divinae : dicitur enim in Ps. 99 [v. 2] : « Servite Domino in laetitia. » Et. 2. ad Cor. 9 [v. 7] : « Non ex tristitia aut ex necessitate ; hilarem enim datorem diligit Deus », ubi Glossa [ordinar. Augustini in Psal. 91.] dicit : « Quidquid boni facis, cum hilaritate fac, et tunc bene facis ; si autem cum tristitia facis, fit de te, non tu facis. » Ergo modus virtutis cadit sub praecepto legis.

SED CONTRA, nullus potest operari eo modo, quo operatur virtuosus, nisi habeat habitum virtutis, ut patet per Philosophum in 2. Ethicor. [cap. 4.] ; quicumque autem transgreditur praeceptum legis meretur poenam. Sequeretur ergo, quod ille qui non habet habitum virtutis, quidquid faceret, mereretur poenam : hoc autem est contra intentionem legis, quae intendit hominem,

gene doet, die de hebbelijkheid der deugd niet heeft, straf zou verdienen, wat tegen de bedoeling van de wet is, die den mensch door hem aan goede werken te gewennen, wil leiden tot de deugd. Dus valt de manier waarop de deugd moet beoefend worden niet onder het gebod.

LEERSTELLING. — Gelijk vroeger gezegd is (XC^e Kw., 3^e Art., 2^e Antw.), heeft de wet dwingende kracht. Datgene valt dus direct onder het gebod van de wet, waartoe de wet dwingt. Gelijk nu gezegd wordt in het X^e Boek der *Ethica* (IX^e H.), wordt de dwingende kracht van de wet uitgeoefend door strafbedreiging. Want datgene valt eigenlijk alleen onder het gebod van de wet, waarvoor een wettelijke straf wordt opgelegd. Tot het bepalen nu van een straf verhoudt de goddelijke wet zich anders dan de menschelijke. Want een wettelijke straf wordt niet opgelegd, tenzij voor datgene, waarover de wetgever kan oordeelen, omdat de wet, overeenkomstig de uitspraak, straft. De mensch nu, die de menschelijke wetten stelt, kan slechts over de uiterlijke daden oordeelen, *omdat de menschen die dingen zien, die openlijk zijn*, gelijk gezegd wordt in het I^e Boek *Koningen* (16, 7).

---

assuefaciendo ad bona opera, inducere ad virtutem; non ergo modus virtutis cadit sub praecepto.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. 90. art. 3. ad 2.], praeceptum legis habet vim coactivam; illud ergo directe cadit sub praecepto legis, ad quod lex cogit. Coactio autem legis est per metum poenae, ut dicitur in 10. Eth. [cap. 9.]: nam illud proprie cadit sub praecepto legis, pro quo poena legis infligitur. Ad instituendam autem poenam aliter se habet lex divina, et aliter lex humana: non enim poena legis infligitur, nisi pro illis, de quibus legislator habet judicare, quia ex judicio lex punit; homo autem, qui est legis lator humanae, non habet judicare nisi de exterioribus actibus, quia homines vident ea, quae parent, ut dicitur 1. Regum 16 [v. 7]; sed solius Dei, qui est lator legis divinae, est judicare de interioribus motibus voluntatum, secundum illud Ps. 7 [v. 10]: « Scrutans corda et renes Deus. »

Alleen God, die de goddelijke wet stelt, kan oordeelen over de innerlijke bewegingen van den wil, volgens Psalm 7, 10 : « *God onderzoekt hart en nieren* ».

Volgens bovenstaande moet men dus zeggen, dat de manier waarop de deugd moet beoefend worden gedeeltelijk, én door de menschelijke wet, én door de goddelijke wet in aanmerking genomen wordt; gedeeltelijk echter door de goddelijke wet, en niet door de menschelijke wet; en gedeeltelijk noch door de goddelijke, noch door de menschelijke wet. Volgens den Wijsgeer toch (II[e] Boek der *Ethica*, IV[e] H.) bestaat de manier waarop de deugd moet beoefend worden in drie dingen, waarvan het eerste is, dat de mensch wetend handelt, en dit woordt én door de goddelijke wet, én door de menschelijke wet beoordeeld; want wat iemand onwetend doet, is iets geheel bijkomstig. Vandaar houdt men rekening met de onwetendheid om ofwel straf op te leggen, ofwel vrij te spreken, zoowel volgens de menschelijke wet als volgens de goddelijke wet. Het tweede echter is, dat iemand willens handelt, uit eigen keus, en om dat bepaald doel. Daarin wordt een dubbele innerlijke daad gevonden, nl. het willen en de bedoeling, waarover hierboven gespro-

---

Secundum hoc igitur dicendum est, quod modus virtutis quantum ad aliquid respicitur a lege humana et divina; quantum ad aliquid autem a lege divina, sed non a lege humana; quantum ad aliquid vero nec a lege humana, nec a lege divina. Modus autem virtutis in tribus consistit, secundum Philosophum in 2. Ethic. [cap. 4.], quorum primum est, si aliquis operetur sciens : hoc autem dijudicatur, et a lege divina, et a lege humana; quod enim aliquis facit ignorans, per accidens facit; unde secundum ignorantiam aliqua dijudicantur ad poenam, vel ad veniam, tam secundum legem humanam, quam secundum legem divinam. Secundum autem est, ut aliquis operetur volens, vel eligens, et propter hoc eligens : in quo importatur duplex motus interior, scilicet voluntatis, et intentionis, de quibus supra dictum est [q. 8. et 12.] ; et ista duo non dijudicat lex humana, sed solum divina : lex enim humana non punit eum, qui vult occidere, et non occidit; punit autem eum lex divina, secundum illud Matth. 5 [v. 22] : « Qui irascitur frati suo, reus erit judicio. » Tertium autem, ut firmiter et immobiliter habeat

ken is (VIII[e] en XII[e] Kw.). Deze beide beoordeelt de menschelijke wet niet, maar alleen de goddelijke wet. De menschelijke wet immers straft hem niet, die wil dooden en niet doodt; hem echter straft de goddelijke Wet, volgens het woord van *Mattheus* (5, 22) : « *Wie vertoornd is op zijn broeder, zal schuldig zijn voor het gericht* ». Het derde nu is, dat iemand vast en onveranderlijk is en werkt, en die standvastigheid is aan de hebbelijkheid eigen, en wordt bereikt wanneer iemand krachtens een ingewortelde hebbelijkheid werkt. Met betrekking hiertoe valt de manier waarop de deugd moet beoefend worden niet onder het voorschrift, noch van de goddelijke, noch van de menschelijke wet. Immers noch door menschen noch door God wordt hij als een overtreder van een voorschrift gestraft, die aan zijn ouders de verschuldigde eer geeft, al heeft hij ook niet de hebbelijkheid van ouderliefde.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De manier waarop een rechtvaardigheidsdaad moet gesteld worden, die onder het gebod valt, is, dat het volgens de rechtsorde geschiedt, echter niet, dat het krachtens de hebbelijkheid van rechtvaardigheid geschiedt.

---

et operetur : et ista firmitas proprie pertinet ad habitum, ut scilicet aliquis ex habitu radicato operetur; et quantum ad hoc modus virtutis non cadit sub praecepto neque legis divinae, neque legis humanae : neque enim ab homine, neque a Deo punitur tamquam praecepti trangressor, qui debitum parentibus honorem impendit, quamvis non habeat habitum pietatis.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod modus faciendi actum justitiae, qui cadit sub praecepto, est, ut fiat aliquid secundum ordinem juris, non autem quod fiat ex habitu justitiae.

AD SECUNDUM dicendum, quod intentio legislatoris est de duobus : de uno quidem, ad quod intendit per praecepta legis inducere, et hoc est virtus; aliud autem est, de quo intendit praeceptum ferre, et hoc est, quod ducit vel disponit ad virtutem, scilicet actus virtutis : non enim idem est finis praecepti, et id de quo praeceptum datur; sicut neque in aliis idem est finis, et quod est ad finem.

2. De bedoeling van den wetgever strekt zich uit over twee dingen : over een nl., waartoe hij door de voorschriften van de wet wil leiden, en dit is de deugd; en het andere is dat waarover hij een gebod wil uitvaardigen, en dat leidt en geschikt maakt tot de deugd, en dit is de deugddaad. Immers het doel van de wet is niet gelijk aan datgene, waarvoor het gebod gegeven wordt, gelijk ook bij de overige dingen het doel niet gelijk is aan de middelen.

3. Zonder droefheid een deugdwerk doen valt onder het gebod van de goddelijke wet, omdat alwie met droefheid werkt, niet willens werkt. Maar met voldoening werken, of met vreugde, of blijdschap, valt in een zeker opzicht onder het voorschrift, nl. voor zoover het genot voortkomt uit de liefde tot God en den naaste, wat valt onder het voorschrift, daar de liefde oorzaak is van genot; en in een ander opzicht niet, voor zoover het genot voortkomt uit een hebbelijkheid. De voldoening immers van een werk is een teeken van de hebbelijkheid, gelijk gezegd wordt in het II^{e} Boek der *Ethica* (III^{e} H., N^{r} 1), want een daad kan genotvol zijn, ofwel om het doel, ofwel om de overeenkomst met de hebbelijkheid.

AD TERTIUM dicendum, quod operari sine tristitia opus virtutis cadit sub praecepto legis divinae, quia quicumque cum tristitia operatur, non volens operatur; sed delectabiliter operari, sive cum laetitia vel hilaritate, quodammodo cadit sub praecepto; scilicet secundum quod sequitur delectatio ex dilectione Dei et proximi, quae cadit sub praecepto, cum amor sit causa delectationis; et quodammodo non, secundum quod delectatio consequitur habitum. Delectatio enim operis est signum habitus generati, ut dicitur in 2. Ethic. [cap. 3.] : potest enim aliquis actus esse delectabilis vel propter finem, vel propter convenientiam habitus.

X^e ARTIKEL.

Valt het onder het gebod van de goddelijke wet, dat men uit liefde handelt?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat het onder het gebod van de goddelijke wet valt, dat men uit liefde handelt. — 1. We lezen immers bij *Mattheus* (19,17) : « *Indien gij het leven wilt ingaan, onderhoud de geboden* ». Daaruit blijkt, dat het onderhouden van de geboden voldoende is om ingeleid te worden tot het leven. Welnu de goede werken zijn niet voldoende om ingeleid te worden tot het leven, want in den *I^n Brief aan de Corinthiërs* (13, 3) wordt gezegd : « *Zoo ik al mijn goederen tot spijs uitdeel, en zoo ik mijn lichaam overgeef om mij te laten verbranden, maar geen liefde heb, dan baat het mij niets* ». Dus valt het onder het gebod, dat men uit liefde handelt.

2. Tot het handelen uit liefde behoort wezenlijk, dat we alles doen om God. Welnu dit valt onder het gebod, want de Apostel zegt in zijn *I^en Brief aan de Corinthiërs* (10, 30) : « *Doet alles*

ARTICULUS X.

Utrum modus charitatis cadat sub praecepto divinae legis.

[2-2. q. 44. art. 1. ad 1. et 3. Dist. 27. q. 3. art. 4. et Dist. 37. art. 6. et Veri. q. 25. art. 7. ad 8 et q. 24. art. 12. ad 16. et Mal. q. 2. art. 5. ad 7. et opusc. 17. cap. 6.].

AD DECIMUM sic proceditur. Videtur, quod modus charitatis cadat sub praecepto divinae legis. Dicitur enim Matth. 19 [v. 17] : « Si vis ad vitam ingredi, serva mandata », ex quo videtur, quod observatio mandatorum sufficiat ad introducendum ad vitam; sed opera bona non sufficiunt ad introducendum in vitam, nisi ex charitate fiant : dicitur enim 1. ad Cor. 13 [v. 3] : « Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. » Ergo modus charitatis est in praecepto.

ter eere Gods ». Dus valt het onder het gebod, dat men uit liefde handelt.

3. Indien het niet onder het gebod valt, dat men uit liefde handelt, dan kan iemand de geboden der wet onderhouden, zonder de liefde te hebben. Maar wat zonder de liefde kan gebeuren, kan ook gebeuren zonder de genade, die altijd met de liefde verbonden is. Dus kan niemand de geboden der wet onderhouden zonder de genade. Dit is echter de dwaling der Pelagianen, zooals blijkt uit het Boek van Augustinus *Over de Ketterijen* (88ste Deel). Dus valt het onder het gebod, dat men uit liefde handelt.

Maar daartegenover staat, dat eenieder, die een gebod niet onderhoudt, een doodzonde doet. Indien het dus onder het gebod zou vallen, dat men uit liefde handelt, dan zou volgen, dat eenieder die iets doet, en dit niet uit liefde doet, een doodzonde doet. Welnu, alwie de liefde niet heeft, handelt niet uit liefde, en daaruit volgt, dat alwie de liefde niet heeft, een doodzonde doet bij al wat hij doet, hoe goed die daad op zichzelf ook is, wat echter niet aan te nemen is.

---

2. PRÆTEREA, ad modum charitatis proprie pertinet, ut omnia fiant propter Deum; sed istud cadit sub praecepto : dicit enim Apostolus 1. ad Cor. 10. [v. 30] : « Omnia in gloriam Dei facite. » Ergo modus charitatis cadit sub praecepto.

3. PRÆTEREA, si modus charitatis non cadat sub praecepto, ergo aliquis potest implere praecepta legis non habens charitatem; sed quod potest fieri sine charitate, potest fieri sine gratia, quae semper adjuncta est charitati; ergo aliquis potest implere praecepta legis sine gratia; hoc est autem Pelagiani erroris, ut patet per Augustinum in lib. de Haeresibus [haereti 88.]; ergo modus charitatis est in praecepto.

SED CONTRA est, quia quicumque non servat praeceptum, peccat mortaliter; si igitur modus charitatis cadat sub praecepto, sequitur, quod quicumque operatur aliquid, et non ex charitate, peccet mortaliter. Sed quicumque non habet charitatem, operatur non ex charitate; ergo sequitur, quod quicumque non habet charitatem, peccet mortaliter in omni opere, quod facit, quantumcumque sit de genere bonorum, quod est inconveniens.

LEERSTELLING. — Hieromtrent echter liepen de meeningen uiteen. Sommigen immers hebben zonder meer gezegd, dat het onder het gebod valt, dat men uit liefde handelt, en dat het niet mogelijk is voor iemand zonder de liefde dit gebod te onderhouden, daar hij zich er toe kan voorbereiden, dat de liefde hem door God wordt ingestort. Ook doet iemand niet telkens een doodzonde, wanneer hij zonder liefde iets doet wat op zichzelf goed is, daar het gebod, dat men uit liefde moet handelen, een gebiedend gebod is, wat niet altijd verplicht, maar alleen dan, wanneer iemand de liefde heeft. Anderen echter hebben gezegd, dat het in het geheel niet onder de wet valt, dat men uit liefde moet handelen.

Beiden nu hebben gedeeltelijk iets waars gezegd, want een liefdedaad kan men dubbel beschouwen : ten eerste voor zoover zij een daad is op zichzelf, en op die wijze valt zij onder het gebod van de wet, dat daaromtrent in het bijzonder gegeven is, nl.: « *Gij zult den Heer uw God liefhebben* », en : « *Gij zult uw naaste liefhebben* ». En voor zoover hebben de eersten de waarheid gezegd. Het is immers niet onmogelijk, dit gebod te onderhouden, dat gaat over de liefdedaad, omdat de mensch zich kan voorbereiden om de liefde te verkrijgen, en wanneer hij haar heeft,

---

RESPONDEO dicendum, quod circa hoc fuerunt contrariae opiniones. Quidam enim dixerunt absolute modum charitatis esse sub praecepto, nec est impossibile observare hoc praeceptum charitatem non habenti, quia potest se disponere ad hoc quod charitas ei infundatur a Deo. Nec quandocumque aliquis non habens charitatem facit aliquid de genere bonorum, peccat mortaliter, quia hoc est praeceptum affirmativum, ut ex charitate operetur, et non obligat ad semper, sed pro tempore illo, quo aliquis habet charitatem. Alii vero dixerunt, quod omnino modus charitatis non cadit sub praecepto.

Utrique autem quantum ad aliquid verum dixerunt : actus enim charitatis dupliciter considerari potest. Uno modo, secundum quod est quidam actus per se, et hoc modo cadit sub praecepto legis, quod de hoc specialiter datur, scilicet : « Diliges Dominum Deum tuum » et : « Diliges proximum tuum. » Et quantum ad hoc primi verum dixerunt : non enim est impossibile hoc praeceptum observare, quod est de actu charitatis, quia homo potest se disponere ad charitatem habendam, et quando habuerit eam, potest ea uti. Alio

haar kan gebruiken. De liefde kan ten tweede beschouwd worden voor zoover zij aan de daden der andere deugden een bepaalde zijnswijze geeft, d. i. voor zoover de daden der andere deugden gericht zijn op de liefde, die het doel is van het gebod, zooals gezegd wordt in den *I*^en^ *Brief aan Timotheus* (1, 5). Hierboven (XII^e^ Kw., 4^e^ Art.) immers is gezegd, dat de bedoeling van het doel een fomeele zijnswijze geeft aan de daad, die op het doel gericht is. En in dit opzicht is het waar, wat de tweeden beweren, dat het niet valt onder het gebod, dat men uit liefde handelt. B. v. in dit voorschrift: « *Eer uw vader* » ligt niet opgesloten, dat de vader geëerd moet worden uit liefde, maar alleen, dat de vader geëerd moet worden. Vandaar is hij die zijn vader eert, ofschoon hij de liefde niet heeft, geen overtreder van dit gebod, ofschoon hij een overtreder is van het gebod, dat gaat over de liefdedaad, waarvan de overtreding straf verdient.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De Heer heeft niet gezegd : Indien gij het leven wilt ingaan, onderhoud dan één gebod, maar : Onderhoud àl de geboden, waaronder ook het gebod van de liefde tot God en den naaste valt.

---

modo potest considerari actus charitatis, secundum quod est modus actuum aliarum virtutum, hoc est secundum quod actus aliarum virtutum ordinantur ad charitatem, quae est finis praecepti, ut dicitur 1. ad Tim. 1. [v. 5]; dictum est enim supra [q. 12. art 4.], quod intentio finis est quidam modus formalis actus ordinati in finem; et hoc modo verum est, quod secundi dixerunt, quod modus charitatis non cadit sub praecepto. Hoc est dictum, quod in hoc praecepto : « Honora patrem » non includitur, quod honoretur pater ex charitate, sed solum quod honoretur pater, unde qui honorat patrem, licet non habeat charitatem, non efficitur transgressor hujus praecepti, etsi sit transgressor praecepti, quod est de actu charitatis; propter quam transgressionem meretur poenam.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dominus non dixit : « Si vis ad vitam ingredi, serva unum mandatum », sed : « Serva omnia mandata », inter quae etiam continetur mandatum de dilectione Dei et proximi.

2. In het gebod van de liefde ligt opgesloten, dat wij God beminnen uit geheel ons hart, en daaruit volgt, dat alles tot God teruggebracht moet worden, en daarom kan de mensch het gebod der liefde niet volbrengen, tenzij hij ook alles tot God terugbrengt. In dien zin is hij, die zijn ouders eert, gehouden hen uit liefde te eeren, en niet krachtens het gebod : « *Eer uw ouders* », maar krachtens het gebod : « *Gij zult den Heer uw God uit geheel uw hart liefhebben* ». En daar dit twee gebiedende geboden zijn die niet altijd verplichten, kunnen zij een verplichting opleggen, die op verschillende tijden moet volbracht worden. Zoo kan het gebeuren, dat iemand wanneer hij het gebod over de vereering der ouders volbrengt, toch het gebod niet overtreedt, dat ons oplegt uit liefde te handelen.

3. Alle voorschriften der wet onderhouden kan de mensch niet, tenzij hij het gebod der liefde onderhoudt, wat niet gebeurt zonder de genade. Daarom is het onmogelijk wat Pelagius gezegd heeft, dat de mensch de Wet kan onderhouden zonder de genade.

AD SECUNDUM dicendum, quod sub praecepto charitatis continetur, ut diligatur Deus ex toto corde; ad quod pertinet, ut omnia referantur in Deum; et ideo praeceptum charitatis implere homo non potest, nisi etiam omnia referantur in Deum. Sic ergo qui honorat parentes, tenetur ex charitate honorare, non ex vi hujus praecepti, quod est : « Honora parentes », sed ex vi hujus praecepti: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo »; et cum ista sint duo praecepta affirmativa non obligantia ad semper, possunt pro diversis temporibus obligare, et ita potest contingere, quod aliquis implens praeceptum de honoratione parentum, non tunc transgrediatur praeceptum de omissione modi charitatis.

AD TERTIUM dicendum, quod observare omnia praecepta legis homo non potest, nisi impleat praeceptum charitatis; quod non fit sine gratia, et ideo impossibile est, quod Pelagius dixit, hominem implere legem sine gratia.

XI^e ARTIKEL.

Moeten er buiten de Tien Geboden andere zedelijke voorschriften der Wet onderscheiden worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat er buiten de Tien Geboden geen andere zedelijke voorschriften der Wet onderscheiden worden. — 1. Immers, gelijk de Heer zegt bij *Mattheus* (22, 40), is *geheel de Wet en de Profeten vervat in de beide voorschriften omtrent de liefde*. Welnu die twee voorschriften worden door de Tien Geboden verklaard. Dus behoeven er geen andere voorschriften te zijn.

2. De zedelijke voorschriften worden, gelijk hierboven gezegd is (XCIX^e Kw., 3°, 4°, 5^e Art.), onderscheiden van de ceremonieel-voorschriften en van de rechtsregels. Welnu de nadere bepalingen van de algemeene zedelijke voorschriften vallen onder de ceremonieel-voorschriften en rechtsregels, terwijl de algemeene zedelijke voorschriften in de Tien Geboden vervat zijn, ofwel voor de Tien Geboden verondersteld worden, zooals hierboven gezegd

---

ARTICULUS XI.

Utrum convenienter alia moralia praecepta legis distinguantur praeter decalogum.

[Supr. art. 3. et locis ibidem annotatis].

AD UNDECIMUM sic proceditur. Videtur, quod inconvenienter distinguantur alia moralia praecepta legis praeter decalogum, quia, ut Dominus dicit Matth. 22 [v. 40], in duobus praeceptis charitatis pendet omnis lex et prophetae; sed haec duo praecepta explicantur per decem praecepta decalogi; ergo non oportet alia praecepta moralia tradere.

2. PRÆTEREA, praecepta moralia a judicialibus et caeremonialibus distinguuntur, ut dictum est [q. praec. art. 3, 4. et 5.]; sed determinationes communium praeceptorum moralium pertinent ad judicialia et caeremonialia

is (3e Art.). Bijgevolg is het niet aan te nemen, dat er andere zedelijke voorschriften zijn buiten de Tien Geboden.

3. Zooals hierboven gezegd is (Art. 2), hebben de zedelijke voorschriften betrekking op alle deugddaden. Gelijk er dus in de Wet zedelijke voorschriften gegeven worden buiten de Tien Geboden, die betrekking hebben op de vereering, de vrijgevigheid en de barmhartigheid en de reinheid, zoo moeten er ook enkele voorschriften zijn, die betrekking hebben op de andere deugden, b. v. op de sterkte, de soberheid, en dergelijke, wat echter niet gevonden wordt. Het is dus niet redelijk, dat er in de Wet andere zedelijke voorschriften onderscheiden worden buiten de Tien Geboden.

Maar daartegenover staat, dat in *Psalm* 18, 8, gezegd wordt: « *De wet des Heeren is onbesmet, zij bekeert de zielen* ». Welnu, ook door de andere zedelijke voorschriften, die bij de Tien Geboden bijgevoegd zijn, wordt de mensch bewaard van zondesmet, en wordt zijn ziel op God gericht. Dus behoorde het tot de Wet, ook andere zedelijke voorschriften te geven.

---

praecepta; communia autem praecepta moralia sub decalogo continentur, vel etiam decalogo praesupponuntur, ut dictum est [art. 3. huj. q.]; ergo inconvenienter traduntur alia praecepta moralia praeter decalogum.

3. PRÆTEREA, praecepta moralia sunt de actibus omnium virtutum, ut supra dictum est [art. 2. huj. q.]; sicut igitur in lege ponuntur praecepta moralia praeter decalogum pertinentia ad latriam, liberalitatem, et misericordiam, et castitatem, ita etiam deberent poni aliqua praecepta pertinentia ad alias virtutes, puta ad fortitudinem, sobrietatem, et alia hujusmodi, quod tamen non invenitur; non ergo convenienter distiguuntur in lege alia praecepta moralia praeter decalogum.

SED CONTRA est, quod in Psal. 18 [v. 8] dicitur : « Lex Domini immaculata, convertens animas »; sed per alia etiam moralia, quae decalogo superadduntur, homo conservatur absque macula peccati, et anima ejus ad Deum convertitur; ergo ad legem pertinebat etiam alia praecepta moralia tradere.

LEERSTELLING. — Gelijk uit het vroeger gezegde blijkt (XCIX^e^ Kw., 3^e^ en 4^e^ Art.), ontleenen de rechtsregels en de ceremonieel-voorschriften alleen hun kracht aan de instelling, daar het er, vóór zij uitgevaardigd waren, niet op aan scheen te komen, of men zóó dan wel anders deed. De zedelijke voorschriften echter hebben kracht van wet door de uitspraak zelf van de natuurlijke rede, zelfs indien ze nooit door een wet zouden zijn bepaald.

Met betrekking tot die voorschriften echter zijn er drie graden. Sommige immers zijn uiterst algemeen, en zóó klaarblijkelijk, dat ze geen bekendmaking noodig hebben, zooals de voorschriften omtrent de liefde tot God en den naaste, en dergelijke (gelijk hierboven gezegd is, 3^e^ Art.). Die zijn als het ware het doel van de geboden, en vandaar kan niemand er in dwalen door de uitspraak van de rede. Andere echter zijn meer bepaald, wier begrip terstond door iedereen, zelfs door het gewone volk, gemakkelijk begrepen kan worden. Deze echter hebben een bekendmaking noodig, omdat het kan gebeuren, dat de menschelijke uitspraak in sommige gevallen valsch is. Deze zijn de voorschriften der Tien Geboden. Weer andere echter zijn er, wier begrip niet voor

---

RESPONDEO dicendum, quod, sicut ex dictis patet [q. praec. art. 3. et 4.], praecepta judicialia et caeremonialia ex sola institutione vim habent, quia antequam instituerentur, non videatur referre utrum sic vel aliter fieret; sed praecepta moralia ex ipso dictamine naturalis rationis efficaciam habent, etiamsi numquam in lege statuantur.

Horum autem triplex est gradus. Nam quaedam sunt communissima, et adeo manifesta, quod editione non indigent, sicut mandata de dilectione Dei et proximi, et alia hujusmodi, ut supra dictum est [art. 3. huj. q.], quae sunt qua i fines praeceptorum; unde in eis nullus potest errare secundum judicium rationis. Quaedam vero sunt magis determinata, quorum rationem statim quilibet etiam popularis potest de facili videre, et tamen quia in paucioribus circa hujusmodi contingit judicium humanum perverti, hujusmodi editione indigent; et haec sunt praecepta decalogi. Quaedam vero sunt, quorum ratio non est adeo cuilibet manifesta, sed solum sapientibus; et ista sunt praecepta moralia superaddita decalogo, tradita a Deo populo per Moysen et Aaron.

iedereen zoo duidelijk is, maar alleen voor wijze menschen. Deze zijn de zedelijke voorschriften, die aan de Tien Geboden zijn toegevoegd en aan het volk overgeleverd zijn door Mozes en Aäron.

Maar omdat alles wat klaarblijkelijk is, een kenbeginsel is van wat niet klaarblijkelijk is, daarom worden de andere zedelijke voorschriften, die aan de Tien Geboden zijn toegevoegd, bij wijze van bijvoeging tot de Tien Geboden herleid. Want in het *eerste* der Tien Geboden wordt de eeredienst der vreemde goden verboden, waaraan andere voorschriften worden toegevoegd, die datgene verbieden wat op den afgodendienst gericht is, zooals in *Deuteronomium* (18, 10 v. v.) staat : « *Er worde onder U niemand gevonden, die zijn zoon of zijn dochter toewijdt door hem door het vuur te laten gaan; en niemand zij toovenaar noch bezweerder, en niemand raadplege orakels en wichelaars, of vorsche naar de waarheid bij de dooden* ». Het *tweede* gebod echter verbiedt den meineed. Er wordt evenwel aan toegevoegd het verbod van godslastering, *Leviticus* (14, 15 vv.), en het verbod van valsche leer, *Deuteronomium* (13). Aan het *derde* gebod echter worden al de ceremonieel-voorschriften toegevoegd. Aan het *vierde*,

---

Sed quia ea, quae sunt manifesta, sunt principia cognoscendi eorum, quae non sunt manifesta, alia praecepta moralia superaddita decalogo reducuntur ad praecepta decalogi per modum cujusdam additionis ad ipsa; nam in primo praecepto decalogi prohibetur cultus alienorum deorum, cui superadduntur alia prohibitiva eorum, quae ordinantur in cultum idolorum; sicut habetur Deut. 18 [v. 10 sqq.]: « Non inveniatur in te, qui lustret filium suum aut filiam, ducens per ignem; nec sit maleficus, nec incantator; nec Pythones consulat, neque divinos, et quaerat a mortuis veritatem. » Secundum autem praeceptum prohibet perjurium; superadditur autem ei prohibitio blasphemiae Lev. 14 [v. 15 sqq.], et prohibitio falsae doctrinae Deut. 13. Tertio vero praecepto superadduntur omnia caeremonialia. Quarto autem praecepto de honore parentum superadditur praeceptum de honoratione senum, secundum illud Levit. 19 [v. 32]: « Coram cano capite consurge, et honora personam senis », et universaliter omnia praecepta inducentia ad reverentiam exhibendam majoribus, vel ad beneficia exhibenda, vel aequalibus, vel minoribus.

over de vereering der ouders, wordt het gebod van de vereering der ouderen toegevoegd, overeenkomstig *Leviticus* (19, 32: «*Rijs op voor een wit hoofd, en eer den persoon des grijsaards* », en ook al de voorschriften, die leiden tot den eerbied voor de meerderen of tot dienstbetoon, aan gelijken zoowel als aan minderen. Aan het *vijfde* gebod echter, dat doodslag verbiedt, wordt toegevoegd het verbod van haat en van iedere geweldpleging tegen den naaste, volgens het woord van *Leviticus* (19, 16) : « *Gij zult U niet stellen tegen het bloed van uwen naaste* »; en ook het verbod van broederhaat, volgens *Leviticus* (19, 17) : « *Gij zult uw broeder in uw hart niet haten* ». Aan het *zesde* gebod evenwel, dat overspel verbiedt, wordt het voorschrift toegevoegd, dat de prostitutie verbiedt, naar het woord van *Deuteronomium* (23, 17: « *Geen geprostitueerde zal er zijn onder de dochters van Israël, en geen hoereerder onder de zonen van Israël* », en eveneens het verbod van de zonde tegen de natuur, volgens *Leviticus* (28, 22 v.) : « *Met een man zult gij niet verzamen, met geenerlei dier zult gij verzamen* ». Aan het *zevende* gebod echter, waardoor diefstal verboden wordt, wordt toegevoegd het verbod van leenrente, naar *Deuteronomium* (23, 19) : « *Gij zult aan uwen*

Quinto autem praecepto, quod est de prohibitione homicidii, additur prohibitio odii et cujuslibet violationis contra proximum, sicut illud Levit. 19 [v. 16]: « Non stabis contra sanguinem proximi tui », et etiam prohibitio odii fratris, secundum illud Lev. 19 [v. 17] : « Ne oderis fratrem tuum in corde tuo. » Praecepto autem sexto, quod est de prohibitione adulterii, superadditur praeceptum de prohibitione meretricus, secundum illud Deuter. 23 [v. 17] : « Non erit meretrix de filiabus Israël neque fornicator de filiis Israël », et iterum prohibitio vitii contra naturam, secundam illud Levit. 18 [v. 22 sqq.] : « Cum masculo non commisceberis, cum omni pecore non coibis. » Septimo autem praecepto de prohibitione furti adjungitur praeceptum de prohibitione usurae, secundum illud Deut. 23 [v. 19] : « Non foeneraberis fratri tuo ad usuram », et prohibitio fraudis, secundum illud Deuter. 25 [v. 13] : « Non habebis in sacculo diversa pondera », et universaliter omnia, quae ad prohibitionem calumniae et rapinae pertinent. Octavo vero praecepto, quod est de prohibitione falsi testimonii, additur prohibitio falsi judicii, secundum illud

broeder niet op winst leenen », en het verbod van bedrog, overeenkomstig *Deuteronomium* (25, 13) : « *Gij zult in den buidel geen verschillende gewichten hebben* », en in het algemeen alles, wat onder het verbod van bedrog en roof valt. Aan het *achtste* gebod echter, dat de valsche getuigenis verbiedt, wordt het verbod toegevoegd van de valsche rechtspraak, volgens het woord uit *Exodus* (23, 2) : « *Gij zult U in het gericht niet naar de meening der meesten schikken met afwijking van de waarheid* », en het verbod van de leugens, naar het woord van *Exodus* (t. a. pl.) : « *De leugen zult gij vluchten* », en het verbod van den laster, volgens het woord van *Leviticus* (19, 16) : « *Gij zult geen lasteraar en oorblazer onder het volk zijn* ». Aan de overige twee geboden worden geen andere voorschriften toegevoegd, omdat daardoor in het algemeen iedere kwade begeerte wordt verboden.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Eenige voorschriften der Tien Geboden zijn gericht op de liefde tot God en den naaste door het klaarblijkelijk karakter van de verplichting, andere echter om meer verborgen redenen.

2. De ceremonieel-voorschriften en rechtsregels zijn nadere omschrijvingen van de voorschriften der Tien Geboden krachtens

---

Exod. 23 [v. 2] : « Nec in judicio plurimorum acquiesces sententiae, ut a veritate devies », et prohibitio mendacii, sicut ibi subditur : « Mendacium fugies », et prohibitio detractionis, secundum illud Levit. 19 [v. 16] : « Non eris criminator et susurro in populis ». Aliis autem duobus praeceptis nulla alia adjunguntur, quia per ea universaliter omnis mala concupiscentia prohibetur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ad dilectionem Dei et proximi ordinantur quaedam praecepta decalogi secundum manifestam rationem debiti; alio vero secundum rationem magis occultam.

AD SECUNDUM dicendum, quod praecepta caeremonialia et judicialia sunt determinativa praeceptorum decalogi ex vi institutionis, non autem ex vi naturalis instinctus, sicut praecepta moralia superaddita.

de instelling, echter niet krachtens een natuurlijk instinct, zooals de bijgevoegde zedelijke voorschriften.

v. het tabernakel, het vaatwerk, en dergelijke. Van den kant nu der vereerders kunnen we twee dingen beschouwen, nl. hun aanstelling tot den eeredienst van God, wat geschiedt door een toewijding aan God, ofwel van het volk ofwel van de bedienaren, en daartoe behooren de sacramenten; en vervolgens hun afzonderlijken omgang, waardoor zij onderscheiden worden van hen, die aan den eeredienst van God niet toegewijd zijn. En daartoe behooren de onderhoudingen, b. v. in spijzen, kleederen en dergelijke.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Offers opdragen moest geschieden én op bepaalde plaatsen én door bepaalde personen; en dit geheel behoorde tot den eeredienst van God. Gelijk dus door de offers de geofferde Christus werd beduid, zoo ook werden door de sacramenten en de heilige zaken de sacramenten en heilige zaken der Nieuwe Wet beduid, en door de onderhoudingen werd de omgang van het volk van de Nieuwe Wet voorbeduid, wat alles op Christus gericht was.

2. Het offer der Nieuwe Wet, d. i. de Eucharistie, bevat Christus zelf, die de bewerker der heiligmaking is. Hij immers

---

naculum, et vasa, et alia hujusmodi. Ex parte autem colentium duo possunt considerari, scilicet eorum institutio ad cultum divinum, quod fit per quamdam consecrationem vel populi, vel ministrorum : et ad hoc pertinent sacramenta; et iterum eorum singularis conversatio, per quam distinguuntur ab his, qui Deum non colunt : et ad hoc pertinent observantiae, puta in cibis, et vestimentis, et aliis hujusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quo sacrificia offerri oportebat et in aliquibus locis, et per aliquos homines, et totum hoc ad cultum Dei pertinet; unde, sicut per sacrificia significatur Christus immolatus; ita etiam per sacramenta et sacra illorum figurabantur sacramenta et sacra novae legis; et per eorum observantias figurabatur conversatio populi novae legis, quae omnia ad Christum pertinent.

AD SECUNDUM dicendum, quod sacrificium novae legis, idest Eucharistia continet ipsum Christum, qui est sanctificationis auctor : Sanctificavit

heeft door zijn bloed het volk geheiligd, gelijk geschreven staat in den *Brief aan de Hebreërs* (13, 12). En daarom is dit offer tevens een sacrament. Maar de offers der Oude Wet bevatten Christus niet, maar stelden Hem alleen voor, en daarom worden zij geen sacramenten genoemd. Om dit aan te duiden waren er bovendien enkele sacramenten in de Oude Wet, die figuren waren van de toekomstige heiliging, ofschoon ook aan verschillende heiligingen sommige offers verbonden waren.

3. Ook de offers en sacramenten waren heilig, maar er waren dingen, die heilig waren, d. i. aan den eeredienst toegewijd, die echter noch offers noch sacramenten waren. Daarom behielden deze voor zich den algemeenen naam van heilige zaken.

4. Die dingen die behoorden tot den omgang van het God eerende volk, behielden voor zich den algemeenen naam van onderhoudingen, omdat ze minder groot waren dan de andere. Immers zij werden niet heilig genoemd, omdat ze geen onmiddellijke verhouding zegden tot God, zooals het tabernakel en de heilige vaten. Maar ze waren ceremonieel-bepalingen door een zekere konsekwentie, voor zoover zij behoorden tot een geschiktheid van het God eerende volk.

---

enim per suum sanguinem populum, ut dicitur ad Hebr. ult. [v. 12.], et ideo sacrificium etiam sacramentum est. Sed sacrificia veteris legis non continebant Christum, sed ipsum figurabant; et ideo non dicuntur sacramenta; sed ad hoc designandum seorsum erant quaedam sacramenta in veteri lege, quae erant figurae futurae consecrationis, quamvis etiam consecrationibus quaedam sacrificia adjungerentur.

AD TERTIUM dicendum, quod etiam sacrificia et sacramenta erant (1); sed quaedam erant quae erant sacra, utpote ad cultum Dei dicata, nec tamen erant sacrificia, nec sacramenta; et ideo retinebant sibi commune nomen sacrorum.

AD QUARTUM dicendum, quod ea quae pertinebant ad conversationem populi Deum colentis, retinebant sibi commune nomen observantiarum, inquarium a praemissis deficiebant : non enim dicebantur sacra, quia non habebant immediatum respectum ad cultum Dei, sicut tabernaculum, et vasa ejus,

---

(1) erant sacra.

5. Evenals de offers werden opgedragen op een bepaalde plaats, zoo werden ze ook op bepaalde tijden opgedragen. Vandaar schijnt men ook de plechtigheden onder de heilige zaken te tellen. De offeranden echter en gaven worden onder de offers geteld, daar zij aan God werden opgedragen. Vandaar zegt de Apostel in zijn *Brief aan de Hebreërs* (5, 1) : « *Iedere hoogepriester, genomen van onder de menschen, wordt voor de menschen aangesteld, met betrekking tot datgene, wat betrekking heeft op God, om de gaven en offers voor de zonden op te dragen* ».

---

sed per quandam consequentiam erant caeremonialia, inquantum pertinebant ad quandam idoneitatem populi colentis Deum.

AD QUINTUM dicendum, quod sicut sacrificia offerebantur in determinato loco, ita etiam offerebantur in determinatis temporibus; unde etiam solemnitates inter sacra computari videntur. Oblationes autem et munera computantur cum sacrificiis, quia Deo offerebantur; unde Apostolus dicit ad Hebr. 5. [v. 1.] : « Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quae sunt ad Deum, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. »

HONDERD EN TWEEDE KWESTIE.

OVER DE REDENEN DER CEREMONIEEL-VOORSCHRIFTEN.

(*Zes Artikelen.*)

Vervolgens moet gehandeld worden over de redenen van de ceremonieel-voorschriften. Hieromtrent stellen we zes vragen :

1) Hebben de ceremonieel-voorschriften een reden van bestaan?

2) Is de reden van bestaan een letterlijke, of alleen een figuurlijke?

3) De redenen der offers.

4) De redenen der heilige zaken.

5) De redenen der sakramenten.

6) De redenen der bepalingen, die onderhouden moeten worden.

QUÆSTIO CII.

DE CAEREMONIALIUM PRAECEPTORUM CAUSIS.

Deinde considerandum est de causis caeremonialium praeceptorum.

Et circa hoc quaeruntur sex : 1. Utrum praecepta caeremonialia habeant causam. — 2. Utrum habeant causam literalem, vel solum figuralem. — 3. De causis sacrificiorum. — 4. De causis sacrorum. — 5. De causis sacramentorum. — 6. De causis observantiarum.

I° ARTIKEL.

Hebben de ceremonieel-voorschriften een reden van bestaan?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de ceremonieel-voorschriften geen reden van bestaan hebben. — 1. Op het woord van den *Brief aan de Ephesiërs* (2, 15) : « Door de voorschriften heeft hij de wet der bepalingen afgeschaft », teekent de Glossa immers aan : « *D. w. z. : hij heeft afgeschaft de Oude Wet met betrekking tot hare vleeschelijke bepalingen;* door de voorschriften, *d. w. z. door de Evangelische voorschriften, die overeenkomstig de rede waren* ». Welnu indien de bepalingen der Oude Wet overeenkomstig de rede waren, zouden zij zonder grond afgeschaft zijn door de redelijke voorschriften der Nieuwe Wet. Dus hadden de ceremonieel-voorschriften der Oude Wet geen reden van bestaan.

2. De Oude Wet volgde op de natuurwet. Welnu in de natuurwet was een voorschrift, dat geen andere reden van bestaan had, dan om de gehoorzaamheid van den mensch te beproeven.

ARTICULUS I.

Utrum caeremonialia praecepta habeant causam.

[Rom. 4. lect. 1.].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod caeremonialia praecepta non habeant causam, quia super illud Eph. 2 [v. 15] : « Legem mandatorum decretis evacuans », dicit Glossa [interl.] : « Idest evacuans legem veterem quantum ad carnales observantias; decretis, idest praeceptis evangelicis, quae ex ratione sunt. » Sed si observantiae veteris legis ex ratione erant, frustra evacuarentur per rationabilia decreta novae legis; non ergo caeremoniales observantiae veteris legis habebant aliquam rationem.

2. PRÆTEREA, vetus lex successit legi naturae; sed in lege naturae fuit aliquod praeceptum, quod nullam rationem habebat, nisi ut hominis obedientia

gelijk Augustinus in het VIII^e Boek van zijn *Letterlijke Verklaring van het Boek der Schepping* (VI^e en XIII^e H.) zegt van het verbod van den boom des levens. Dus moesten er ook in de Oude Wet sommige voorschriften zijn, waardoor de gehoorzaamheid van den mensch beproefd werd, en die op zichzelf genomen geen reden van bestaan hadden.

3. De daden van den mensch zijn zedelijke daden, in zoover ze van de rede voortkomen. Indien er dus voor de ceremonieel-voorschriften een reden aan te geven is, verschillen ze niet van de zedelijke voorschriften. Dus hebben de ceremonieel-voorschriften geen bestaansreden, want de reden van een voorschrift wordt afgerekend naar den grond er van.

Maar daartegenover staat het gezegde uit *Psalm* 18, 9: « *Het gebod des Heeren is schitterend; het verlicht de oogen* ». Welnu de ceremoniën zijn geboden van God. Dus zijn ze schitterend, wat niet zou zijn, als ze geen redelijken bestaansgrond hadden.

LEERSTELLING. — Volgens den Wijsgeer (I^e Boek der *Metaphysica*, II^e H., N^r 3) is het eigen aan een wijze te ordenen.

---

probaretur, sicut Augustinus dicit 8. super Genes. ad literam [cap. 6. et 13.] de prohibitione ligni vitae; ergo etiam in veteri lege aliqua praecepta danda erant, in quibus hominis obedientia probaretur, quae de se nullam rationem haberent.

3. PRÆTEREA, opera hominis dicuntur moralia, secundum quod sunt a ratione; si igitur caeremonialium praeceptorum sit aliqua ratio, non differrent a moralibus praeceptis; videtur ergo, quod caeremonialia praecepta non habeant aliquam causam; ratio enim praecepti ex aliqua causa sumitur.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 18 [v. 9]: « Praeceptum Domini lucidum, illuminans oculos ». Sed caeremonialia sunt praecepta Dei; ergo sunt lucida, quod non esset, nisi haberent rationabilem causam.

RESPONDEO dicendum, quod, cum sapientis sit ordinare, secundum Philosophum in 1. Metaph. [c. 2], ea quae ex divina sapientia procedunt, oportet

Die dingen dus die voortkomen van de goddelijke wijsheid, moeten, zooals de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Romeinen* (13, 1), geordend zijn. Dat nu echter sommige dingen geordend zijn, daartoe worden twee zaken vereischt : ten eerste, dat ze geordend worden tot het vereischte doel, dat het beginsel is van de algeheele orde in die dingen, die gedaan moeten worden. Van die dingen toch, die toevallig gebeuren, buiten de bedoeling om, ofwel die niet met ernst gedaan worden, maar bij wijze van spel, zeggen we, dat ze ongeordend zijn. Ten tweede wordt vereischt, dat datgene wat om een doel is, in verhouding is tot het doel. En hieruit volgt, dat de aard van die dingen, die om het doel zijn, afgerekend wordt van het doel, zooals de aard van de bepaalde gesteltenis van een zaag afgerekend wordt van het zagen, zooals gezegd wordt in het II^e^ Boek der *Physica* (IX^c^ H , N^r^ 2). Welnu het is duidelijk, dat de ceremonieel-voorschriften, gelijk ook alle andere voorschriften van de Wet, ingesteld zijn door de goddelijke wijsheid. Vandaar wordt in *Deuteronomium* (4, 6) gezegd: « *Dit is nu uwe wijsheid en verstand voor het volk* ». We moeten dus besluiten, dat de ceremonieel-voorschriften geordend zijn tot een doel, waarnaar de redelijkheid van hun bestaansgrond kan worden afgerekend.

---

esse ordinata, ut Apostolus dicit ad Rom. 13 [v. 1] ; ad hoc autem quod aliqua sint ordinata, duo requiruntur : primo quidem, quod aliqua ordinentur ad debitum finem, qui est principium totius ordinis in rebus agendis: ea enim, quae casu eveniunt, praeter intentionem finis, vel quae non serio fiunt, sed ludo, dicimus esse inordinata ; secundo oportet quod id quod est ad finem, sit proportionatum fini ; et ex hoc sequitur, quod ratio eorum quae sunt ad finem sumitur ex fine, sicut ratio dispositionis serrae sumitur ex sectione, quae est finis ejus, ut dicitur in 2. Phys. [c. 9]. Manifestum est autem, quod praecepta caeremonialia, sicut et omnia alia praecepta legis, sunt ex divina sapientia instituta ; unde dicitur Deut. 4 [v. 6] : « Haec est sapientia vestra et intellectus coram populis. » Unde necesse est dicere, quod praecepta caeremonialia sint ordinata ad aliquem finem, ex quo eorum rationabiles causae assignari possunt.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Men kan zeggen, dat de dingen van de Oude Wet, die onderhouden moesten worden, zonder bestaansreden zijn, in zoover datgene, wat voorgeschreven werd, uiteraard geen bestaansgrond had, b. v. dat een kleed niet mag gemaakt worden uit wol en linnen. Echter konden zij wel een bestaansgrond hebben om de orde, die ze hebben tot iets anders, in zoover er nl. iets door voorbeduid of uitgesloten wordt. Maar de voorschriften der Nieuwe Wet, die hoofdzakelijk bestaan in het geloof en de liefde Gods, zijn uiteraard redelijk om wat er door voorgeschreven wordt.

2. Het verbod aangaande den boom der kennis van goed en kwaad werd niet gesteld, omdat die boom van nature kwaad was, maar wel had dit verbod een bestaansgrond om de orde tot iets anders, in zoover er nl. iets door werd voorbeduid. En zoo hebben ook de ceremonieel-voorschriften der Oude Wet een bestaansgrond krachtens de orde tot iets anders.

3. De zedelijke voorschriften hebben uiteraard een redelijken bestaansgrond, zooals b. v: : *Gij zult niet dooden, gij zult niet stelen.* De ceremonieel-voorschriften daarentegen hebben een redelijken bestaansgrond in de orde tot iets anders.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod observantiae veteris legis possunt dici sine ratione quantum ad hoc, quod ipsa facta in sui natura rationem non habebant, puta quod vestis non conficeretur ex lana et lino; poterant tamen habere rationem ex ordine ad aliud, inquantum scilicet vel aliquid per hoc figurabatur, vel aliquid excludebatur. Sed decreta novae legis, quae praecipue consistunt in fide et dilectione Dei, ex ipsa natura actus rationabilia sunt.

AD SECUNDUM dicendum, quod prohibitio ligni scientiae boni et mali non fuit propter hoc, quod illud lignum esset naturaliter malum; sed tamen ipsa prohibitio habuit aliquam rationem ex ordine ad aliud, inquantum scilicet per hoc aliquid figurabatur; et sic caeremonialia praecepta veteris legis habent rationem in ordine ad aliud.

AD TERTIUM dicendum, quod praecepta moralia secundum suam naturam habent rationabiles causas, sicut : Non occides; Non furtum facies. Sed praecepta caeremonialia habent rationabiles causas ex ordine ad aliud, ut dictum est [in corp. art.].

II° ARTIKEL.

Hebben de ceremonieel-voorschriften een letterlijke, of slechts een figuurlijke reden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de ceremonieel-voorschriften geen letterlijke, maar slechts een figuurlijke reden hebben. — 1. Immers onder de ceremonieel-voorschriften waren de besnijdenis en het slachten van het Paaschlam de voornaamste. Welnu beide hebben slechts een figuurlijke reden, daar beide ten teeken gegeven zijn. In het Boek *Genesis* (17, 11) immers wordt gezegd : « *Gij zult het vleesch uwer voorhuid besnijden, opdat het ten teeken zij van het verbond tusschen u en Mij* »; en over de viering van Paschen wordt in het Boek *Exodus* (13, 9) gezegd : « *En het zal zijn als een teeken in uw hart, en als een gedachte voor uwe oogen* ». Dus hebben de overige ceremonieel-voorschriften veel meer slechts een figuurlijke reden.

2. Het gevolg wordt afgerekend naar de oorzaak. Welnu alle ceremonieel-voorschriften zijn figuurlijk, zooals hierboven gezegd

---

ARTICULUS II.

Utrum praecepta caeremonialia habeant causam literalem, vel figuralem tantum.

[Rom. 4. lect. 2. com. 2. et).].

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod praecepta caeremonialia non habeant causam literalem ,sed figuralem tantum. Inter praecepta enim caeremonialia praecipua erant circumcisio et immolatio agni paschalis; sed utrumque istorum non habebat nisi causam figuralem, quia utrumque istorum datum est in signum : dicitur enim Gen. 17 [v. 11] : « Circumcidetis carnem praeputii vestri, ut sit in signum foederis inter me, et vos »; et de celebratione Phase dicitur Exod. 13 [v. 9] : « Erit quasi signum in manu tua, et quasi monumentum ante oculos tuos. » Ergo multo magis alia caeremonialia non habent nisi causam figuralem.

2. PRÆTEREA, effectus proportionatur suae causae; sed omnia caeremo-

is (Cl^e Kw., 2^e Art.). Dus hebben ze slechts een figuurlijke reden.

3. Datgene wat op zich zelf genomen evengoed zóó kan gebeuren als niet, heeft geen letterlijke bestaansreden. Welnu sommige ceremonieel-voorschriften schijnen zoowel zóó te kunnen gebeuren als anders, zooals het getal der te offeren dieren, en andere bijzondere omstandigheden. Bijgevolg hebben de voorschriften der Oude Wet geen letterlijke bestaansreden.

Maar daartegenover staat, dat gelijk de ceremonieel-voorschriften Christus voorbeduidden, zoo ook de geschiedenissen van het Oude Testament. In den *I^n Brief aán de Corinthiërs* (10, 11) immers wordt gezegd, dat *alles hen overkomen is tot voorbeeld.* Welnu in de geschiedenissen van het Oude Testament is behalve een mystieke of figuurlijke zin ook nog een letterlijke. Dus hadden de ceremonieel-voorschriften buiten de figuurlijke ook nog een letterlijke bestaansreden.

LEERSTELLING. — Gelijk hierboven (vorig Art.) gezegd is, moet de bestaansreden van datgene wat om een doel is, afgerekend

---

nialia sunt figuralia, ut supra dictum est [q. praec. art. 2.]; ergo non habent nisi causam figuralem.

3. PRÆTEREA, illud quod de se est indifferens utrum sic vel non sic fiat, non videtur habere aliquam literalem causam; sed quaedam sunt in praeceptis caeremonialibus, quae non videntur differre utrum sic vel sic fiant, sicut est de numero animalium offerendorum, et aliis hujusmodi particularibus circumstantiis; ergo praecepta veteris legis non habent rationem literalem.

SED CONTRA, sicut praecepta caeremonialia figurabant Christum, ita etiam historiae Veteris Testamenti; dicitur enim 1. ad Cor. 10 [v. 11] quod omnia in figura contingebant illis; sed in historiis Veteris Testamenti praeter intellectum mysticum seu figuralem, est etiam intellectus literalis; ergo etiam praecepta caeremonialia praeter causas figurales habebant etiam causas literales.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [art. praec.], ratio eorum quae sunt ad finem, oportet quod a fine sumatur. Finis autem prae-

worden van het doel. Het doel van de ceremonieel-voorschriften nu is dubbel, want ze waren voor dien tijd geordend tot den eeredienst, en om Christus voor te beduiden, zooals ook de woorden van de profeten betrekking hadden op den tegenwoordigen tijd, en ook ter voorbeduiding van iets toekomstigs gezegd werden, zooals Hieronymus bij Osee (1, 3) zegt. Men kan dus een dubbele bestaansreden aanduiden voor de ceremonieel-voorschriften : ten eerste om den goddelijken eeredienst, die te dien tijde onderhouden moest worden, en die bestaansredenen zijn letterlijke, hetzij de bedoeling was om afgoderij te vermijden, hetzij om weldaden van God te herdenken, hetzij om Gods goedheid uit te drukken, of ook om een bepaalde gemoedsgesteltenis teweeg te brengen, die toen vereischt werd in de Godsvereerders.

Ten tweede kunnen hun redenen aangegeven worden, in zoover zij geordend waren om Christus voor te beduiden; zoo hebben ze een mystieken of figuurlijken zin, hetzij ze genomen worden om Christus zelf of de Kerk voor te beduiden, wat valt onder de *allegorie;* hetzij om de zeden van het christelijk volk, wat valt onder den *zedelijken* zin; hetzij om de toekomstige heerlijkheid, voor zoover we er door Christus ingeleid worden, wat valt onder de *anagogie.*

---

ceptorum caeremonialium est duplex : ordinabantur enim ad cultum Dei pro tempore illo, et ad figurandum Christum, sicut etiam verba Prophetarum sic respiciebant praesens tempus, quod etiam in figuram futuri dicebantur, ut Hieronymus dicit super Osee [sup. cap. 1, v. 3]. Sic igitur rationes praeeptorum caeremonialium veteris legis dupliciter accipi possunt : uno modo ex ratione cultus divini, qui erat pro tempore illo observandus; et rationes illae sunt literales, sive pertineant ad vitandum idololatriae cultum, sive ad rememoranda aliqua Dei beneficia, sive ad insinuandum excellentiam divinam, vel etiam ad designandam dispositionem mentis, quae tunc requirebatur in colentibus Deum.

Alio modo possunt eorum rationes assignari, secundum quod ordinantur ad figurandum Christum; et sic habent rationes figurales et mysticas; sive accipiantur ex ipso Christo et ecclesia, quod pertinet ad allegoriam; sive ad mores populi christiani, quod pertinet ad moralitatem; sive ad statum futurae gloriae, pout in eam introducimur per Christum, quod pertinet ad anagogiam.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Evenals de zin van een metaphorische uitspraak in de Schrift letterlijk is, omdat de woorden gebruikt worden om dat te beteekenen, zoo ook gaan de beteekenissen van de ceremoniën der Wet, die dienen om de weldaden van God te herdenken, waarom ze ingesteld zijn, of van andere dergelijke zaken, de orde van den letterlijken zin niet te boven. Vandaar moet als de zin van de Phase-viering aangegeven worden, dat het een teeken is van de bevrijding uit Egypte; en van de besnijdenis, dat het een teeken is van het verbond, dat God met Abraham gesloten had, wat valt onder den letterlijken bestaansgrond.

2. Die redeneering zou opgaan, indien de ceremonieel-voorschriften alleen gegeven waren om de toekomst voor te beduiden, en niet om God in den tegenwoordigen tijd te eeren.

3. Evenals bij de behandeling der menschelijke wetten (XCVI[e] Kw., 1[e] Art.) gezegd is, dat ze in het algemeen een oorzaak hebben, en niet met betrekking tot de bijzondere voorwaarden (deze toch hangen af van de willekeur der wetgevers), zoo ook hebben vele bijzondere bepalingen bij de ceremoniën der Oude

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut intellectus metaphoricae locutionis in Scripturis est literalis, quia verba ad hoc proferuntur ut hoc significent, ita etiam significationes caeremoniarum legis, quae sunt commemorativae beneficiorum Dei, propter quae institutae sunt, vel aliorum hujusmodi, quae ad illum statum pertinebant, non transcendunt ordinem literalium causarum. Unde oportet quod assignetur causa celebrationis Phase, quod est signum liberationis ex Ægypto; et quod circumcisio est signum pacti, quod Deus habuit cum Abraham ,quod pertinet ad causam literalem.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procederet, si caeremonialia praecepta essent data solum ad figurandum futurum, non autem ad praesentialiter Deum colendum.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut in legibus humanis dictum est [q. 96. art. 1.], quod in universali habeant rationem, non autem quantum ad particulares conditiones, sed haec sunt ex arbitrio instituentium, ita etiam multae particulares determinationes in caeremoniis veteris legis non habent

Wet geen letterlijken zin, maar alleen een figuurlijken; in het algemeen echter hebben ze ook een letterlijken zin.

III^e ARTIKEL.

Kan er een aannemelijke reden aangegeven worden voor de ceremoniën, die tot de offers behooren?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat er voor de ceremoniën, die bij de offers behooren, geen geschikte reden aangegeven kan worden. — 1. Datgene immers wat bij de offers werd opgedragen, is noodig om in de levensbehoeften der menschen te voorzien, zooals sommige dieren en brooden. Welnu God heeft daar geen behoefte aan, wat blijkt uit *Psalm* 49, 13 : « *Eet ik het vleesch der stieren of drink ik het bloed der bokken?* » Dus is het niet aannemelijk, dat dergelijke offers aan God werden opgedragen.

---

aliquam causam literalem, sed solum figuralem; in communi vero habent etiam causam literalem.

ARTICULUS III.

Utrum possit assignari conveniens ratio caeremoniarum, quae ad sacrificia pertinent.

[Isa. 1. lect. 4. fin. et Ps. 26. com. 2. et Hebr. 10. lect. 1. cap. 3. et 4.].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod non possit conveniens ratio assignari caeremonarium, quae ad sacrificia pertinent. Ea enim, quae in sacrificium offerebantur, sunt illa, quae sunt necessaria ad sustentandam humanam vitam, sicut animalia quaedam, et panes quidam; sed Deus tali sustentamento non indiget, secundum illud Ps. 49. [v. 13.]: « Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? » Ergo inconvenienter hujusmodi sacrificia Deo offerebantur.

2. Aan God werden slechts drie soorten viervoetige dieren opgedragen, nl. runderen, schapen, geiten; van de vogels in het algemeen slechts de tortelduif en de gewone duif, en voor een bepaald geval, nl. bij de reiniging van een melaatsche, musschen. Vele andere dieren echter staan hooger dan boven genoemde. En daar aan God moet worden afgestaan wat het beste is, schijnen niet alleen die offers aan God opgedragen te moeten worden.

3. Evenals de mensch van God de macht heeft over de vogelen en de dieren, zoo ook over de visschen. Het is dus niet aan te nemen, dat de visschen van de offers worden uitgesloten.

4. Zonder onderscheid wordt er bevolen tortels en duiven te offeren. Evenals er dus bevolen wordt de jongen van duiven te offeren, zoo ook de jongen van tortels.

5. God heeft het leven gegeven, niet alleen aan de menschen, maar ook aan de dieren, wat blijkt uit hetgeen er in het I^{e} Hoofdstuk van het Boek *Genesis* gezegd wordt (20 en vv.). Welnu de dood is aan het leven tegenovergesteld. Dus moest men aan God geen doode, maar levende dieren offeren, vooral daar ook de Apostel aanmaant, *dat we ons lichaam maken tot een levend*,

---

2. PRÆTEREA, in sacrificium divinum non offerebatur nisi de tribus generibus animalium quadrupedum, scilicet de genere boum, ovium, et caprarum; et de avibus, communiter quidem turtur et columba; specialiter autem in emundationem leprosi fiebat sacrificium de passeribus; multa autem animalia alia sunt his nobiliora; cum igitur omne quod est optimum, Deo sit exhibendum, videtur quod non solum de istis rebus fuerint Deo sacrificia offerenda.

3. PRÆTEREA, sicut homo a Deo habet dominium volatilium et bestiarum, ita etiam piscium; inconvenienter igitur pisces a divino sacrificio excludebantur.

4. PRÆTEREA, indifferenter offerri mandabatur turtures et columbae: sicut igitur madabantur offerri pulli columbarum, ita et pulli turturum.

5. PRÆTEREA, Deus est actor vitae non solum hominum, sed etiam animalium, ut patet per id quod dicitur Gen. 1 [v. 20. sqq.]; mors autem opponitur vitae; non ergo debuerunt Deo offerri animalia occisa, sed magis

heilig en God aangenaam offer. (*Brief aan de Romeinen*, 12, 1).

6. Indien alleen gedoode dieren bij de offers worden opgedragen, dan schijnt het onverschillig te zijn hoe ze gedood worden. Het is dus onaannemelijk, dat de manier waarop ze gedood moesten worden werd bepaald, vooral voor de vogels, zooals in het Boek *Leviticus* (1, 15, vv.).

7. Ieder gebrek bij een dier is een stap nader tot het bederf en den dood. Indien er dus doode dieren aan God geofferd werden, had het geen zin het offeren van gebrekkige dieren, zooals manke of blinde dieren enz. te verbieden.

8. Zij die aan God offeren, moeten er deel aan hebben, volgens het woord van den Apostel in zijn *I^e Brief aan de Corinthiërs* (10, 18) . « *Die van de offeranden eten, zijn in gemeenschap met het altaar.* » Het is dus onredelijk, dat sommige gedeelten van de offeranden aan de offeraars werden onttrokken, nl. het bloed en het vet.

9. Gelijk brandoffers ter eere Gods werden opgedragen, zoo ook de vrede- en zoenoffers. Welnu geen enkel vrouwelijk dier werd bij het brandoffer aan God opgedragen, terwijl er toch brandoffers werden opgedragen, zoowel van de viervoetige dieren

---

animalia viventia; praecipe quia etiam Apostolus monet Rom. 12. [v. 1.]: « Ut exhibeamus corpora nostra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem. »

6. PRÆTEREA, si animalia Deo in sacrificium non offerebantur nisi occisa, nulla videtur esse differentia, qualiter occidantur; inconvenienter igitur determinatur modus immolationis, praecipue in avibus, ut patet Lev. 1. [v. 15. sqq.].

7. PRÆTEREA, omnis defectus animalis via est ad corruptionem et mortem; si igitur animalia occisa Deo offerebantur, inconveniens fuit prohibere oblationem animalis imperfecti, puta claudi, aut caeci, aut aliter maculosi.

8. PRÆTEREA, illi qui offerunt hostias Deo, debent de his participare, secundum illud Apostoli 1. Cor. 10. [v. 18.]: « Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? » Inconvenienter igitur quaedam partes hostiarum offerentibus subtrahebantur, scilicet sanguis et adeps.

9. PRÆTEREA, sicut holocausta offerebantur in honorem Dei, ita etiam hostiae pacificae et hostiae pro peccato; sed nullam animal foemini sexus

als van de vogels. Dus is het niet aan te nemen, dat voor de vrede- en zoenoffers wel vrouwelijke dieren werden geofferd, en bij de vrede-offers geen vogels.

10. Alle vrede-offers schijnen onder één soort te vallen. Het onderscheid, dat het vleesch van sommige vrede-offers den volgenden dag niet mocht gegeten worden en van andere wel, had dus niet moeten gemaakt worden, zooals in *Leviticus* (7, 15-16).

11. Alle zonden komen hierin overeen, dat ze van God afkeeren. Dus moesten er voor het herstel van alle zonden slechts die volgende dingen aan God geofferd worden : brood, wijn, olie, wierook, zout.

12. Al de dieren, welke geofferd werden, werden op dezelfde manier geofferd, nl. nadat ze gedood waren. Het schijnt dus niet passend te zijn, dat de voortbrengselen der aarde op verschillende manieren geofferd werden : nu eens toch werden korenaren geofferd; dan weer meel; dan weer brood, dat ofwel in den oven gebakken werd, ofwel in een pan, ofwel op een rooster.

13. Alles wat ons ten gebruike komt, moeten wij als van

---

offerebatur Deo in holocaustum; fiebant tamen holocausta tam de quadrupedibus quam de avibus; ergo inconvenienter in hostiis pacificis et pro peccato offerebantur animalia feminini sexus; et tamen in hostiis pacificis non offerebantur aves.

10. PRÆTEREA, omnes hostiae pacificae unius generis esse videntur; non ergo debuit poni ista differentia, quod quorumdam pacificorum carnes non possent vesci in crastino, quorumdam autem possent, ut mandatur Lev. 7. [v. 15. sq.].

11. PRÆTEREA, omnia peccata in hoc conveniunt, quod a Deo avertunt; ergo pro omnibus peccatis in Dei reconciliationem unum genus sacrificii debuit offerri.

12. PRÆTEREA, omnia animalia, quae offerebantur in sacrificium, uno modo offerebantur, scilicet occisa; non videtur ergo conveniens, quod de terra nascentibus diversimode fiebat oblatio; nunc enim offerebantur spicae, nunc simila, nunc panis, quandoque quidem coctus in clibano, quandoque in sartagine, quandoque in craticula.

13. PRÆTEREA, omnia quae in usum nostrum veniunt, a Deo recognoscere

God komende erkennen. Het was dus verkeerd, dat er, buiten de dieren, aan God alleen brood, wijn, olie, wierook en zout werd opgedragen.

14. Lichamelijke offers zijn een uitdrukking van het innerlijk offer van het hart, waardoor de mensch zijn geest aan God offert. Welnu het innerlijk offer bevat meer zoetheid, welke de honing voorstelt, dan scherpte, welke het zout voorstelt. In *Ecclesiasticus* (24, 27) immers wordt gezegd : « *Mijn geest is zoeter dan honing* ». Dus werd op onaannemelijke wijze verboden, dat bij de offers honing en gist, wat ook het brood smakelijk maakt, zou gevoegd worden; en dat bevolen werd er zout bij te doen, wat scherpmakend is, en wierook, wat een bittere smaak heeft. Het is dus duidelijk, dat die dingen, welke tot de ceremoniën der offers behooren, geen redelijken grond hebben.

Maar daartegenover staat wat in het Boek *Leviticus* (1, 13) gezegd wordt : « *Alle offeranden zal de priester op het altaar ten brandoffer ontsteken en ten welriekenden geur voor den Heer* ». Welnu, zooals in het Boek der *Wijsheid* (7, 28) gezegd wordt, *bemint God niemand, tenzij hem, die met de wijsheid*

---

debemus; inconvenienter ergo praeter animalia, solum haec Deo offerebantur : panis, vinum, oleum, thus, sal.

14. PRÆTEREA, sacrificia corporalia exprimunt interius sacrificium cordis, quo homo spiritum suum offert Deo; sed in interiori sacrificio plus est de dulcedine, quam repraesentat mel, quam de mordacitate, quam repraesentat sal. Dicitur enim Eccli. 24 [v. 27.] : « Spiritus meus super mel dulcis. Ergo inconvenienter prohibebatur in sacrificio apponi sal, quod est mordicativum, et thus, quod habet saporem amarum. Videtur ergo, quod ea quae pertinent ad caeremonias sacrificiorum, non habeant rationabilem causam.

SED CONTRA est, quod dicitur Levi. 1. [v. 13.] : « Oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum, et odorem suavissimum Domino. » Sed, sicut dicitur Sap. 7. [v. 28.] « neminem diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat », ex quo potest accipi, quod quidquid est Deo acceptum, est cum sapientia; ergo illae caeremoniae sacrificiorum cum sapientia erant, velut habentes rationabiles causas.

samenwoont. Daaruit kan worden afgeleid, dat alwat aan God aangenaam is, met wijsheid is. Dus waren de ceremoniën, der offers met wijsheid, en hadden ze een redelijken grond.

LEERSTELLING. — Zooals in het vorig Artikel gezegd is, hadden de ceremoniën der Oude Wet een dubbelen zin, nl. een letterlijken, voor zoover ze een orde zegden tot den eeredienst; en een figuurlijken of mystieken, voor zoover ze een orde zegden tot de voorbeduiding van Christus. In beide zinnen kan men een aannemelijken grond aangeven van de ceremoniën, die bij de offers behoorden.

In zoover immers de offers een orde aangaven tot den eeredienst, kan er een dubbele grond voor de offers aangenomen worden. Ten eerste, in zoover door de offers een bepaalde geestesgesteltenis tot God werd voorgesteld, waartoe de offeraar werd opgewekt. Tot een goede geestesgesteltenis nu tot God behoort het, dat de mensch alles wat hij heeft, erkent als van God gekregen als van het eerste beginsel, en terugbrengt tot God als tot het laatste doel. Dit werd voorgesteld door de offeranden en offers, waarbij de mensch van zijn goederen God ter

---

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [ar. praec.], caeremoniae veteris legis duplicem causam habebant : unam scilicet literalem, secundum quod ordinabantur ad cultum Dei; aliam vero figuralem, sive mysticam, secundum quod ordinabantur ad figurandum Christum. Et ex utraque parte potest convenienter assignari causa caeremoniarum, quae ad sacrificia pertinebant.

Secundum enim quod sacrificia ordinabantur ad cultum Dei, causa sacrificiorum dupliciter accipi potest. Uno modo, secundum quod per sacrificia repraesentabatur ordinatio mentis in Deum, ad quam excitabatur sacrificium offerens. Ad rectam autem ordinationem mentis in Deum pertinet, quod omnia quae homo habet, recognoscat a Deo tamquam a primo principio, et ordinet in Deum tamquam in ultimum finem. Et hoc repraesentabatur in oblationibus et sacrificiis, secundum quod homo ex rebus suis quasi in recognitionem quod haberet ea a Deo, in honorem Dei ea offerebat, secundum quod dixit David 1. Paralip. 29. [v. 14] : « Tua sunt omnia, et quae de manu tua

eere offers opdroeg, waardoor hij als het ware te kennen gaf, dat het zijne van God was. Dit blijkt uit David's woorden in het Eerste Boek *Paralipomenon* (29, 14) : « *Alles is het uwe, en wat we uit Uwe handen ontvangen hebben, geven we U.* » Zoo beleed de mensch dus door het opdragen van offers, dat God de eerste oorzaak van de schepping der dingen was, en het laatste doel, waartoe alles moest teruggebracht worden. En daar het bij een goede geestesgesteltenis met betrekking tot God behoort, dat de menschelijke geest geen anderen eersten maker der dingen erkent buiten God, noch in iets anders zijn laatste doel stelt, daarom werd in de Wet verboden aan iemand anders offers op te dragen dan aan God, volgens het woord uit het Boek *Exodus* (22, 20) : « *Wie aan goden, behalve aan den Heer alleen, offert, zal gedood worden* ». Aldus kan men de reden voor de ceremoniën bij de offers nog op een andere manier aangeven, nl. om daardoor de menschen af te houden van afgoderij. Vandaar dan ook werden de voorschriften aangaande de offers aan het Joodsche volk eerst gegeven, nadat ze een neiging getoond hadden tot afgoderij door het aanbidden van het gegoten kalf. Dergelijke offers zijn dus als het ware ingesteld, opdat het volk, dat gaarne

---

accepimus, dedimus tibi. » Et ideo in oblatione sacrificiorum protestabatur homo, quod Deus esset primum principium creationis rerum et ultimus finis, ad quem essent omnia referenda. Et quia pertinet ad rectam ordinationem mentis in Deum, ut mens humana non recognoscat alium primum actorem rerum, nisi solum Deum, neque in aliquo alio finem suum constituat, propter hoc prohibebatur in lege offerri sacrificium alicui alteri, nisi Deo, secundum illud Exod. 22 [v. 20] : « Qui immolat diis occidetur, praeter Domino soli. » Et ideo de causa caeremoniarum circa sacrificia potest assignari ratio alio modo ex hoc, quod per hujusmodi homines retrahebantur a sacrificiis idolorum; unde etiam praecepta de sacrificiis non fuerunt data populo Judaerum, nisi postquam declinavit ad idololatriam, adorando vitulum conflatilem, quasi hujusmodi sacrificia sint instituta, ut populus ad sacrificandum promptus hujusmodi sacrificia magis Deo, quam idolis offeret. Unde dicitur Jer. 7 [v. 22] : « Non sum locutus cum patribus vestris, et non praecepi eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocautomatum et victimarum. »

offers opdroeg zijn offers eerder aan God dan aan de afgoden zou opdragen. Vandaar zegt *Jeremias* (7,22) : « *Ik heb niet met uwe vaderen gesproken en hen niet geboden, ten dage toen ik hen ontvoerde uit het land Egypte, ter zake van de brandoffers en de slachtoffers* ».

Onder al de gaven echter die God aan het door de zonde gevallen menschengeslacht gegeven heeft, is de voornaamste geweest, dat Hij zijn Zoon gegeven heeft. Vandaar zegt *Joannes* (3, 16) : « *Zoo heeft God de wereld liefgehad, dat Hij zijn eeniggeboren Zoon gegeven heeft, opdat eenieder, die in Hem gelooft, niet verloren ga, maar het eeuwig leven hebbe* ». Daarom is het machtigste offer dat, waarin Christus zich zelf opdraagt aan God tot liefelijken geur, zooals in den *Brief aan de Ephesiërs* gezegd wordt (5, 2). Alle offers tijdens de Oude Wet werden dan ook opgedragen om dit eene en voornaamste offer te verbeelden, zooals het volmaakte door het onvolmaakte verbeeld wordt. Daarom zegt de Apostel in zijn *Brief aan de Hebreërs* (10, 11-12), *dat de priester van de Oude Wet dikwijls dezelfde offers opdroeg, zonder dat ze ooit de zonden konden wegnemen, terwijl Christus voor altijd slechts één offer opgedragen heeft.* En omdat het verbeelde de reden in het beeld vindt, daarom vinden de verbeelden-

---

Inter omnia autem dona, quae Deus humano generi jam per peccatum lapso dedit, praecipuum est quod dedit Filium suum; unde dicitur Joan. 3 [v. 16] : « Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in ipsum non pereat, sed habeat vitam aeternam. » Et ideo potissimum Sacrificium est, quo ipse Christus seipsum obtulit Deo in odorem suavitatis, ut dicitur ad Ephes. 5 [v. 2] ; et propter hoc omnia alia sacrificia offerebantur in veteri lege, ut hoc singulare et praecipuum sacrificium figuraretur, tamquam perfectum per imperfecta. Unde Apostolus dicit ad Hebr. 10 [v. 11 sq.], quod Sacerdos veteris legis easdam saepe offerebat hostias, quae numquam possunt auferre peccata; Christus autem pro peccatis obtulit unam in sempiternum. Et quia ex figurato sumitur ratio figurae, ideo rationes sacrificiorum figuralium veteris legis sunt sumendae ex vero sacrificio Christi.

de offers van de Oude Wet hun reden in het ware offer van Christus.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. God wilde dergelijke offers niet om de zaken zelf, die werden geofferd, alsof Hij ze noodig had. Vandaar zegt *Isaias* (1, 11) : « *De brandoffers van rammen en het vet van mestkalveren en het bloed van varren en van bokken en van lammeren heb ik niet gewild* ». Maar zooals (in de Leerstelling) gezegd is, wilde Hij, dat ze Hem opgedragen zouden worden, zoowel om afgoderij uit te sluiten als om de verplichte orde van den menschelijken geest tot God aan te geven, alsook om het geheim der verlossing van het menschdom door Christus voor te beduiden.

2. Met betrekking tot alles wat hierboven vermeld wordt, is er een voldoende reden, waarom die dieren aan God ten offer werden opgedragen en andere niet. Ten eerste, om afgoderij uit te sluiten, want alle andere dieren werden door de afgodendienaars aan hun goden opgedragen, of ten kwade gebruikt. Deze dieren toch waren bij de Egyptenaren, waarmede de Joden verkeerd hadden, afschuwelijk om te dooden, en vandaar offerden

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deus non volebat hujusmodi sacrificia sibi offerri propter ipsas res, quae offerebantur, quasi eis indigeret : unde dicitur Isa. 1. [v. 11] : « Holocausta arietum et adipem pinguium et sanguinem vitulorum et hircorum et agnorum nolui. » Sed volebat ea sibi offerri, ut supra dictum est [in corp.], tum ad excludendam idololatriam, tum ad significandum debitum ordinem mentis humanae in Deum, tum etiam ad figurandum mysterium redemptionis humanae per Christum.

AD SECUNDUM dicendum, quod quantum ad omnia praedicta ratio conveniens fuit, quare ista animalia offerebantur Dei in sacrificium, et non alia. Primo quidem ad excludendum idololatriam : quia omnia alia animalia offerebant idololatriae diis suis, vel eis ad maleficia utebantur. Ista autem animalia apud Aegyptios, cum quibus conversati erant, abominabilia erant ad occidendum. Unde ea non offerebant in sacrificium diis suis; unde dicitur Exod. 8 [v. 26] : « Abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. » Oves enim colebant, hircos venerabantur, quia in eorum figura dae-

zij ze niet aan hun goden. Daarom lezen we in het Boek *Exodus* (8, 26) : « *Wat voor de Egyptenaren een gruwel is, zullen wij offeren voor den Heer, onzen God* ». Schapen immers vereerden zij, alsook geiten, omdat de geesten in hun gedaanten verschenen; de runderen gebruikten zij voor den landbouw, wat ze voor heilig hielden.

Ten andere was het ook geschikt voor bovengenoemde goede geestesgesteltenis met God, en dit om twee redenen, ten eerste omdat zulke dieren het meest noodig zijn voor 's menschen levensonderhoud, en daarenboven zijn zij het meest rein en hebben zij het zuiverste voedsel; de andere dieren daarentegen zijn ofwel boschdieren, en dus niet ten algemeene nutte; ofwel huisdieren, maar hebben onrein voedsel, zooals het varken en de hen, en alleen datgene wat zuiver is, moet voor God aangewend worden. Die vogels echter werden in het bijzonder aan God opgedragen, omdat zij in het land van de belofte overvloedig waren. Ten tweede, omdat door het slachten van zulke dieren de zuiverheid van geest wordt aangegeven; omdat, gelijk in de Glossa op het Boek *Leviticus* (1e H.) gezegd wordt, *wij een kalf offeren, wanneer wij den hoogmoed van het vleesch overwinnen; een lam, wanneer*

---

mones apparebant; bobus etiam utebantur ad agriculturam, quam inter res sacras habebant.

Secundo hoc conveniens erat ad praedictam ordinationem mentis in Deum, et hoc dupliciter. Primo quidem, quia hujusmodi animalia maxime sunt per quae sustentatur humana vita, et cum hoc mundissima sunt, et mundissimum habent nutrimentum; alio vero animalia vel sunt sylvestria, et non sunt communiter hominum usui deputata; vel si sunt domestica, immundum habent nutrimentum, ut porcus, et gallina. Solum autem id, quod est purum, Deo est attribuendum. Hujusmodi autem aves specialiter offerebantur, quia habentur in copia in terra promissionis. Secundo, quia, per immolationem hujusmodi animalium puritas mentis designatur; quia, ut dicitur in Glos. Levit. 1, vitulum offerimus, cum carnis superbiam vincimus; agnum, cum irrationales motus corrigimus; hoedum, cum lasciviam superamus; turturem, cum castitatem servamus; panes azymos, cum in azymis sinceritatis epulamur; in co-

wij de onredelijke bewegingen regelen; een bok, wanneer wij de wulpschheid overwinnen; een tortel, wanneer wij de zuiverheid onderhouden; ongedeesemd brood, wanneer we het ongedeesemd brood der waarheid eten. In de duif toch is het duidelijk, dat de liefde en eenvoudigheid des geestes wordt voorbeduid.

Op de eerste plaats was het passend, dat deze dieren geofferd werden, ter voorbeduiding van Christus, omdat, gelijk in dezelfde Glossa gezegd wordt, *Christus als een lam geofferd wordt, om de kracht van het kruis; als een schaap, om zijn onschuld; als een ram, om zijn heerschappij; als een geitebok, om de gelijkenis van het vleesch der zonde*; door een tortel en een duif werd de verbinding der twee naturen aangeduid, ofwel door de tortel de zuiverheid, en door de duif de liefde; door het meel werd de besprenkeling der geloovigen door het water des doopsels voorbeduid.

3. De visschen, die in het water leven, zijn de menschen meer vreemd dan de overige dieren, die in de lucht leven, gelijk ook de mensch, en eveneens sterven de uit het water genomen visschen terstond. Daarom konden zij niet in den tempel geofferd worden, gelijk de andere dieren.

---

lumba vero manifestum est quod significatur castitas (1), et simplicitas mentis.

Tertio vero conveniens fuit haec animalia offerri in figuram Christi, quia ut in eadem Glossa dicitur, Christus in vitulo offertur, propter virtutem crucis; in agno, propter innocentiam; in ariete, propter principatum; in hirco, propter similitudinem carnis peccati; in turture et columba duarum naturarum conjunctio monstrabatur, vel in turture castitas, in columba charitas significabatur; in similagine aspersio credentium per aquam baptismi figurabatur.

AD TERTIUM dicendum, quod pisces, qui in aqua vivunt, magis sunt alieni ab homine, quam caetera animalia, quae vivunt in aëre, sicut et homo. Et iterum pisces ex aqua extracti statim moriuntur: unde non poterant in templo offerri, sicut alia animalia.

---

(1) caritas.

4. Van de tortels zijn de groote beter dan de jongen; bij de duiven echter andersom. Daarom werd er, gelijk Rabbi Mozes zegt (in zijn boek « *De Gids der verdwaalden* », XLVI^e^ H.), bevolen, dat er tortels en jongen van duiven zouden geofferd worden, omdat al het beste aan God moet worden gegeven.

5. De bij het offer opgedragen dieren werden gedood, omdat zij, gedood zijnde, ten gebruike van den mensch komen. Daarom werden zij door het vuur verbrand, omdat zij, door het vuur gekookt, geschikt worden voor menschelijk voedsel. Evenzoo wordt door het dooden van dieren ook de vernietiging der zonde beduid, en dat de menschen den dood schuldig waren om hun zonden. Door het dooden van dergelijke dieren werd ook de dood van Christus voorbeduid.

6. In de Wet werd een bepaalde manier om de dieren te dooden voorgeschreven, om andere manieren uit te sluiten, waarop afgodendienaars hun dieren voor de afgoden slachtten, of ook gelijk Rabbi Mozes zegt (t. a. pl., XLIX^e^ H.) *koos de wet die manier van dooden uit, waardoor de dieren het minst gepijnigd werden, waardoor ook én de onbarmhartigheid der offeraars, én een verminking van de gedoode dieren werd uitgesloten.*

AD QUARTUM dicendum, quod in turturibus meliores sunt majores, quam pulli; in columbis autem e converso. Et ideo, ut Rabbi Moyses dicit [lib. 3. Dux errant. cap. 46], mandantur offerri turtures et pulli columbarum, quia omne, quod est optimum, Deo est attribuendum.

AD QUINTUM dicendum, quod animalia in sacrificium oblata occidebantur, quia veniunt in usum hominis occisa, secundum quod a Deo dantur homini ad esum. Et ideo etiam igni cremabantur, quia per ignem decocta fiunt apta humano usui. Similiter etiam per occisionem animalium significatur destructio peccatorum, et quod homines erant digni occisione pro peccatis suis, ac si illa animalia loco eorum occiderentur, ad significandam expiationem peccatorum; per occisionem etiam hujusmodi animalium significabatur occisio Christi.

AD SEXTUM dicendum, quod specialis modus occidendi animalia immolata determinabatur in lege ad excludendum alios modos, quibus idololatrae animalia idolis immolabant; vel etiam, ut Rabbi Moyses dicit [loc. cit. cap. 49.], lex elegit genus occisionis, quo animalia minus affligebantur occisa, per quod etiam excludebatur et immisericordia offerentium, et deterioratio animalium occisorum.

7. Omdat gebrekkige dieren ook bij de menschen gewoonlijk in verachting staan, daarom was het verboden, dat zij aan God ten offer werden opgedragen; waarom ook verboden was, hoerenloon of hondenprijs in het huis van God te offeren (*Deuteronomium*, 23, 18). En om dezelfde reden werden geen dieren vóór den zevenden dag opgedragen, omdat dergelijke dieren als het ware afgedreven waren, en om hun zwakheid nog niet ten volle het bestaan hadden.

8. Er waren drie soorten offers : een soort was er die verbrand werd, en die dan ook *brandoffers* genoemd werd, omdat ze geheel verbrand werden. Want zulk een spijsoffer werd aan God opgedragen bijzonder uit eerbied voor zijn majesteit en uit liefde voor zijn goedheid, en kwam overeen met den graad van volmaaktheid van den staat in het vervullen van de raden. Dit offer werd geheel verbrand opdat, gelijk het geheel ontbonden dier in rook opsteeg, zoo ook zou worden aangeduid, dat geheel de mensch en alles wat van hem was, onderworpen was aan de macht van God, en aan Hem moest worden opgedragen.

Een ander soort was *het offer voor de zonden*, wat aan God opgedragen werd krachtens de noodzakelijkheid van de vergiffenis

---

AD SEPTIMUM dicendum, quod quia animalia maculosa solent haberi contemptui etiam apud homines, ideo prohibitum est ne Deo in sacrificium offerrentur; propter quod etiam prohibitum erat ne mercedem prostibuli aut pretium canis in domum Dei offerent [Deuteron. 23. v. 18]; et eadem etiam ratione non offerebant animalia ante septimum diem, quia talia animalia erant quasi abortiva, nondum plene consistentia propter teneritudinem.

AD OCTAVUM dicendum, quod triplex erat sacrificiorum genus. Quoddam erat, quod totum comburebatur; et hoc dicebatur holocaustum, quasi totum incensum; hujusmodi enim sacrificium offerebatur Deo specialiter ad reverentiam majestatis ipsius, et amorem bonitatis ejus. Et conveniebat perfectionis statui in impletione consiliorum, et ideo totum comburebatur, ut sicut totum animal resolutum in vaporem sursum ascendebat, ita etiam significaretur totum hominem et omnia quae ipsius sunt, Dei dominii esse subjecta et ei esse offerenda.

Alliud autem erat sacrificium pro peccato, quod offerebatur Deo ex necessitate remissionis peccati. Et conveniebat statui poenitentium in sa-

der zonden. Dit paste aan den toestand van diegenen, die boeten voor hun zonden, en werd verdeeld in twee deelen; het eerste gedeelte er van werd verbrand, het andere gedeelte echter verviel aan den priester, om aan te duiden, dat de uitboeting der zonden geschiedt door God, door de bediening der priesters, tenzij er een offer aan God opgedragen werd voor de zonde van het volk of in het bijzonder voor de zonden van den priester. In dit geval toch werd het geheel verbrand. Dat immers wat voor de zonde der priesters werd opgedragen, mocht niet aan het gebruik van de priesters vervallen, opdat in hen niets van de zonde zou overblijven, en omdat dat geen voldoening voor de zonde zou zijn. Want het zou schijnen dat het, indien het ten gebruike zou vervallen aan hen, voor wier zonden het geofferd werd, hetzelfde was als was het niet geofferd.

De derde soort offer werd *vrede-offer* genoemd, dat aan God werd opgedragen, ofwel om dank te zeggen, ofwel om behoud en voorspoed der offeraars, voor een te ontvangen of reeds ontvangen weldaad. Dit was goed voor die vorderingen maakten in de vervulling der voorschriften. Dit offer was verdeeld in drie deelen. Want een gedeelte werd ter eere Gods verbrand, een ander

---

tisfactione peccatorum. Quod dividebatur in duas partes: nam una pars ejus comburebatur; altera vero cedebat in usum sacerdotum, ad significandum quod expiatio peccatorum fit a Deo per ministerium sacerdotum; nisi quando offerebatur sacrificium pro peccato populi, vel specialiter pro peccato sacerdotis. Tunc enim totum comburebatur : non enim debebant in usum sacerdotum venire ea, quae pro peccato eorum offerebantur, ut nihil peccati in eis remaneret, et quia hoc non esset satisfactio pro peccato : si enim cederet in usum eorum, pro quorum peccatis offerebatur, idem esse videretur, ac si non offerretur.

Tertium vero sacrificium vocabatur hostia pacifica, quae offerebatur Deo vel pro gratiarum actione, vel pro salute et prosperitate offerentium ex debito beneficii vel accipiendi, vel accepti. Et convenit statui proficientium, in impletione mandatorum; et ista dividebantur in tres partes : nam una pars incendebatur ad honorem Dei; alia pars cedebat in usum sacerdotum; tertia vero pars in usum offerentium, ad significandum quod salus

gedeelte verviel aan de priesters, en een derde gedeelte aan de offeraars, om aan te duiden, dat het heil van den mensch voortkomt van God, onder de leiding van de bedienaars van God, en met de medewerking van de menschen zelf, die behouden worden.

In het algemeen nu werd dit onderhouden, dat het bloed en de reuzel in het vuur verbrand werd. De eerste reden daarvan was om de afgoderij uit te sluiten. De afgodendienaars immers dronken van het bloed der slachtoffers en aten de reuzel, volgens het woord uit het Boek *Deuteronomium* (32, 38) : « *Van wier slachtoffers zij het vet aten en van wier plengoffers zij den wijn dronken* ». De tweede reden is tot vorming van de menschelijke zeden, want het gebruik van het bloed werd verboden, opdat de menschen voor het vergieten van menschenbloed zouden huiveren; vandaar wordt er in het Boek *Genesis* (9, 4-5) gezegd : « *Vleesch met bloed zult gij niet eten, want het bloed uwer zielen zal ik terugeischen* ». Het eten van vet echter was hun verboden, om de wulpschheid te vermijden; vandaar wordt in *Ezechiël* (34, 3) gezegd : « *Wat vet was, hebt gij gedood* ». De derde reden is uit eerbied voor God, omdat het bloed het meest noodzakelijk is voor het leven, waarom gezegd wordt, dat de ziel in het bloed

---

hominis procedit a Deo, dirigentibus ministris Dei, et cooperantibus ipsis hominibus, qui salvantur.

Hoc autem generaliter observabatur, quod sanguis et adeps non veniebant neque in usum sacerdotum, neque in usum offerentium; sed sanguis effundebatur ad crepidinem altaris in honorem Dei; adeps vero adurebatur in igne. Cujus ratio una quidem fuit ad excludendam idololatriam : idololatrae enim bibebant de sanguine victimarum, et comedebant adipes, secundum illud Deut. 32 [v. 38.] : « De quorum victimis comedebant adipes, et bibebant vinum libaminum. » Secunda ratio est ad informationem humanae vitae : prohibebatur enim eis usus sanguinis ad hoc, quod horrerent humani sanguinis effusionem; unde dicitur Gen. 9. [v. 4. sq.] : « Carnem cum sanguine non comedetis : sanguinem enim animarum vestrarum requiram. » Esus vero adipum prohibebatur eis ad vitandam lasciviam; unde dicitur Ezech. 34. [v. 3.] : « Quod crassum erat, occidebatis. » Tertia vero ratio est propter reverentiam divinam : quia sanguis est maxime necessarius ad

is. Het vet echter duidt op overvloed van voedsel. Om nu aan te geven, dat én het leven én het voldoende-zijn van goederen van God komt, werd het bloed ter eere Gods uitgestort en het vet verbrand. De vierde reden is, dat daardoor het uitstorten van Christus' bloed werd voorbeduid en het vet van zijn liefde, waardoor Hij zichzelf voor ons aan God offerde.

Van de vrede-offers nu vervielen de borst en het rechterschouderblad aan de priesters ten gebruike, om een soort waarzeggerij uit te sluiten, welke « schouderbladlezerij » genoemd wordt, omdat men nl. in de schouderbladen van geslachte dieren de toekomst meende te lezen, alsook in het borstbeen, waarom die dingen aan de offeraars ontnomen werden. Hierdoor werd ook aangeduid, dat voor den priester wijsheid des harten noodig was om het volk te onderrichten, wat aangeduid werd door de borst, die het hart bedekt; en ook sterkte om de gebreken te verdragen, wat door het rechterschouderblad werd aangeduid.

9. Onder de offers was het brandoffer het volmaaktste; daarom werd bij de brandoffers alleen het manlijke geofferd, want het vrouwelijke is een onvolmaakt dier. Het opdragen van tortels en duiven was om de armoede van de offeraars, omdat zij geen groo-

---

vitam, ratione cujus dicitur anima esse in sanguine: adeps autem abundantiam nutrimenti demonstrat; et ideo, ut ostenderetur quod a Deo nobis est et vita, et omnis bonorum sufficientia, ad honorem Dei effundebatur sanguis et adurebatur adeps. Quarta ratio est, quia per hoc figurabatur effusio sanguinis Christi, et pinguedo charitatis ejus, per quam se obtulit Deo pro nobis.

De hostiis autem pacificis in usum sacerdotis cedebat pectusculum et armus dexter, ad excludendum quamdam divinationis speciem, quae vocatur spatulamantia, quia scilicet in spatulis animalium immolatorum divinabant, et similiter in osse pectoris; et ideo ista offerentibus subtrahebantur. Per hoc etiam significabatur, quod sacerdoti erat necessaria sapientia cordis ad instruendum populum, quod significabatur per pectus, quod est tegumentum cordis; et etiam fortitudo ad sustentandum defectus, quae significatur per armum dextrum.

Ad nonum dicendum, quod quia holocaustum erat perfectissimum inter sacrificia, ideo non offerebatur in holocaustum nisi masculus, nam foemina

tere dieren konden offeren. En omdat de vrede-offers om niet werden opgedragen en niemand ze moest offeren tenzij vrijwillig, daarom werden groote vogels niet als vrede-offer opgedragen, maar als brand- en zonde-offer, die men soms moest opdragen. Ook passen dergelijke vogels om de hoogheid van hun vlucht goed bij de volmaaktheid van brandoffers, en ook bij de zonde-offers, daar zij een geklaag als zang hebben.

10. Onder alle offers was *het brandoffer* het voornaamste, omdat het geheel verbrand werd ter eere Gods en niets er van werd gegeten. De tweede plaats in waardigheid nam *het zonde-offer* in, omdat er alleen in den voorhof op denzelfden dag van het offer door de priesters van gegeten werd. De derde plaats werd ingenomen door de *vrede-offers uit dankbaarheid*, die gegeten werden op denzelfden dag, maar overal in Jerusalem. De vierde plaats namen de *vrede-offers uit belofte* in, waarvan het vleesch ook den volgenden dag kon gegeten worden. De reden van die orde is, dat de mensch God het meest verschuldigd is om zijn majesteit, ten tweede om een Hem aangedane beleediging, ten derde om reeds ontvangen weldaden, en ten vierde om verhoopte weldaden.

---

est animal imperfectum. Oblatio autem turturum et columbarum erat propter paupertatem offerentium, quia majora animalia offerre non poterant; et quia hostiae pacificae gratis offerebantur, et nullus eas offerre cogebatur nisi spontaneus, ideo hujusmodi aves non offerebantur inter hostias pacificas, sed inter holocausta et hostias pro peccato, quas quandoque oportebat offerre. Aves etiam hujusmodi propter altitudinem volatus congruunt perfectioni holocaustorum, et etiam hostiis pro peccato, quia habent gemitum pro cantu.

AD DECIMUM dicendum, quod inter omnia sacrificia holocaustum erat praecipuum, quia totum comburebatur in honorem Dei, et nihil ex eo comedebatur. Secundum vero locum in sanctitate tenebat hostia pro peccato, quia comedebatur solum in atrio a sacerdotibus in ipsa die sacrificii. Tertium vero grandum tenebant hostiae pacificae pro gratiarum actione, quae comedebantur ipso die, sed ubique in Jerusalem. Quartum vero locum tenebant hostiae pacificae ex voto, quarum carnes poterant etiam in crastino comedi. Et est ratio hujus ordinis, quia maxime obligatur homo Deo propter ejus majestatem; secundo propter offensam commissam; tertio propter beneficia jam suscepta; quarto propter beneficia sperata.

11. Gelijk vroeger gezegd is (LXXIII[e] Kw., 10[e] Art.), worden de zonden verzwaard door den toestand van den zondaar. Daarom werden er andere offers ter opdracht bevolen voor de zonde van een priester en van een vorst, of van een privaat persoon. Men moet echter, gelijk Rabbi Moyzes zegt in zijn boek *De Gids der Verdwaalden* (III[e] B., XLVI[e] H.), in aanmerking nemen, dat naarmate de zwaarte der zonde, een lager soort dier werd opgedragen. Vandaar werd een geit, wat het geringste dier is, opgedragen voor afgoderij, wat de grootste zonde is; voor de onwetendheid van een priester echter een kalf; voor de nalatigheid van een vorst, een geitenbok.

12. De Wet heeft in de offers de armoede der offeraars willen voorzien, opdat wie geen viervoetig dier kon hebben, minstens een vogel zou opdragen; en die die niet kon hebben, minstens een brood; en indien hij dat niet kon hebben, minstens meel of een korenaar.

De figuurlijke zin nu is, dat het brood op Christus wees, die het levende brood is, gelijk Joannes (6, 41 en 51) zegt. In den toestand der natuurwet toch was Christus in het geloof der vaderen als in een *aar;* als *meel* was Hij in de leering der Wet en der

---

AD UNDECIMUM dicendum, quod peccata aggravantur ex statu peccantis, ut supra dictum est [q. 73. art. 10.]; et ideo alia hostia mandabatur offerri pro peccato sacerdotis et principis, vel alterius privatae personae. Est autem attendendum, ut Rabbi Moyses dicit [lib. 3. Dux errantium, cap. 46], quod quanto gravius erat peccatum, tanto vilior species animalis offerebatur pro eo; unde capra, quod est vilissimum animal, offerebatur pro idololatria, quod est gravissimum peccatum; pro ignorantia vero sacerdotis offerebatur vitulus; pro negligentia autem principis hircus.

AD DUODECIMUM dicendum, quod lex in sacrificiis providere voluit paupertati offerentium; ut qui non posset habere animal quadrupes, saltem offerret avem; quam qui habere non posset, saltem afferret panem; et si hunc habere non posset, saltem offeret farinam, vel spicas.

Causa vero figuralis est, quia panis significat Christum, qui est panis vivus, ut dicitur Joann. 6. [v. 41, 51]; qui quidem erat velut in spica pro statu legis naturae in fide Patrum; erat autem sicut simila in doctrina legis et

profeten; als *gevormd brood* na de aangenomen menschelijke natuur; *gekookt door het vuur*, d. i. gevormd door den Heiligen Geest, in den oven van den maagdelijken schoot; *gekookt in een pan*, door de pijnen die Hij in de wereld doorstond; op het kruis echter als *op een rooster gebraden*.

13. Datgene wat van de voortbrengselen der aarde ten gebruike van den mensch komt, is ofwel spijs, en daarvan werd het brood geofferd; ofwel drank, en daarvan werd de wijn geofferd; ofwel specerij, en daarvan werd olie en zout geofferd; ofwel geneesmiddel, en daarvan werd wierook geofferd, wat welriekend is en stevigmakend. Door het brood nu wordt het vleesch van Christus voorgesteld; door den wijn zijn bloed, waardoor wij verlost zijn; de olie stelt de genade van Christus voor; het zout, de wijsheid; de wierook, het gebed.

14. Honing werd niet als offer voor God opgedragen, zoowel omdat het gewoonlijk bij de afgodenoffers werd opgedragen, alsook om iedere vleeschelijke zoetheid en genot van dengene, die aan God wilde offeren, uit te sluiten. Zuurdeeg werd niet geofferd, om het bederf uit te sluiten, en misschien ook omdat het gewoonlijk bij afgodenoffers werd opgedragen. Het zout werd

---

Prophetarum; erat autem sicut panis formatus post humanitatem assuptam; coctus igne, idest formatus Spiritu Sancto in clibano uteri virginalis; qui etiam fuit coctus in sartagine per labores quos in mundo sustinebat; in cruce vero, quasi in craticula adustus.

AD DECIMUMTERTIUM dicendum, quod ea quae in usum hominis veniunt de terrae nascentibus, vel sunt in cibum, et de his offerebatur panis; vel sunt in potum, et de his offerebatur vinum; vel sunt in condimentum, et de his offerebatur oleum et sal; vel sunt in medicamentum, et de his offerebatur thus, quod est aromaticum et consolidativum. Per panem autem figuratur caro Christi; per vinum autem sanguis ejus, per quem redempti sumus; oleum figurat gratiam Christi; sal scientiam; thus orationem.

AD DECIMUMQUARTUM dicendum, quod mel non offerebatur in sacrificiis Dei, tum quia consueverat offerri in sacrificiis idolorum, tum etiam ad excludendam omnem carnalem dulcedinem et voluptatem ab his, qui Deo sacrificare intendunt. Fermentum vero non offerebatur ad excludendam

daarentegen opgedragen, daar het het bederf verhindert: de offers toch moeten onbedorven zijn, en ook omdat door het zout het beleid der wijsheid of de versterving van het vleesch wordt aangeduid. Wierook werd aan God opgedragen om de toewijding van den geest aan te duiden, die noodzakelijk is voor de offeraars, en ook den geur van een goeden naam, want wierook is zoet en geurig. En daar het offer der ijverzucht niet uit toewijding voortkomt, maar meer uit achterdocht, daarom wordt daarbij geen wierook opgedragen.

IV^e^ ARTIKEL.

Kan men een zekere reden van bestaan aangeven voor de ceremoniën, die bij de heilige zaken behooren?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat voor de ceremoniën van de Oude Wet, die bij de heilige zaken gebruikt werden, geen voldoende reden kan aangegeven worden. — 1. Paulus immers zegt (*Handelingen*, 17, 24) : « *De God, die de wereld en al wat daarin is gemaakt heeft, die de Heer van hemel en aarde is, die woont*

---

corruptionem, et forte etiam in sacrificiis idolorum solitum erat offerri. Sal autem offerebatur, quia impedit corruptionem putredinis, sacrificia autem Dei debent esse incorrupta, et etiam quia in sale significatur discretio sapientiae, vel etiam mortificatio carnis. Thus autem offerebatur Deo, ad designandam devotionem mentis, quae est necessaria offerentibus, et etiam ad designandum odorem bonae famae, nam thus et pingue est et odoriferum. Et quia sacrificium zelotypiae non procedebat ex devotione, sed magis ex suspicione, ideo in eo non offerebatur thus.

ARTICULUS IV.

Utrum assignari possit certa ratio caeremoniarum quae ad sacra pertinent.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod caeremoniarum veteris legis quae ad sacra pertinent, sufficiens ratio assignari non possit : dicit enim

niet in tempels met handen gemaakt ». Het is dus niet passend, dat in de Oude Wet voor den eeredienst, een tabernakel en een tempel staan voorgeschreven.

2. De toestand der Oude Wet werd alleen door Christus veranderd. Welnu de tabernakel duidde den toestand aan der Oude Wet. Dus moest hij niet veranderd worden door den bouw van een tempel.

3. De goddelijke wet moet de menschen voornamelijk leiden tot den eeredienst. Welnu bij de vermeerdering van den eeredienst behoort, dat er vele altaren en vele tempels zijn, gelijk uit de Nieuwe Wet blijkt. Bijgevolg moest er ook in de Oude Wet niet slechts één tempel zijn of één altaar, maar vele.

4. De tabernakel of tempel was gericht op den eeredienst van God. Welnu in God moet vooral de eenheid en enkelvoudigheid vereerd worden. Dus schijnt het niet passend geweest te zijn, dat het tabernakel of de tempel door een doek gescheiden was.

5. De kracht van den eersten beweger, die God is, blijkt allermeest in het Oosten, vanwaar de eerste beweging begint. Welnu de tabernakel was ingesteld voor de aanbidding Gods. Bijgevolg

---

Paulus Act. 17 [v. 24] : « Deus qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt, hic coeli et terrae cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat. » Inconvenienter igitur ad cultum Dei tabernaculum vel templum in lege veteri est institutus.

2. PRÆTEREA, status veteris legis non fuit immutatus nisi per Christum; sed tabernaculum disignabat statum veteris legis; non ergo debuit mutari per aedificationem alicujus templi.

3. PRÆTEREA, divina lex praecipue debet homines inducere ad divinum cultum; sed ad augmentum divini cultus pertinet, quod fiant multa altaria et multa templa, sicut patet in nova lege; ergo videtur, quod etiam in veteri lege non debuit esse solum unum templum, aut unum tabernaculum, sed multa.

4. PRÆTEREA, tabernaculum, seu templum, ad cultum Dei ordinabatur; sed in Deo praecipue oportet venerari unitatem et simplicitatem; non videtur igitur fuisse conveniens, ut tabernaculum, seu templum, per quaedam vela distingueretur.

5. PRÆTEREA, virtus primi moventis, quae est Deus, primo apparet in parte Orientis, a qua parte incipit primus motus; sed tabernaculum fuit

moest hij eerder naar het Oosten gekeerd zijn dan naar het Westen.

6. In *Exodus* (20, 4) heeft de Heer bevolen, dat men geen gesneden beeld zou maken noch eenige gelijkenis. Het was dus niet passend, dat er in den tabernakel of in den tempel engelenbeelden gesneden waren. Evenzoo schijnen de ark en de verzoendeksel en de kandelaren en de tafel en het dubbel altaar daar zonder redelijken grond geweest te zijn.

7. De Heer heeft bevolen (*Exodus*, 20, 24) : « *Een altaar van aarde zult gij Mij maken* », en : « *Gij zult niet langs treden tot mijn altaar opklimmen* ». Later werd dus ongepast bevolen, dat het altaar uit met goud of koper overtrokken hout gemaakt moest worden, en van zulk een hoogte, dat men er zonder treden niet zou kunnen opklimmen. Immers in het Boek *Exodus* (27,26) wordt gezegd : « *Gij zult het altaar van acaciahout maken, dat vijf el in de lengte heeft en evenzooveel in de breedte, en drie el in de hoogte zal bedragen, en gij zult dit overdekken met koper* ». Er wordt ook gezegd (*Exodus*, 23, 1-2) : « *Gij zult een altaar maken van acaciahout om reukwerk te branden, en gij zult het bekleeden met allerzuiverst goud* ».

---

institutum ad Dei adorationem; ergo debebat esse dispositum magis versus Orientem, quam versus Occidentem.

6. PRÆTEREA, Exod. 20 [v. 4] , Dominus praecepit, ut non facerent sculptile, neque aliquam similitudinem. Inconvenienter igitur in tabernaculo vel in templo fuerunt sculptae imagines Cherubim; similiter etiam et arca, et propitiatorium, et candelabrum, et mensa, et duplex altare sine rationabili causa ibi fuisse videntur.

7. PRÆTEREA, Dominus praecepit Exod. 20 [v. 24] : « Altare de terra facietis mihi »; et iterum : « Non ascendes ad altare meum per gradus. » Inconvenienter igitur mandatur postmodum altare fieri de lignis auro vel aere contextis, et tantae altitudinis, ut ad illud nisi per gradus ascendi non possit : dicitur enim Exod. 27. [v. 26] : « Facies altare de lignis sethim, quod habebit quinque cubitos in longitudine et totidem in latitudine, et tres cubitos in altitudine, et operies illud aere »; et Exod. 30 [v. 1 sq.] dicitur : « Facies altare ad adolendum thymiamata de lignis sethim, vestiesque illud auro purissimo. »

8. In de werken van God moet niets overdadigs zijn, omdat ook in de werken der natuur niets overdadigs gevonden wordt. Welnu voor één tabernakel of één huis is één overdekking voldoende. Het was dus ongepast, dat er voor het tabernakel meerdere overdekkingen waren, nl. tapijten, dekkleeden van geitenhaar, roodgeverfde ramsvellen en violetblauwe vellen.

9. De uiterlijke wijding beteekent de inwendige heiligheid, waarvan de ziel de draagster is. Het was dus niet passend, dat het tabernakel en zijn vaten werden gewijd, daar zij onbezielde lichamen waren.

10. In *Psalm* 33, 2 wordt gezegd : « *Ik zal den Heer ten allen tijde zegenen, mijn mond zal steeds zijn lof verkondigen* ». Welnu de plechtgebruiken werden ingesteld om God te loven, en daarom was het niet passend, dat er bepaalde dagen werden vastgesteld om de plechtgebruiken te vieren. En zoo blijkt het, dat de ceremoniën geen gepaste reden van bestaan hadden.

Maar daartegenover staat, dat de Apostel zegt in den *Brief aan de Hebreërs* (8, 4-5), dat *zij, die de gaven volgens de Wet opdragen, een afbeeldsel en schaduw der hemelsche dingen be-*

---

8. PRÆTEREA, in operibus Dei nihil debet esse superfluum, quia nec in operibus naturae aliquid superfluum invenitur; sed uni tabernaculo vel domui sufficit unum operimentum; inconvenienter igitur tabernaculo fuerunt apposita multa tegumenta, scilicet : cortinae, saga cilicina, pelles arietum rubricatae, et pelles hyacinthinae.

9. PRÆTEREA, consecratio exterior interiorem sanctitatem significat, cujus subjectum est anima; inconvenienter igitur tabernaculum et ejus vasa consecrabantur, cum essent quaedam corpora inanimata.

10. PRÆTEREA, in Psal. 33 [v. 2.] dicitur : « Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo. » Sed solemnitates instituuntur ad laudandum Deum; non ergo fuit conveniens, ut aliqui certi dies statuerentur ad solemnitates peragendas; sic igitur videtur, quod caeremoniae Sacrorum convenientes causas non haberent.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Hebr. 8 [v. 4 sq.], quod « illi qui offerunt secundum legem munera, exemplari et umbrae deserviunt coeles-

dienen, gelijk aan Mozes geantwoord werd, toen hij de tent ging maken : « *Zie, zeide hij, dat gij alles maakt naar het voorbeeld, dat u op den berg getoond is* ». Welnu wat het beeld der hemelsche dingen voorstelt is zeer redelijk. Dus hadden de ceremoniën der heilige zaken een redelijken grond van bestaan.

LEERSTELLING. — Heel de uiterlijke eeredienst is voornamelijk hierop gericht, dat de mensch God in eere houdt. Nu komt het met het menschelijke gevoel overeen, dat datgene wat algemeen is en niet onderscheiden van het andere, minder wordt vereerd. Wat echter boven de rest verheven is, wordt bewonderd en vereerd. Vandaar ook is de gewoonte onder de menschen ontstaan, dat koningen en vorsten, die door de onderdanen in eere gehouden moeten worden, zich zoowel met kostbare kleederen sieren als ook ruimere en schoonere huizen bezitten. Daarom juist was het noodig, dat er bijzondere tijden en een bijzonder tabernakel en bijzondere vaten en bijzondere bedienaars voor den eeredienst van God bestonden, opdat daardoor de geest van de menschen tot meer eerbied voor God zou gebracht worden.

---

tium; sicut responsum est Moysi, cum consummaret tabernaculum : Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. » Sed valde rationabile est, quod imaginem coelestium repraesentat; ergo caeremoniae sacrorum rationabilem causam habebant.

RESPONDEO dicendum, quod totus exterior cultus Dei ad hoc praecipue ordinatur, ut homines Deum in reverentia habeant. Habet autem hoc humanus affectus, ut ea quae communia sunt, et non distincta ab aliis, minus revereatur; ea vero quae habent aliquam excellentiae discretionem ab aliis, magis admiretur et revereatur. Et inde etiam hominum consuetudo inolevit, ut Reges et Principes, quos oportet in reverentia haberi a subditis, et pretiosioribus vestibus ornentur, et etiam ampliores et pulchriores habitationes possideant. Et propter hoc oportuit, ut aliqua specialia tempora, et speciale tabernaculum, et specialia vasa, et speciales ministri ad cultum Dei ordinarentur, ut per hoc animi hominum ad majorem Dei reverentiam adducerentur.

Evenzoo was, gelijk vroeger gezegd is (1e Art., 1e Ant., en 2e Art. van deze Kw.) de toestand van de Oude Wet ingesteld ter voorbeduiding van het geheim van Christus. Datgene nu wat iets moet voorafbeelden moet iets bepaalds zijn, opdat het nl. op eenigerlei wijze een gelijkenis er mede zou vertoonen. En zoo moesten er bijzondere dingen onderhouden worden met betrekking tot die dingen, die tot den goddelijken eeredienst behooren.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De eeredienst heeft betrekking op twee dingen : nl. God, die vereerd wordt, en de menschen, die vereeren. God, die vereerd wordt, is aan geen enkele stoffelijke plaats gebonden. Daarom moest er om Hem geen bijzondere tabernakel of tempel gemaakt worden. Maar de menschen, die Hem vereeren, zijn stoffelijk. En om hen moest er een bijzondere tabernakel of tempel voor den eeredienst ingericht worden, en wel om twee redenen. Op de eerste plaats, opdat zij, die op die plaats te samen zouden komen met de gedachte, dat ze bestemd is voor de Godsvereering, met meer eerbied zouden naderen. Op de tweede plaats, opdat door dien tempel of tabernakel sommige dingen zouden worden beteekend, die betrekking heb-

---

Similiter etiam status veteris legis, sicut dictum est [art. 1. huj. q. ad. 1. et art. 2.], institutus erat ad figurandum mysterium Christi; oportet autem esse aliquid determinatum id, per quod aliquid figurari debet, ut scilicet ejus aliquam similitudinem repraesentet. Et ideo oportuit aliqua specialia observari in his, quae pertinent ad cultum Dei.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod cultus Dei duo respicit, scilicet Deum, qui colitur, et homines colentes. Ipse igitur Deus, qui colitur, nullo corporali loco clauditur; unde propter ipsum non oportuit speciale tabernaculum fieri aut templum. Sed homines ipsum colentes corporales sunt, et propter eos oportuit speciale tabernaculum vel templum instrui ad cultum Dei, propter duo. Primo quidem, ut ad hujusmodi locum convenientes cum hac cogitatione quod deputaretur ad colendum Deum, cum majori reverentia accederent; secundo, ut per dispositionem talis templi vel tabernaculi significarentur aliqua pertinentia ad excellentiam divinitatis vel humanitatis Christi. Et hoc

ben op de verhevenheid van de Godheid of van de menschheid van Christus. En dit beteekent het gezegde van Salomon in het III^e Boek *Koningen* (8, 27) : « *Indien de hemel en de hemelen der hemelen U niet kunnen bevatten, hoeveel minder dan dit huis, dat ik gebouwd heb* ». En verder volgt : « *Dat uwe oogen dag en nacht geopend mogen zijn over dit huis, waarvan Gij gezegd hebt: Mijn naam zal daar zijn; dat Gij het gebed verhoort van uwe dienaren en uw volk van Israël* ». En daaruit blijkt, dat het huis des heiligdoms niet is ingesteld opdat het God als plaatselijk inwonend zou bevatten, maar opdat de naam van God daar zou wonen, d. w. z. opdat de kennis van God daar zou openbaar worden door sommige dingen, die er gedaan of gezegd werden, en opdat uit eerbied voor de plaats dan gebeden zouden gezegd worden, die om de godsvrucht der bidders eerder zouden verhoord worden.

2. De toestand van de Oude Wet is vóór Christus niet veranderd, wat de vervulling der Wet betreft, wat alleen gedaan is door Christus. Wel was hij veranderd met betrekking tot de levensomstandigheden van het volk, dat onder de Wet was. Want eerst was het volk zonder vast verblijf in de woestijn; daarna had

---

est quod Salomon dicit 3. Reg. 8 [v. 27] : « Si coelum et coeli coelorum te capere non possunt, quanto magis domus haec, quam aedificavi tibi »; et postea subdit : « Sint oculi tui aperti super domum hanc, de qua dixisti : Erit nomen meum ibi, ut exaudias depreciationem servi tui, et populi tui Israël. » Ex quo patet, quod domus sanctuarii non est instituta ad hoc quod Deum capiat, quasi localiter inhabitantem, sed ad hoc quod nomen Dei inhabitet ibi, idest ut notitia Dei ibi manifestetur per aliqua, quae ibi fiebant vel dicebantur, et quod propter reverentiam loci orationes fierent ibi magis exaudibiles ex devotione orantium.

AD SECUNDUM dicendum, quod status veteris legis non fuit immutatus ante Christum quantum ad impletionem legis, quae facta est solum per Christum. Est tamen immutatus quantum ad conditionem populi, qui erat sub lege : nam primo populus fuit in deserto non habens certam mansionem; postmodum autem habuerunt varia bella cum finitimis gentibus; ultimo autem, tempore David regis et Salomonis, populus ille habuit quietissimum

het verscheidene oorlogen met de naburige volkeren; ten laatste, ten tijde van koning David en Salomon, beleefde het volk den rustigsten toestand. Daarom werd er toen eerst een tempel gebouwd op de plaats, die Abraham op Gods aanwijzing voor het offeren had aangeduid. In het Boek *Genesis* (22, 2) toch wordt gezegd, dat de Heer aan Abraham beval zijn zoon te brandofferen « *op een van de bergen die ik U toonen zal* », en daarna staat er, dat *hij den naam van die plaats noemde : De Heer ziet*, alsof deze plaats als het ware door de goddelijke voorzienigheid uitgekozen was voor den eeredienst. Daarom ook wordt er in het Boek *Deuteronomium* (12, 5-6) gezegd: « *Komt naar de plaats, die de Heer uw God uitgekozen heeft, en draagt uwe brandoffers op* ». Om drie redenen echter, die Rabbi Moyses aangeeft (in zijn Boek *De Gids der Verdwaalden*, III B., XLV^e H.), moest deze plaats vóór den genoemden tijd niet aangeduid worden door de bouw van een tempel. Ten eerste, opdat de heidenen zich deze plaats niet zouden toeeigenen. Ten tweede, opdat de heidenen haar niet zouden verwoesten. Ten derde, opdat niet iedere stam die plaats onder zijn deel zou willen hebben, waardoor twist en tweedracht zou ontstaan. En daarom werd er geen

---

statum. Et tunc primo aedificatum fuit templum in loco, quem designaverat Abraham ex divina demonstratione ad immolandum. Dicitur enim Genes. 22. [v. 2] quod Dominus mandavit Abrahae, ut offerret filium suum in holocaustum « super unum montium, quem monstravero tibi. » Et postea dicit, quod « appellavit nomen illius loci, Dominus videt », quasi secundum Dei praevisionem esset locus ille electus ad cultum divinum. Propter quod dicitur Deuter. 12 [v. 5 sq.]: « Ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester, venietis, et offeretis holocausta et victimas vestras. » Locus autem ille designari non debuit per aedificationem templi ante tempus praedictum, propter tres rationes, quas Rabbi Moyses assignat [Doct. Perplex. 3, cap. 45]. Prima est, ne Gentes appropriarent sibi locum illum; secunda est, ne Gentes ipsum destruerent; tertia vero ratio est, ne quaelibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua, et propter hoc orirentur lites et jurgia; et ideo non fuit aedificatum templum, donec haberent regem, per quem posset hujusmodi jurgium compesci. Antea vero ad cultum Dei erat ordinatum

tempel gebouwd, totdat zij een koning zouden hebben, waardoor die twist zou kunnen worden bijgelegd. Te voren echter was er een tabernakel, dat men op verschillende plaatsen kon brengen, tot den eeredienst geordend, omdat er nog geen vaste plaats bestond voor den eeredienst van God. En dit is de letterlijke zin van het onderscheid tusschen tabernakel en tempel.

De figuurlijke zin echter kan zijn, dat door die beide een dubbele toestand wordt voorbeduid. Want door den tabernakel, welke men van de eene plaats naar de andere kan brengen, wordt de toestand van het tegenwoordig menschelijk leven aangeduid; door den tempel echter, die vast en bestendig was, wordt de toestand van het toekomstig leven aangeduid, wat in ieder opzicht onveranderlijk is. Daarom ook wordt er in het verhaal van het bouwen van den tempel gezegd dat *geen geluid van hamer of bijl gehoord werd*, om aan te duiden, dat alle oproer verre zal zijn van het toekomstig leven. Men kan echter ook zeggen, dat door den tabernakel de toestand der Oude Wet wordt aangeduid, door den door Salomon gebouwden tempel echter de toestand der Nieuwe Wet. Vandaar hebben aan den bouw van den tabernakel alleen Joden gewerkt, aan den tempel hebben echter ook de heidenen, nl. de Tyriërs en Sidoniërs, medegewerkt.

---

tabernaculum portatile per diversa loca, quasi nondum existente determinato loco divini cultus. Et haec est ratio literalis diversitatis tabernaculi et templi.

Ratio autem figuralis esse potest, quia per haec duo significatur duplex status : per tabernaculum enim, quod est mutabile, significatur status praesentis vitae mutabilis; per templum vero, quod erat fixum et stans, significatur status futurae vitae, quae omnino immutabilis est; et propter hoc in aedificatione templi dicitur quod non est auditus sonitus mallei, vel securis, ad significandum quod omnis perturbationis tumultus longe erit a statu futuro. Vel per tabernaculum significatur status veteris legis; per templum autem a Salomone constructum status novae legis. Unde ad constructionem tabernaculi soli Judaei sunt operati; ad aedificationem vero templi cooperati sunt etiam Gentiles, scilicet Tyrii et Sidonii.

Ad TERTIUM dicendum, quod ratio unitatis templi vel tabernaculi potest esse et literalis, et figuralis. Literalis quidem est ratio ad exclusionem idolo-

3. De zin van de eenheid van den tempel of tabernakel kan letterlijk zoowel als figuurlijk zijn. De letterlijke zin is om de afgoderij uit te sluiten, daar de heidenen voor verscheidene goden onderscheidene tempels bouwden. Om dus het geloof aan de goddelijke eenheid in de harten der menschen te bevestigen, wilde God, dat voor Hem maar op één plaats offers opgedragen zouden worden. ook om daardoor te toonen, dat de lichamelijke dienst Hem op zichzelf niet welgevallig was. Daarom werden zij in toom gehouden, opdat ze niet overal offers zouden opdragen. Maar de eeredienst der Nieuwe Wet, in welks offer de geestelijke genade ligt vervat, is God welgevallig om zichzelf, en daarom mogen er in de Nieuwe Wet verschillende altaren en tempels zijn. Wat datgene echter betreft, wat tot den geestelijken eeredienst van God behoorde en in de leering der Wet en der Profeten bestaat, daarvoor waren ook in de Oude Wet verscheidene plaatsen bestemd, waarin zij voor den lof van God te samen kwamen. Deze werden *synagogen* genoemd, gelijk ook nu *kerken* genoemd worden die plaatsen, waarin het christenvolk tot Gods lof zich verzamelt. Zoo is onze kerk in de plaats getreden van den tempel zoowel als van de synagogen, daar het offer zelf der Kerk gees-

---

latriae, quia Gentiles diversis diis diversa templa constituebant. Et ideo ut firmaretur in animis hominum fides unitatis divinae, voluit Deus ut in uno loco tantum sibi sacrificium offerretur; et iterum ut per hoc ostenderet, quod corporalis cultus non propter se erat ei acceptus. Et ideo compescebantur, ne passim et ubique sacrificia offerrent. Sed cultus novae legis, in cuius sacrificio spiritualis gratia continetur, est secundum se Deo acceptus, et ideo multiplicatio altarium et templorum acceptatur in nova lege. Quantum vero ad ea, quae pertinebant ad spiritualem cultum Dei, qui consistit in doctrina legis ,et prophetarum, erant etiam in veteri lege diversa loca deputata, in quibus conveniebant ad laudem Dei, quae dicebantur Synagogae, sicut et nunc dicuntur ecclesiae, in quibus populus Christianus ad laudem Dei congregatur. Et sic ecclesia nostra succedit in locum et Templi, et Synagogae, quia ipsum sacrificium Ecclesiae spirituale est; unde non distinguitur apud nos locus sacrificii a loco doctrinae.

Ratio autem figuralis esse potest, quia per hoc significabatur unitas Ecclesiae vel militantis, vel triumphantis.

telijk is. Daarom wordt er bij ons geen onderscheid gemaakt tusschen de plaats van het offer en de plaats van de leering.

De figuurlijke zin kan zijn, dat daardoor de eenheid van de strijdende of van de zegepralende Kerk werd voorbeduid.

4. Evenals in de eenheid van den tempel of tabernakel de eenheid van God of van de Kerk werd voorgesteld, zoo ook werd in het onderscheid van tempel en tabernakel het onderscheid voorgesteld tusschen die dingen, welke aan God onderworpen zijn, en waardoor wij opgewekt worden tot de vereering van God. De tabernakel nu werd onderscheiden in twee deelen : één welk genoemd wordt het Heilige der heiligen, en het westelijk gedeelte uitmaakte; een ander, welk het Heilige genoemd werd, en het oostelijk gedeelte uitmaakte. Vóór de tabernakel was de voorhof. Voor dit onderscheid nu is een dubbele reden. En wel ten eerste, omdat de tabernakel gericht was op den eeredienst van God, want zoo waren in het onderscheid van den tabernakel de verschillende deelen der wereld afgebeeld. Immers dat gedeelte, wat het Heilige der heiligen genoemd wordt, stelt de hoogere wereld voor, die nl. van de geestelijke zelfstandigheden; dat gedeelte echter wat het Heilige genoemd wordt, stelde de stoffelijke wereld voor. Daarom

---

AD QUARTUM dicendum, quod sicut in unitate templi vel tabernaculi repraesentabatur unitas Dei vel unitas Ecclesiae, ita etiam in distinctione tabernaculi vel templi repraesentabatur distinctio eorum, quae Deo sunt subjecta, ex quibus in Dei venerationem consurgimus. Distinguebatur autem tabernaculum in duas partes : in unam, quae vocabatur Sancta Sanctorum, quae erat occidentalis; et aliam, quae vocabatur Sancta, quae erat ad Orientem. Et iterum ante tabernaculum erat atrium. Haec igitur distinctio duplicem habet rationem : unam quidem, secundum quod tabernaculum ordinatur ad cultum Dei : sic enim diversae partes mundi in distinctione tabernaculi figurabantur. Nam pars illa, quae Sancta Sanctorum dicitur, figurabat saeculum altius, quod est spiritualium substantiarum; pars vero illa, quae dicitur Sancta, exprimebat mundum corporalem, et ideo Sancta a Sanctis Sanctorum distinguebantur quodam velo, quod quatuor coloribus erat distinctum, per quos quatuor elementa designantur : scilicet bysso, per quod designatur terra, quia byssus, idest linum, de terra nascitur; purpura,

werd het Heilige van het Heilige der heiligen afgescheiden door een voorhang van vier onderscheidene kleuren, waardoor de vier elementen werden aangeduid : nl. byssus, waardoor de aarde werd aangeduid, omdat byssus d. i. linnen, van de aarde voortkomt; purper, waardoor het water werd aangeduid : het purper immers wordt gemaakt van sommige schelpen, die in de zee gevonden worden; blauw, waardoor de lucht voorgesteld wordt, daar het de kleur van de lucht is; en dubbel geverfd karmozijn, waardoor het vuur werd aangeduid. Dit was daarom gedaan, omdat de stof van de vier elementen het beletsel is, waardoor de onstoffelijke zelfstandigheden voor ons verborgen zijn. En daarom ging alleen de hoogepriester eenmaal per jaar het inwendige van den tabernakel, d. i. het Heilige der heiligen, binnen, om aan te duiden, dat dit de eindvolmaking van den mensch is, om tot deze wereld ingeleid te worden. In den uiterlijken tabernakel, d. i. het Heilige, gingen de priesters dagelijks binnen, niet echter het volk, dat alleen den voorhof binnenging, omdat het volk alleen de stoffelijke zaken kende, terwijl slechts de wijzen het innerlijke wezen door overweging konden bereiken.

Maar volgens den figuurlijken zin werd door den buitensten

---

per quam significatur aqua : fiebat enim purpureus color ex quibusdam conchis, quae inveniuntur in mari; hyacintho, per quem significatur aer, quia habet aëreum colorem; et cocco bis tincto, per quem designatur ignis. Et hoc ideo, quia materia quatuor elementorum est impedimentum, per quod velantur nobis incorporales substantiae. Et ideo in interius tabernaculum, idest in Sancta Sanctorum, solus summus Sacerdos, et semel in anno, introibat; ut designaretur quod haec est finalis perfectio hominis, ut ad illud saeculum introducatur. In tabernaculum vero exterius, idest in Sancta, introibant Sacerdotes quotidie, non autem populus, qui solum ad atrium accedebat, quia ipsa corporalia populus percipere potest; ad interiores autem eorum rationes soli sapientes per considerationem attingere possunt.

Secundum vero rationem figuralem, per exterius tabernaculum, quod dicitur Sancta, significatur status veteris legis, ut Apostolus dicit ad Hebr. 9 [v. 6 sqq.], quia in illud tabernaculum semper introibant Sacerdotes sacrificiorum officia consummantes; per interius vero tabernaculum, quod

tabernakel, nl. het Heilige, de toestand van de Oude Wet beteekend, zooals de Apostel zegt (*Brief aan de Hebreërs*, 9, 6 v. v.), omdat daarin altijd de priesters binnengingen om het offerambt te voltrekken. Door het binnenste tabernakel echter — het Heilige der heiligen — werd aangeduid, ofwel de hemelsche glorie, of ook de geestelijke toestand van de Nieuwe Wet, die een begin is van de toekomstige glorie, in welken toestand Christus ons ingeleid heeft, wat aangeduid wordt door het feit, dat alleen de hoogepriester eenmaal per jaar in het Heilige der heiligen binnenging. Het voorhang duidde de verborgenheid van het geestelijke in de offerande van de oude offers aan. Dit voorhang was met vier kleuren versierd, nl. byssus, om de zuiverheid van het vleesch aan te duiden; purper, om het lijden aan te duiden, dat de heiligen voor God hebben doorstaan; dubbelgeverfd karmozijn, om de liefde tot God en den naaste aan te duiden; en blauw, om de overweging van het hemelsche voor te stellen. Anders nu verhoudt zich het volk tot den toestand der Oude Wet, anders de priesters. Het volk immers zag de stoffelijke offers, die in den voorhof opgedragen werden, terwijl de priesters het wezen der offers overwogen, daar zij een meer omschreven geloof aangaan-

---

dicitur Sancta Sanctorum, significatur vel coelestis gloria, vel etiam status spiritualis novae legis, qui est quaedam inchoatio futurae gloriae, in quem statum nos Christus introduxit, quod figurabatur per hoc, quod summus Sacerdos semel in anno solus in Sancta Sanctorum introibat. Velum autem figurabat spiritualium occultationem sacrificiorum in veteribus sacrificiis : quod velum quatuor coloribus erat ornatum : bysso quidem, ad designandam carnis puritatem; purpura autem ad figurandum passiones, quas sancti sustinuerunt pro Deo; cocco bis tincto, ad significandum charitatem geminam Dei et proximi; hyacintho autem significabatur coelestis meditatio. Ad statum autem veteris legis aliter se habebat populus, et aliter Sacerdotes: nam populus ipsa corporalia sacrificia considerabat, quae in atrio offerebantur, Sacerdotes vero rationem sacrificiorum considerabant, habentes fidem magis explicitam de mysteriis Christi. Et ideo intrabant in exterius tabernaculum, quod etiam quodam velo distinguebatur ab atrio, quia quaedam erant velata populo circa mysterium Christi, quae Sacerdotibus erant

de de geheimen van Christus hadden. Daarom gingen zij den buitensten tabernakel binnen, wat ook door een voorhang van den voorhof afgescheiden was, omdat sommige dingen aangaande het geheim van Christus voor het volk verborgen waren, welke aan de priesters bekend waren. Ze waren hen echter niet ten volle geopenbaard, zooals later in het Nieuw Testament, gelijk we ook lezen in den *Brief aan de Ephesiërs* (3,5).

5. De aanbidding naar het Westen was in de Wet ingevoerd om de afgoderij uit te sluiten, want alle heidenen aanbaden — ter eere van de zon — naar het Oosten gekeerd. Vandaar zegt *Ezechiel* (8, 16) dat sommigen *den rug naar den tempel van den Heer gekeerd en het gelaat naar het Oosten, en naar het opgaan van de zon gekeerd baden.* Om dit nu uit te sluiten, was het Heilige der heiligen van den tabernakel naar het Westen gekeerd, opdat zij naar het Westen gekeerd zouden bidden.

De figuurlijke zin kan ook zijn, dat heel de staat van den vorigen tabernakel gericht was op de voorbeduiding van Christus' dood, welke werd voorbeduid door het Westen, volgens het woord van *Psalm* (67, 5) : « *Die opvaart op het Westen.* Heer *is zijn naam* ».

---

nota, non tamen erant eis plene revelata, sicut postea in Novo Testamento, ut habetur Ephes. 3 [v. 5].

AD QUINTUM dicendum, quod adoratio ad Occidentem fuit introducta in lege ad excludendam idololatriam, nam omnes Gentiles in reverentiam Solis adorabant ad Orientem. Unde dicitur Ezech. 8 [v. 16], quod quidam habebant dorsa contra templum Domini, et facies ad Orientem, et adorabant ad ortum Solis. Unde ad hoc excludendum, tabernaculum habebat Sancta Sanctorum ad Occidentem, ut versus Occidentem adorent.

Ratio etiam figuralis esse potest, quia totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad significandum mortem Christi, quae figuratur per occasum, secundum illud Psalm. 67 [v. 5]: « Qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. »

AD SEXTUM dicendum, quod eorum, quae in tabernaculo continebantur, ratio reddi potest et literalis, et figuralis. Literalis quidem per relationem ad cultum divinum; et quia dictum est [in resp. ad 4.], quod per tabernacu-

6. Van de dingen, die in het tabernakel waren, kan een dubbele zin aangegeven worden, nl. een letterlijke en een figuurelijke. Een letterlijke zin, in verband met den goddelijken eeredienst. Omdat nl. gezegd is (in het 4° Antw.), dat door het binnenste tabernakel, wat Heilige der heiligen genoemd werd, de hoogere wereld der geestelijke zelfstandigheden werd aangeduid, daarom waren er in de tabernakel drie dingen, nl. de ark des verbonds, waarin een gouden urn met manna was; en de staf van Aâron, die gebloeid had, en de tafelen, waarop de tien geboden der wet waren geschreven. Deze ark echter stond tusschen twee Cherubijnen, die met de aangezichten naar elkander toe stonden. Boven de ark was een steenen tafel, die *verzoendeksel* genoemd werd, op de vleugelen der Cherubijnen, als het ware door hen gedragen, alsof ze aanduidden, dat deze tafel de zetel Gods was. Daarom werd ze ook *verzoendeksel* genoemd, alsof God van daaruit zich over het volk ontfermde, bij de gebeden van den hoogepriester, en daarom werd ze gedragen door God dienende Cherubijnen. De ark des verbonds echter was als een voetschabel voor dengene, die op den verzoendeksel zat.

Door die drie zaken werden drie dingen aangeduid, die in de

---

lum interius, quod dicebatur Sancta Sanctorum, significabatur seculum altius spiritualium substantiarum, ideo in illo tabernaculo tria continebantur, scilicet arca testamenti, in qua erat una aurea habens manna, et virga Aaron, quae fronduerat, et tabulae, in quibus erant scripta decem praecepta legis. Haec autem arca sita erat inter duos Cherubim, qui se mutuis vultibus respiciebant, et super arcam erat quaedam tabula lapidae, quae dicebatur Propitiatorium, super alas Cherubim, quasi sb ipsis Cherubim portaretur, ac si imaginaretur, quod illa tabula esset sedes Dei; unde et Propitiatorium dicebatur, quasi exinde populo propitiaretur ad preces summi Sacerdotis; et ideo quasi portabatur a Cherubim, quasi Deo obsequentibus; arca vero testamenti erat tamquam scabellum sedentis supra propitiatorium.

Per haec autem tria designantur tria, quae sunt in illo altiori seculo, scilicet Deus, qui super omnia est, et incomprehensibilis omni creaturae : et propter hoc nulla similitudo ejus ponebatur ad repraesentandam ejus invisibilitatem, sed ponebatur quaedam figura sedis ejus, quia scilicet creatura

hoogere wereld zijn, nl. God, die boven alles is, en door geen schepsel geheel te begrijpen. Daarom was er geen enkel beeld van Hem zelf, om zijn onzichtbaarheid voor te stellen, maar alleen een beeld van zijn zetel, omdat nl. het schepsel te begrijpen is, dat aan God onderworpen is, gelijk een zetel aan dengene, die er op zit. In de hoogere wereld zijn ook geestelijke zelfstandigheden, die Engelen genoemd worden. Deze werden door de twee Cherubijnen aangeduid, die met de aangezichten naar elkaar toe stonden, om hun onderlinge eensgezindheid aan te duiden, overeenkomstig het woord van *Job* (25, 2) : « *Die eendracht maakt in den hooge.* » Ook was er niet slechts één Cherubijn, om de veelheid van hemelsche geesten aan te duiden, en om de vereering van hen uit te sluiten bij diegenen, die slechts één God mochten vereeren. In de geestelijke wereld zijn ook de oorbeelden van al wat op deze wereld is, maar eenigzins verborgen, gelijk de oorbeelden der gevolgen in hun oorzaken verborgen zijn, en de kunstplannen in de kunstenaars. Dit werd aangeduid door de ark, waarin de drie dingen, die er in vervat waren, de drie voornaamste zaken onder de menschen aanduidden, nl. de wijsheid, welke werd voorgesteld door de verbondstafelen; de macht der vorsten, die voorge-

---

comprehensibilis est, quae est subjecta Deo, sicut sedes sedenti. Sunt etiam in illo altiori seculo spirituales substantiae, quae Angeli dicuntur : et hi significantur per duos Cherubim mutuo se respicientes, ad designandum concordiam eorum ad invicem, secundum illud Job 25. [v. 2.] : « Qui facit concordiam in sublibimibus. » Et propter hoc etiam non fuit unus tantum Cherubim, ut designaretur multitudo coelestium spirituum, et excluderetur cultus eorum ab his, quibus praeceptum erat, ut solum unum Deum colerent. Sunt etiam in illo intelligibili seculo rationes omnium eorum, quae in hoc seculo perficiuntur, quodammodo clausae, sicut rationes effectum clauduntur in suis causis, et rationes artificiatorum in artifice. Et hoc significabatur per arcam in qua repraesentabantur per tria ibi contenta tria, quae sunt potissima in rebus humanis, scilicet sapientia, quae repraesentabatur per tabulas testamenti; postestas regiminis, quae repraesentabatur per virgam Aaron; vita, quae repraesentabatur per manna, quod fuit sustentamentum vitae. Vel per haec tria significabantur tria Dei attributa, scilicet sapientia

steld werd door den staf van Aâron; en het leven, wat voorgesteld werd door het manna, het levensvoedsel. Door deze drie dingen werden ook wel drie Goddelijke attributen voorgesteld, nl. de wijsheid door de tafelen; de macht door den staf, en de goedheid door het manna, zoowel om de zoetheid er van, alsook omdat het uit goddelijk medelijden aan het volk gegeven werd. Daarom werd het ter herinnering aan het medelijden van God bewaard. Deze drie staan ook afgebeeld in het visioen van Isaias (6). Want hij zag den Heer op een hoog verheven troon zitten, omringd van Seraphijnen, en het huis vervuld van de glorie Gods. Daarom zegden de Seraphijnen : « *Heel de aarde is vol van zijn glorie* ». Zoo werden de beelden der Seraphijnen niet voor den eeredienst gebruikt, wat door het eerste gebod der Wet verboden was, maar zooals hierboven gezegd is, ten teeken der dienstbaarheid. In den buitensten tabernakel echter, welke de tegenwoordige wereld voorstelde, waren ook drie dingen, nl. het reukaltaar, wat onmiddellijk tegen de ark stond; de verzoentafel, waarop de twaalf brooden werden gelegd, en die geplaatst was ten Noorden, terwijl de kandelaar ten Zuiden stond. Die drie dingen beantwoordden aan de drie dingen, welke in de ark opgesloten

---

in tabulis; potentia in virga; bonitas in manna, tum propter dulcedinem, tum quia ex Dei misericordia est populo suo datum; et ideo in memoriam divinae misericordiae conservabatur. Et haec tria etiam figurata sunt in visione Isaiae [cap. 6.]. Vidit enim Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum, et Seraphim assistentes, et domum impleri a gloria Dei; unde et Seraphim dicebant : Plena est omnis terra gloria ejus. Et sic similitudines Seraphim non ponebantur ad cultum, quod prohibebatur primo legis praecepto, sed in signum ministerii, ut dictum est [hic supra]. In exteriori vero tabernaculo, quod significabat praesens seculum, continebantur etiam tria, scilicet, altare thymiamatis, quod directe erat contra arcam; mensa autem propositionis, super quam duodecim panes apponebantur, erat posita ex parte aquilonari; candelabrum vero ex parte australi; quae tria videntur respondere tribus, qua erant in arca clausa, sed magis manifeste eadem repraesentabant. Oportet enim rationes rerum ad manifestiorem demonstrationem perduci, quam sint in mente divina et angelorum, ad hoc quod

lagen, en stellen hetzelfde duidelijker voor. Immers de oorbeelden der dingen moeten tot een duidelijker aangave leiden dan ze zijn in den geest van God en van de engelen, opdat wijze menschen ze zouden erkennen, die aangeduid werden door de priesters die den tabernakel binnengingen. Door den kandelaar werd, als in een zichtbaar teeken, de wijsheid aangeduid, welke door begrijpbare woorden werd aangeduid op de tafelen. Door het reukaltaar werd het ambt der priesters aangeduid, wier taak het was het volk tot God te voeren, wat ook werd aangeduid door den staf. Op dit altaar immers werden reukwerken van goeden geur verbrand, waardoor de heiligheid van het volk, aangenaam aan God, werd aangeduid. In het *Boek der Openbaring* (8,3) immers wordt gezegd, dat *door de rook van reukwerken de rechtvaardige daden der heiligen worden aangeduid*. Redelijk werd nu de priesterlijke waardigheid in de ark aangeduid door den staf; in den buitensten tabernakel echter door het reukaltaar, omdat de priester de middelaar is tusschen God en het volk, door het volk met goddelijke macht te regeeren, wat aangeduid werd door den staf; en door de vrucht van zijn bestuur, nl. de heiligheid van het volk, aan God op te dragen als op een reukaltaar. Door de

---

homines sapientes eas cognoscere possint, qui significantur per Sacerdotes ingredientes tabernaculum. In candelabro igitur designabatur, sicut in signo sensibili, sapientia, quae intelligilibus verbis exprimebatur in tabulis; per altare vero thymiamatis significabatur officium sacerdotum, quorum erat populum ad Deum reducere, et hoc etiam significabatur per virgam. Nam in illo altari incendebatur thymiama boni odoris, per quod significabatur sanctitas populi acceptabilis Deo; dicitur enim Apocalyps. 8. [v. 3.] quod per fumum aromatum significantur jusitificationes sanctorum. Convenienter autem sacerdotalis dignitas in arca significabatur per virgam; in exteriori vero tabernaculo per altare thymiamatis, quia Sacerdos mediator est inter Deum et populum, regens populum per potestatem divinam, quam virga significat; et fructum sui regiminis, scilicet sanctitatem populi, Deo offert, quasi in altari thymiamatis. Per mensam autem significatur temporale nutrimentum vitae, sicut et per manna: sed hoc est communius et grossius nutrimentum; illud autem suavius et subtilius. Convenienter autem candelabrum ponebatur

tafel werd aangeduid het tijdelijk levensvoedsel, gelijk ook door het manna; het eerste wordt meer gebruikt en is grover voedsel, het andere is zoeter en fijner. Redelijk nu werd de kandelaar ten Zuiden geplaatst en de tafel ten Noorden; omdat het zuidelijk gedeelte het rechter deel der wereld is, het Noorden is het linker, gelijk gezegd wordt in het II° Boek *Over den hemel en de aarde* (II° H., N° 10). De wijsheid nu behoort tot het rechter, gelijk ook de andere geestelijke goederen; het tijdelijk voedsel tot het linker, volgens het woord uit het boek der *Spreuken* (3,16) : « *In het linker gedeelte er van, rijkdom en eer* ». De priesterlijke macht is het midden tusschen tijdelijke goederen en de geestelijke wijsheid, omdat daardoor én de tijdelijke goederen én de geestelijke wijsheid worden medegedeeld.

Van deze dingen kan nog een andere meer letterlijke zin aangegeven worden. Want in de ark lagen de tafelen der Wet, om het vergeten der Wet te voorkomen. Vandaar wordt in het Boek *Exodus* (24,12) gezegd : « *Ik zal U twee steenen tafelen geven, en de Wet en de geboden, welke Ik geschreven heb, opdat gij de zonen van Israël onderricht.* » De staf van Aäron werd daarin gelegd, om de oneenigheid van het volk omtrent het priesterschap

---

ex parte australi, mensa autem ex parte aquilonari, quia australis pars est dextra pars mundi, aquilonaris autem sinistra, ut dicitur in 2. de Coelo et Mundo [cap. 2.] ; sapientia autem pertinet ad dextram, sicut et caetera spiritualia bona; temporale autem nutrimentum ad sinistram, secundum illud Proverb. 3. [v. 16.] : « In sinistra illius divitiae, et gloria. » Potestas autem sacerdotalis media est inter temporalia, et spiritualem sapientiam, quia per eam et spiritualis sapientia et temporalia dispensantur.

Potest autem et horum alia ratio assignari magis literalis : in arca enim continebantur tabulae legis ad tollendam legis oblivionem; unde dicitur Exod. 24. [v. 12.] : « Dabo tibi duas tabulas lapideas, et legem ac mandata, quae scripsi, ut doceas filios Israël. » Virga vero Aaron ponebatur ibi ad comprimendam dissensionem populi de sacerdotio Aaron; unde dicitur Num 17. [v. 10.] : « Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut reservetur in signum rebellium filiorum Israël. » Manna autem conser-

van Aäron te onderdrukken. Vandaar wordt in het Boek *Numeri* (17, 10) gezegd : « *Breng den staf van Aäron terug in den tabernakel van het getuigenis, om daar ten teeken van de wederspannige kinderen van Israël bewaard te worden.* » Het manna werd in de ark bewaard ter herinnering aan de weldaad, die God aan de zonen van Israël in de woestijn bewezen had. Vandaar wordt in het Boek *Exodus* (16,32) gezegd : « *Vul er mede een gomor en het worde bewaard voor de nakomende geslachten, opdat zij het brood mogen kennen, waarmede Ik u gevoed heb in de woestijn* ». De kandelaar was aangebracht ter eere van den tabernakel. Het behoort immers tot de schoonheid van een huis, dat het goed verlicht is. Gelijk Josephus zegt (*Over de Joodsche Oudheid*, III° B., VII-VIII° H.), had de kandelaar zeven takken, om de zeven planeten aan te duiden, die heel de wereld verlichten. Daarom ook werd de kandelaar in het Zuiden gezet, omdat van daaruit de loop van de planeten voor ons begint. Het reukaltaar echter was opgericht, opdat er altijd in den tabernakel een aangename geur zou zijn, zoowel om de eerbiedwaardigheid van den tabernakel alsook om de lucht te verdrijven, die er moest zijn door de uitstorting van het bloed en het dooden van de dieren. Want

---

vabatur in arca ad commemorandum beneficium, quod Dominus praestitit filiis Israël in deserto; unde dicitur Exod. 16. [v. 32.] : « Imple gomor ex eo, et custodiatur in futuras retro generationes, ut norint panes, quibus alui vos in solitudine. » Candelabrum vero erat institutum ad honorificentiam tabernaculi : pertinet enim ad magnificentiam domus, quod sit bene luminosa. Habebat autem candelabrum septem calamos, ut Josephus dicit [lib. 3. Antiquit. cap. 7. et 8.], ad significandum septem planetas, quibus totus mundus illuminatur; et ideo ponebatur candelabrum ex parte australi, quia ex illa parte est nobis planetarum cursus. Altare vero thymiamatis erat institutum, ut jugiter in tabernaculo esset fumus boni odoris, tum propter venerationem tabernaculi; tum etiam in remedium foetoris, quem oportebat accidere ex effusione sanguinis et occisione animalium. Ea enim quae sunt foetida, despiciuntur quasi vilia; quae vero sunt boni odoris, homines magis appretiantur. Mensa autem apponebatur ad significandum, quod Sacerdotes templo servientes in templo victum habere debebant; unde duodecim

die dingen, die een onaangenamen geur verspreiden, worden vermeden als laag; die dingen daarentegen, die een goeden geur verspreiden, worden door de menschen hooger geschat. De tafel was daar geplaatst om aan te duiden, dat de priesters, die den tempel bedienen, ook in den tempel voedsel moesten hebben. Vandaar mochten alleen de priesters van de twaalf brooden, die ter herinnering aan de twaalf stammen op de tafel lagen, eten, gelijk in *Mattheus* (12,4) staat. De tafel was echter niet in het midden vóór den zoendeksel geplaatst, om de afgoderij buiten te sluiten. Want de heidenen plaatsten in den eeredienst van de maan een tafel vóór het beeld der maan, waarom *Jeremias* (7,18) zegt : « *De vrouwen besprengen vet om koeken te bereiden voor de koningin des hemels.* » In den voorhof buiten den tabernakel stond het broodofferaltaar, waarop aan God offers werden opgedragen voor die dingen, die het volk bezat. Daarom kon het volk in den voorhof komen, en door de priesters die offers aan God opdragen. Maar het binnenste altaar, waarop de eerbied en heiligheid zelf van het volk werd ten offer gebracht, mochten alleen de priesters naderen, wier taak het was, het volk aan God te offeren. Dit altaar echter werd buiten den tabernakel in het

---

panes superpositos mensae, in memoriam duodecim tribuum, solis Sacerdotibus edere licitum erat, ut habetur Matth. 12. [v. 4.]; mensa autem non ponebatur directe in medio ante propitiatorium, ad excludendum ritum idololatriae, nam Gentiles in sacris Lunae ponebant mensam coram idolo Lunae; unde dicitur Hierem. 7. [v. 18.] : « Mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginae coeli. » In atrio vero extra tabernaculum continebatur altare holocaustorum, in quo offerebantur Deo sacrificia de his, quae erant a populo possessa; et ideo in atrio poterat esse populus, qui hujusmodi Deo offerebat per manus Sacerdotum; sed ad interius altare, in quo ipsa devotio et sanctitas populi offerebatur, non poterant accedere nisi Sacerdotes, quorum erat Deo offerre populum; est autem hoc altare extra tabernaculum in atrio constitutum ad removendum cultum idololatriae, nam Gentiles intra templa altaria constituebant ad immolandum idolis.

Figuralis vero ratio omnium horum assignari potest ex relatione tabernaculi ad Christum, qui figurabatur. Est autem considerandum, quod ad

voorhof opgesteld, om de afgoderij tegen te gaan, want de heidenen richtten in hun tempels altaren op om aan hun goden te offeren.

Van dit alles kan echter ook een figuurlijke zin aangegeven worden uit het verband van den tabernakel tot Christus, die er door werd afgebeeld. Men moet echter in aanmerking nemen, dat er, om de onvolmaaktheid van de figuren der Oude Wet aan te duiden, verscheidene voorstellingen waren om Christus te beduiden. Want Hij wordt door het verzoenaltaar aangeduid, *daar Hij de verzoening is voor onze zonden*, gelijk in den I^en^ *Brief van Johannes* (2, 2) gezegd wordt. En redelijk is het, dat deze verzoendeksel door cherubijnen werd gedragen, omdat van hun geschreven staat: « *Alle engelen Gods aanbidden Hem* ». (*Brief aan de Hebreërs*, 1, 6). Hij wordt ook aangeduid door de ark, omdat, gelijk de ark was gemaakt uit Sethim-hout, zoo ook het lichaam van Christus uit allerzuiverste ledematen bestond. De ark was met goud belegd, omdat Christus vol was van wijsheid en liefde, wat door het goud wordt aangeduid. Binnen de ark nu was een gouden urn — d. i. de heilige ziel, — waarin manna was, — d. i. heel de volheid van heiligheid en godheid. Ook was

---

designandam imperfectionem legalium figurarum diversae figurae fuerunt institutae in templo ad significandum Crhistum. Ipse enim significatur per propitiatorium quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris, ut dicitur I. Joan. 2. [v. 2.], et convenienter hoc propitiatorium a Cherubim portabatur, quia de eo scriptum est : « Adorent eum omnes Angeli Dei », ut habetur Hebr. 1. [v. 6.]. Ipse etiam significatur per arcam, quia sicut arca erat constructa de lignis sethim, ita corpus Christi de membris purissimis constabat; erat autem deaurata, quia Christus fuit plenus sapientia et charitate, quae per aurum significatur. Intra arcam autem erat urna aurea, idest sancta anima, habens manna, idest omnem plenitudinem sanctitatis et divinitatis. Erat etiam in arca virga, idest potestas sacerdotalis, quia ipse est factus Sacerdos in aeternum. Erant etiam ibi tabulae Testamenti, ad designandum quod ipse Christus est legis dator. Ipse etiam Christus significatur per candelabrum, quia ipse dicit Joan. 8. [v. 12.]: « Ego sum lux mundi. » Per septem lucernas, septem dona Sancti Spiritus. Ipse etiam significatur

er in de ark een staf, — d. i. de priesterlijke macht, — omdat Hij priester was in eeuwigheid. Ook waren daar de tafelen des verbonds, om aan te duiden, dat Christus zelf de Wet gegeven heeft. Christus wordt ook aangeduid door de kandelaar, omdat Hij gezegd heeft : « *Ik ben het licht der wereld* ». (*Johannes*, 8, 12). Door de zeven lichten worden de zeven gaven van den H. Geest aangeduid, terwijl Christus ook werd voorbeduid door de tafel, omdat Hij zelf geestelijke spijs is, volgens het woord van *Johannes* (6,41) : « *Ik ben het brood des levens* ». De twaalf brooden beduiden de twaalf Apostelen of hun leer. Door den kandelaar en de tafel kan ook de leer en het geloof van de Kerk, die ook verlicht en geestelijk maakt, worden aangeduid. Christus wordt ook aangeduid door het dubbele altaar, nl. voor de brandoffers en voor de reukoffers, omdat wij door Hem al onze deugddaden aan God moeten opdragen, hetzij die, waardoor wij het vleesch kastijden, en die als op het brandofferaltaar worden geofferd, hetzij die, welke door een grootere geestesvolmaaktheid door middel van de geestelijke verlangens der volmaakten aan God worden opgedragen in Christus als op een reukofferaltaar, overeenkomstig het woord van den *Brief aan de Hebreërs* (13,15) : « *Laten wij dus door Hem ten allen tijde een lofoffer aan God opdragen* ».

---

per mensam, quia ipse est spiritualis cibus, secundum illud Joan. 6. [v. 41.]: « Ego sum panis vivus. » Duodecim etiam panes significabant duodecim Apostolos, vel doctrinam eorum. Sive per cadelabrum et mensam potest significari doctrina et fides Ecclesiae, quae etiam illuminat et spiritualiter reficit. Ipse etiam Christus significatur per duplex altare, scilicet holocaustorum et thymiamantis, quia per ipsum oportet nos Deo offerre omnia virtutum opera, sive illa, quibus carnem affligimus, quae offeruntur quasi in altari holocaustorum, sive illa, quae majore mentis perfectione per spiritualia perfectorum desideria Deo offeruntur in Christo, quasi in altari thymiamatis, secundum illud ad Heb. ult. [v. 15.]: « Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo. »

Ad SEPTIMUM dicendum, quod Dominus praecepit altare construi ad sacrificia et munera offerenda in honorem Dei, et sustentationem ministrorum, qui tabernaculo deserviebant. De constructione autem altaris datur a Domino

7. De Heer heeft bevolen, dat er een altaar gebouwd zou worden om offers op te dragen ter eere Gods en ter ondersteuning van diegenen, die het altaar bedienen. Aangaande de bouw van het altaar gaf de Heer een dubbel voorschrift, nl. één bij het begin van de Wet (*Exodus*, 20, 24 v. v.), waar Hij beval, dat het altaar van aarde zou gemaakt worden of minstens van ongekapte steenen, en ook dat het altaar niet op een hoogte zou gebouwd worden, waarop men door middel van treden zou moeten opgaan. Dit was zoo, om afgodendienst te weren, want de heidenen maakten versierde en hooge altaren, waarop naar hun meening iets van de godheid was. Ook beval de Heer daarom (*Deuteronomium*, 16, 21): « *Gij zult bij het altaar van den Heer uwen God geen woud noch boom planten* ». De afgodendienaars inmers offerden gewoonlijk onder boomen, wegens de bekoorlijke ligging en de schaduw.

Van deze voorschriften was de figuurlijke zin, dat wij in Christus — ons altaar — naar Zijn menschheid een echte menschelijke natuur moeten belijden, wat hierdoor aangegeven wordt, dat het altaar van aarde gemaakt was; met betrekking tot Zijn godheid moeten we in Hem de gelijkheid aan den Vader belijden, wat

---

duplex praeceptum. Unum quidem in principio legis Exod. 2. [v. 24 sqq.], ubi Dominus mandavit, quod facerent altare de terra, vel saltem de lapidibus non sectis; et iterum quod non facerent altare excelsum, ad quod oporteret per gradus ascendere; et hoc ad detestandum idololatriae cultum: Gentiles enim idolis construebant altaria ornata, et sublimia, in quibus credebant aliquid sanctitatis et numinis esse. Propter quod etiam Dominus mandavit Deuteron. 16. [v. 21.]: « Non plantabis lucum et omnem arborem juxta altare Domini Dei tui. » Idololatrae enim consueverunt sub arboribus sacrificaret, propter amoenitatem et umbrositatem.

Quorum etiam praeceptorum ratio figuralis fuit, quia in Christo, qui est nostrum altare, debemus confiteri veram carnis naturam quantum ad humanitatem, quod est altare de terra facere; et quantum ad divinitatem debemus in eo confiteri Patris aequalitatem, quod est non ascendere per gradus ad altare. Nec etiam juxta Christum debemus admittere doctrinam Gentilium ad lasciviam provocantem. Sed facto tabernaculo ad honorem

het niet-langs-trappen-opgaan aangeeft. Ook mogen wij volgens Christus niet de leer der heidenen aanhangen, die tot het bedrijven van uitspattingen voerde. Maar wanneer eenmaal de tabernakel opgericht was ter eere Gods, behoefde men niet meer bevreesd te zijn voor aanleiding tot dergelijke afgoderij. Daarom beval de Heer dan ook, dat het brandofferaltaar, dat voor heel het volk zichtbaar was, van koper zou gemaakt worden, en het reukaltaar, wat alleen de priesters zagen, van goud. Immers koper was niet zoo kostbaar, dat het volk door de kostbaarheid er van tot afgoderij zou opgewekt worden. Daar echter in het Boek *Exodus* (20, 26) voor het voorschrift : *Gij zult niet langs trappen opgaan tot mijn altaar*, de volgende verklaring volgt : « *Opdat uw schaamte niet ontbloot wordt* », moet men in overweging nemen, dat ook dit werd bepaald om afgoderij uit te sluiten, want in den eeredienst van Priapus ontblootten de heidenen hun schaamdeelen voor het volk. Nadat echter aan de priesters tot dekking van hun schaamdeelen het gebruik van een onderbroek werd opgelegd, kon zonder gevaar zulk een hoogte van het altaar worden voorgeschreven, dat de priesters er op het uur van het offer op moesten klimmen langs verdraagbare, echter niet langs gemetselde trappen.

Dei, non erant timendae hujusmodi occasiones idololatriae; et ideo Dominus mandavit, quod fieret altare holocaustorum de aere, quod esset omni populo conspicuum, et altare thymiamatis de auro, quod soli Sacerdotes videbant. Nec erat tanta pretiositas aeris, ut per ejus copiam populus ad aliquam idololatriam provocaretur : sed quia Exod. 20. [v. 26.] ponitur pro ratione hujus praecepti : Non ascendes per gradus ad altare meum, id quod subditur : « Ne reveletur turpitudo tua », considerandum est, quod hoc etiam fuit institutum ad excludendam idololatriam, nam in sacris Priapi sua pudenda Gentiles populo denudabant. Postmodum autem indictus est Sacerdotibus foeminalium usus ad tegmen pudendorum; et ideo sine periculo institui poterat tanta altaris altitudo, ut per aliquos gradus ligneos non stantes, sed portatiles, in hora sacrificii Sacerdotes ad altare ascenderent sacrificia offerentes.

8. De tabernakel bestond uit enkele rechtovereindstaande tafels, die van binnen bedekt waren met enkele tapijten van vier verschillende kleuren, nl. getwijnd byssus, violetblauw, purper, en dubbelgeverfd karmozijn. Deze tapijten echter bedekten alleen de zijden van den tabernakel. Tot overdekking van den tabernakel echter dienden een bedekking van violetblauwe vellen, en daarop een ander van roodgekleurde ramsvellen, en daarop een derde van geitenhaar, welk niet alleen de bedekking afsloot, maar ook afhing tot op den grond, en de tafelen van den tabernakel bedekte. Van al deze bedekkingen was de letterlijke zin een versiering en bedekking van den tabernakel, om hem in eere te doen houden. In het bijzonder echter werd volgens sommigen door de tapijten de besterde hemel aangeduid, welke met verschillende sterren bezaaid is; door de dekkleeden, de wateren, die boven het firmament zijn; door de roodgeverfde ramsvellen, de hooge hemel, waar de engelen zijn; door de violetblauwe vellen, de hemel van de H. Drievuldigheid.

De figuurlijke zin van deze kleeden is, dat door de tafelen, waaruit de tabernakel was samengesteld, de geloovigen-in-Christus werden aangeduid, waaruit de Kerk is samengesteld. Van binnen

---

Ad octavum dicendum, quod corpus tabernaculi constabat ex quibusdam tabulis in longitudinem erectis, quae quidem interius tegebantur quibusdam cortinis ex quatuor coloribus variatis, scilicet de bysso retorta, et hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto. Sed hujusmodi cortinae tegebant solum latera tabernaculi. In tecto autem tabernaculi erat operimentum unum de pellibus hyacinthinis, et super hoc aliud de pellibus arietum rubricatis, et desuper tertium de quibusdam sagis cilicinis, quae non tantum operiebant tectum tabernaculi, sed etiam descendebant usque ad terram, et tegebant tabulas tabernaculi exterius. Horum autem operimentorum ratio literalis in communi erat ornatus seu protectio tabernaculi, ut in reverentia haberetur; in speciali vero secundum quosdam per cortinas designabatur coelum sidereum, quod est diversis stellis variatum; per saga, aquae quae sunt supra firmamentum; per pelles rubricatas, coelum empyreum, in quo sunt angeli; per pelles hyacinthinas, coelum Sanctae Trinitatis.

Figuralis autem ratio horum est, quia per tabulas, ex quibus construeba-

nu werden de tafelen met vierkleurige tapijten bedekt, daar de geloovigen innerlijk gesierd zijn met vier deugden, want door het getwijnd byssus wordt, volgens de Glossa, het door de zuiverheid bedwongen vleesch aangeduid; door het violetblauw, de naar hooger strevende geest; door het purper het door lijden gefolterde vleesch; door het dubbelgeverfd karmozijn, de in het lijden door de liefde tot God en den naaste schitterende geest. Door de bedekkingen van het dak echter werden de praelaten en leeraars aangeduid, die hierdoor moeten uitschitteren, dat hun omgang in den hemel is, wat aangeduid werd door de violetblauwe vellen; alsook door de begeerte naar het martelaarschap, wat de roode vellen aangeven; en door de sobere levenswijze en den moed in tegenspoed, welke worden aangeduid door de dekkleeden, die blootgesteld waren aan regen en wind, zooals de Glossa zegt.

9. De wijding van den tabernakel en zijn vaten, had een letterlijken zin, nl. dat hij in hooge eere zou gehouden worden, als door de wijding bestemd voor den eeredienst.

De figuurlijke zin echter is, dat door zulk een wijding wordt aangeduid de geestelijke wijding van den levenden tabernakel, nl. van de geloovigen, waaruit de Kerk van Christus samengesteld is.

---

tur tabernaculum, significantur Chrisifideles, ex quibus construitur Ecclesia. Tegebantur autem interius tabulae cortinis quadricoloribus, quia fideles interius ornantur quator virtutibus, nām in bysso retorta, ut Glossa [ordin.] dicit, significatur caro castitate renitens; in hyacintho, mens superna cupiens; in purpura, caro passionibus subjacens; in cocco bis tincto, mens inter passiones Dei et proximi dilectione praefulgens. Per operimenta vero tecti designantur Praelati et Doctores, in quibus debet renitere coelestis conversatio, quod significatur per pelles hyacinthinas; promptitudo ad martyrium, quod significant pelles rubricatae; austeritas vitae et tolerantia adversorum, quae significantur per saga cilicina, quae erant exposita ventis et pluviis, ut Glossa dicit.

Ad nonum dicendum, quod sanctificatio tabernaculi et vasorum ejus habebat causam literalem, ut in majori reverentia haberetur, quasi per hujusmodi consecrationem divino cultui deputatum.

Figuralis autem ratio est, quia per hujusmodi sanctificationem signifi-

10. In de Oude Wet waren zeven tijdelijke plechtigheden, en één voortdurende, gelijk men ze kan afleiden uit het Boek *Numeri* (28, 29). Want er was één als het ware voortdurend feest, daar 's morgens en 's namiddags het lam geofferd werd, en door dit voortdurend feest van het ononderbroken offer werd de eeuwigdurendheid van de goddelijke zaligheid voorgesteld. Van de tijdelijke feesten echter was het eerste, dat iedere week werd herhaald. Dit was de *plechtigheid van den Sabbat*, die gevierd werd ter herinnering aan de schepping der dingen, zooals hierboven (C^{e} Kw., 5^{e} Art., 2^{e} Ant.) gezegd is. Een andere plechtigheid werd iedere maand herhaald, nl. *het feest der nieuwe maan*, wat gevierd werd ter herinnering aan het werk van het Godsbestuur, want de lagere dingen worden vooral bewogen volgens de beweging van de maan. Daarom werd dit feest dan ook bij nieuwe maan gevierd, en niet bij volle maan, om den dienst der afgodendienaars te vermijden, die dan offerden. Deze twee weldaden hebben betrekking op heel de menschheid, waarom ze dikwijls herhaald werden. De andere vijf feesten echter werden eens per jaar gevierd. Daarbij werden de weldaden, bijzonder aan dit volk bewezen, herdacht. *Het feest van Paschen* immers werd in

---

catur spiritualis sanctificatio viventis tabernaculi, scilicet fidelium, ex quibus constituitur Ecclesia Christi.

Ad decimum dicendum, quod in veteri lege erant septem solemnitates temporales, et una continua, ut potest colligi Numer. 28 et 29. Erat enim quasi continuum festum, quia quotidie mane et vespere immolabatur agnus; et per illud continuum festum jugis sacrificii repraesentabatur perpetuitas divinae beatudinis. Festorum autem temporalium primum erat, quod iterabatur qualibet septimana; et haec erat solemnitas Sabbati, quod celebrabatur in memoriam creationis rerum, ut supra dictum est [q. 100. art. 5. ad 2.]. Alia autem solemnitas iterabatur quolibet mense, scilicet festum Neomeniae; quod celebrabatur ad commemorandum opus divinae gubernationis, nam haec inferiora praecipue variantur secundum motum Lunae: et ideo celebrabatur hoc festum in novitate Lunae, non autem in ejus plenitudine, ad evitandum idololatrarum cultum, qui in tali tempore Lunae sacrificabant. Haec autem duo beneficia sunt communia toti humano

de eerste maand gevierd ter herinnering aan de bevrijdingsweldaad uit Egypte. Het *Pinksterfeest* echter, vijftig dagen later, ter herinnering aan de wetgevingsweldaad. De drie overige feesten werden in de zevende maand gevierd, welke in haar geheel voor hen heilig was, gelijk ook de zevende dag. Want op den eersten dag van de zevende maand was *het feest van de Bazuinen*, ter herinnering aan de bevrijding van Isaac, toen Abraham een ram hangende aan zijn horens vond, dien zij door de hoornen voorstelden waarop zij floten. Het feest der Bazuinen was als een uitnoodiging om zich tot het volgende feest voor te bereiden, dat op den tienden dag gevierd werd, en dit was *het feest der Verzoening*, ter herinnering aan de weldaad dat God zich, op het gebed van Mozes, ontfermd heeft over de zonde van het volk, met betrekking tot de aanbidding van het kalf. Daarna werd het *Loofhuttenfeest* gevierd, gedurende zeven dagen, ter herinnering aan de weldaad van de goddelijke bescherming en leiding door de woestijn, waar zij in tenten woonden. Vandaar moesten zij op dat feest de vrucht van den schoonsten boom hebben, nl. de citroen, en een tak vol welriekende bladeren, nl. een myrtetak, en palmtakken, en takken van beekwilgen, die hun frischheid

---

generi, et ideo frequentius iterabantur. Alia vero quinque festa celebrabantur semel in anno, et recolebantur in eis beneficia specialiter illi populo exhibita. Celebrabatur enim festum Phase primo mense ad commemorandum liberationis beneficium ex Ægypto. Celebrabatur autem festum Pentecostes post quinquaginta dies, ad recolendum beneficium legis datae. Alia vero tria festa celebrabantur in mense septimo, qui quasi totus apud eos erat solemnis, sicut et septimus dies. In prima enim die mensis septimi erat festum Tubarum, in memoriam liberationis Isaac, quando Abraham invenit arietem haerentem cornibus, quem repraesentabant per cornua, quibus buccinabant. Erat autem festum tubarum quasi quaedam invitatio, ut praepararent se ad sequens festum quod celebrabatur decimo die : et hoc erat festum Expiationis in memoriam illius beneficii, quo Deus propitiatus est peccato populi de adoratione vituli ad preces Moysi. Post hoc autem celebrabatur festum Scenopoegiae, idest tabernaculorum, septem diebus, ad commemorandum beneficium divinae protectionis et deductionis per desertum, ubi

lang behouden, zooals er in het land van belofte gevonden worden, om aan te duiden, dat door de droge woestijngrond, God hen geleid heeft naar een heerlijk land. Op den achtsten dag werd er een ander feest gevierd, nl. *het feest der Verzameling*, waarop door het volk datgene, wat noodig was voor de uitgaven van den eeredienst, verzameld werd, en dat de vereeniging van het volk en den voorspoed in het land van belofte aanduidde.

De figuurlijke zin van deze feesten is, dat door het onafgebroken offer van een lam de eeuwigdurendheid van Christus werd aangeduid, die is het Lam Gods, overeenkomstig het woord uit den *Brief aan de Hebreërs* (13,8) : « *Jesus-Christus blijft dezelfde gisteren, en vandaag, en in alle eeuwen* ». Door den Sabbat echter wordt aangeduid de geestelijke rust, die ons door Christus gegeven is, zooals staat in den *Brief aan de Hebreërs* (4). Door het feest der nieuwe maan wordt de verlichting der primitieve Kerk door Christus aangeduid, door prediking en wonderen. Door het Pinksterfeest, de nederdaling van den H. Geest over de Apostelen; door het feest der Bazuinen, de prediking der Apostelen; door het Verzoeningsfeest, de zonden-zuivering van het christelijk volk; door het Loofhuttenfeest, hun pel-

---

in tabernaculis habitaverunt; unde in hoc festo debebant habere fructum arboris pulcherrimae, idest citrum, et lignum densarum frondium, idest myrthum, quae sunt odorifera, et spatulas palmarum, et salices de torrente, quae diu retinent suum virorem, et haec inveniuntur in terra promissionis, ad significandum, quod per aridam terram deserti eos deduxerat Deus ad terram deliciosam. Octavo autem die celebrabatur aliud festum, scilicet Coetus atque Collectae, in quo colligebantur a populo ea, quae erant necessaria ad expensas cultus divini; et significabatur adunatio populi, et pax praestita in terra promissionis.

Figuralis autem ratio horum festorum est, quia per juge sacrificium agni figuratur perpetuitas Christi, qui est agnus Dei, secundum illud Hebr. ult. [v. 8.] : « Jesus Christus heri, et hodie, ipse et in saecula. » Per Sabbatum autem designatur spiritualis requies nobis data per Christum, ut habetur ad Hebr. 4.; per Neomeniam autem, quae est inceptio novae Lunae, significatur illuminatio primitivae Ecclesiae per Christum, eo prae-

grimsreis op deze wereld, waarin zij wandelen, voortgang makende in de deugd; door het feest der Verzameling, de verzameling der geloovigen in het hemelrijk, waarom dit feest het heiligste feest genoemd wordt. Deze drie feesten volgden onmiddellijk op elkaar omdat de van ondeugden gezuiverden voortgang moeten maken in de deugd, totdat zij gekomen zijn aan de aanschouwing Gods, gelijk in *Psalm* 83, 8 gezegd wordt.

V^e^ ARTIKEL.

Kan er voor de Sacramenten van de Oude Wet een gepaste zin zijn?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat er voor de Sacramenten der Oude Wet geen gepaste zin kan zijn. — 1. Die dingen immers, die gedaan worden voor den eeredienst van God, mogen niet gelijk zijn aan die, welke de afgodendienaars onderhouden. Daarom wordt er in het Boek *Deuteronomium* (12,31) gezegd :

---

dicante et miracula faciente. Per festum autem Pentecostes significatur descensus Spiritus Sancti in Apostolos. Per festum autem Tubarum significatur praedicatio Apostolorum. Per festum autem Expiationis significatur emundatio a peccatis populi christiani. Per festum autem Tabernaculorum peregrinatio eorum in hoc mundo, in quo ambulant in virtutibus proficiendo. Per festum autem coetus, atque collectae significatur congregatio fidelium in regno coelorum; et ideo istud festum dicebatur sanctissimum esse. Et haec tria festa erant continua ad invicem, quia oportet expiatos a vitiis proficere in virtute, quousque perveniant ad Dei visionem, ut dicitur in Psalmo 83. [v. 8]..

ARTICULUS V.

Utrum sacramentorum veteris legis conveniens causa esse possit.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod Sacramentorum veteris legis conveniens causa esse non possit : ea enim, quae ad cultum divinum fiunt, non debent esse similia his, quae idololatrae observabant; unde dicitur

«*Gij zult aldus niet doen voor den Heer Uwen God, want alle gruwelen welke de Heer verafschuwt, hebben zij hun goden gedaan* ». Welnu de afgodendienaars sneden zich bij hun diensten tot bloedens toe met messen; want in het derde Boek *Koningen* (18,28) wordt gezegd, dat zij van bloed dropen, zoodanig sneden zij zich bij hun diensten met messen en priemen. Daarom beval de Heer (*Deuteronomium*, 14, 1) : « *Gij zult u geen insnijdingen maken, noch uw hoofd kaal scheren, om een doode, want gij zijt een heilig volk voor den Heer, uwen God; en u heeft Hij uitverkoren om Hem tot Zijn eigen volk te maken uit al de volken, die op aarde wonen.* » Dus was de besnijdenis ongepast ingesteld in de Oude Wet.

2. Die dingen, die bij den goddelijken eeredienst gedaan worden, moeten een zeker eerbiedwaardigheid hebben en ernst, volgens het woord uit *Psalm* 34, 18: « *In een ernstig volk zal ik U loven* ». Welnu het schijnt in zekere mate lichtzinnig te zijn, dat de menschen haastig eten. Dus was het een ongepast voorschrift (*Exodus*, 12), dat zij haastig het paaschlam moesten eten, terwijl er nog andere dingen met betrekking tot het eten waren vastgesteld, die heel en al onredelijk schijnen te zijn.

Deuteronomii 12. [v. 31.] : « Non facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quibus aversatur Dominus, fecerunt diis suis. » Sed cultores idolorum in cultu eorum cultris se incidebant usque ad effusionem sanguinis. Dicitur enim 3. Reg. 18. [v. 28] quod incidebant se juxta ritum suum cultris et lanceolis, donec perfunderentur sanguine; propter quod Dominus mandavit Deuter. 14. [v. 1] : « Non vos incedetis, nec facietis calvitium super mortuo, quoniam populus sanctus est Domino Deo tuo, et te elegit, ut sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quae sunt », etc.; inconvenienter igitur circumcisio erat instituta in lege.

2. PRÆTEREA, ea quae in cultum divinum fiunt, debent honestatem, et gravitatem habere, secundum illud Ps. 34. [v. 18.] : « In populo gravi laudabo te. » Sed ad levitatem quamdam pertinere videtur, ut homines festinanter comedant; inconvenienter igitur praeceptum est Exod. 12 ut comederent festinanter agnum paschalem; et alia etiam circa ejus comestionem sunt instituta, quae videntur omnino irrationabilia esse.

3. De Sakramenten der Oude Wet waren voorafbeeldingen van die der Nieuwe Wet. Welnu, door het paaschlam werd de Eucharistie voorafgebeeld, volgens het woord uit den *Eersten Brief aan de Corinthiërs* (5, 7) : « *Ons paaschlam — Christus — is geslacht.* » Dus moesten er in de Wet ook sacramenten zijn, die de andere Sacramenten der Nieuwe Wet voorafbeeldden, zooals het vormsel, het oliesel, het huwelijk en de andere sacramenten.

4. Een zuivering kan niet doelmatig geschieden tenzij van onreinheden. Maar met betrekking tot God wordt niets stoffelijks onrein geacht, omdat alle stof een schepsel Gods is, en « *ieder schepsel Gods is goed en geen enkel verwerpelijk, als het met dankzegging genoten wordt* », gelijk in den I^en^ *Brief aan Timotheus* (4,4) gezegd wordt. Dus was het niet passend, dat men zich om de aanraking met een dood mensch, of met een dergelijke lichamelijke besmetting, reinigde.

5. In het Boek *Ecclesiasticus* (34, 4) wordt gezegd: « *Wat zal van onreinheid gereinigd worden?* » welnu de asch van een roode koe, die verbrand werd, was onrein, daar ze onrein maakte. Immers in het Boek *Numeri* (19, 7 v. v.) wordt gezegd, dat *de priester, die haar slachtte, tot den avond onrein was.* Evenzoo

---

3. PRÆTEREA, sacramenta veteris legis figurae fuerunt sacramentorum novae legis; sed per agnum paschalem significatur sacramentum Eucharistiae, secundum illud 1. ad Corinth. 5. [v. 7.]: « Pascha nostrum immolatus est Christus. » Ergo etiam debuerunt esse aliqua sacramenta in lege, quae praefigurarent alia sacramenta novae legis, sicut Confirmationem, et Extremam Unctionem, et Matrimonium, et alia Sacramenta.

4. PRÆTEREA, purificatio non potest convenienter fieri nisi ab aliquibus immunditis; sed quantum ad Deum nullum corporale reputatur immundum, quia omne corpus creatura Dei est, et omnis creatura Dei bona, et nihil rejiciendum, quod cum gratiarum actione perciptiur, ut dicitur 1. ad Tim. 4. [v. 4.]; inconvenienter igitur purificabantur propter contactum hominis mortui, vel propter alicujus hujusmodi corporalis infectionis.

5. PRÆTEREA, Eccl. 34. [v. 4] dicitur : « Ab immundo quid mundabitur? » Sed cinis vitulae rufae, quae comburebatur, immundus erat, quia immundum reddebat : dicitur enim Num. 19 [v. 7 sqq.] quod Sacerdos,

ook hij, die haar verbrandde en ook hij, die de asch verzamelde. Dus was het gebod ook ongepast, dat de onreinen door de besproeiïng van zulk een asch gereinigd werden.

6. De zonden zijn niet iets stoffelijks, wat van plaats tot plaats verplaatst kan worden. Ook kan de mensch niet door iets onreins van zonde gereinigd worden. Het was dus ongepast, dat een priester voor de zuivering van de zonden van het volk de zonden van Israël beleed over één van de herten, opdat hij ze in de woestijn zou dragen, terwijl zij door het ander, dat zij gebruikten voor de reiniging en dat ze buiten de muren van de stad samen met het vet verbrandden, onrein werden, zoodat ze hun kleeren en hun lichaam met water moesten wasschen.

7. Wat reeds rein gemaakt is, moet niet opnieuw gereinigd worden. Het was dan ook ongepast, dat een van de melaatscheid gereinigde of ook zijn huis nog een andere reiniging moest ondergaan, gelijk staat in het Boek *Leviticus* (14).

8. Een geestelijke onreinheid kan niet door stoffelijk water of door het scheren van de haren gereinigd worden. Het schijnt dus onredelijk, dat de Heer in het Boek *Exodus* (30, 18 vv.) beval, dat men *een koperen waschvat zou maken met een voet-*

---

qui immolabat eam, commaculatus erat usque ad vesperum; similiter et ille, qui eam comburebat, et etiam ille, qui ejus cineres colligebat; ergo inconvenienter praeceptum ibi fuit, ut per hujusmodi cinerem ibi aspersum immundi purificarentur.

6. PRÆTEREA, peccata non sunt aliquid corporale, quod possit deferri de loco ad locum, neque etiam per aliquid immundum potest homo a peccato mundari; inconvenienter igitur ad expiationem peccatorum populi Sacerdos super unum hircorum confitebatur peccata filiorum Israël, ut portaret ea in desertum; per alium autem, quo utebantur ad purificationes simul cum vitulo comburentes extra castra, immundi reddebantur, ita quod oportebat eos lavare vestimenta, et carnem aqua.

7. PRÆTEREA, illud, quod jam est mundatum, non oportet iterum mundari; inconvenienter igitur mundata lepra hominis, vel etiam ejus domus, alia purificatio adhibebatur, ut habetur Levit. 14.

8. PRÆTEREA, spiritualis immunditia non potest per corporalem aquam vel pilorum rasuram emundari; irraitionabile igitur videtur, quod Dominus

stuk, om de handen en de voeten der priesters te wasschen, die den tabernakel zullen ingaan, en dat er in het Boek *Numeri* (8,7) bevolen wordt dat *de Levieten met reinigingswater zouden besprengd worden en zich al het haar van hun lijf afscheren.*

9. Iets wat grooter is kan niet geheiligd worden door iets wat kleiner is. Het is dus vreemd, dat door lichamelijke zalving en door stoffelijke offers de wijding geschiedde in de Wet, van hoogere en lagere priesters, zooals in het Boek *Leviticus* (8) staat, en van de Levieten, zooals in het Boek *Numeri* (8) staat.

10. Zooals in het Eerste Boek *Koningen* (16,7) gezegd wordt, *zien de menschen op het uiterlijke, God echter het hart.* Welnu datgene wat uiterlijk zichtbaar is aan den mensch, is zijn stoffelijk gestel en ook zijn kleederen. Het was dus niet goed, dat voor de hoogere en lagere priesters bijzondere kleederen werden bestemd, waarvan in het boek *Exodus* (28) sprake is. Ook schijnt er geen reden voor te zijn, dat iemand voor het priesterschap geweigerd werd om lichamelijke gebreken, volgens het woord uit het boek *Leviticus* (21, 17, vv.). « *Iemand in uwe familien van uw zaad, die een gebrek heeft, mag zijn God geen brood opofferen, indien hij blind of mank is* », enz. Zoodus

---

praecepit Exod. 30. [v. 18. sqq.] ut fieret labium aereum cum basi sua ad lavandum manus et pedes Sacerdotum, qui ingressuri erant tabernaculum, et quod praecipitur Num. 8. [v. 7.] quod Levitae abstergerentur aqua lustrationis et raderent omnes pilos carnis suae.

9. PRÆTEREA, quod majus est, non potest sanctificari per illud, quod minus est; inconvenienter igitur per quamdam unctionem corporalem, et corporalia sacrificia et oblationes corporales fiebat in lege consecratio majorum et minorum Sacerdotum, ut habetur Levit. 8., et Levitarum, ut habetur Num. 8.

10. PRÆTEREA, sicut dicitur 1. Regum 16 [v. 7.], « homines vident ea, quae parent, Deus autem intuetur cor »; sed ea quae exterius parent in homine, est corporalis dispositio et etiam indumenta; inconvenienter igitur Sacerdotibus majoribus et minoribus quaedam specialia vestimenta deputabantur, de quibus habetur Exod. 28, et sine ratione videtur, quod prohiberetur aliquis a sacerdotio propter corporales defectus, secundum quod

blijkt het, dat de sacramenten van de Oude Wet onredelijk waren.

Maar daartegenover staat, wat er in het boek *Leviticus* (20,8) gezegd wordt : « *Ik ben de Heer, die u heilig maak.* » Welnu door God wordt niets zonder reden gedaan, want in *Psalm* 103, 24, wordt gezegd : « *Alles hebt Gij in wijsheid gedaan.* » Dus was er in de sacramenten der Oude Wet, die op de heiligmaking van den mensch gericht waren, niets zonder redelijken zin.

LEERSTELLING. — Gelijk hierboven gezegd is (CI^e Kw., 4^e Art.), worden die dingen in eigenlijken zin sacramenten genoemd, die op de Godsvereerders tot een wijding toegepast werden, waardoor zij nl. op een of andere manier bestemd werden voor den goddelijken eeredienst. Welnu in het algemeen was heel het volk met den eeredienst belast, maar in het bijzonder de priesters en de levieten, die er de bedienaars van waren. Daarom hadden sommige sacramenten van de Oude Wet in het algemeen betrekking op geheel het volk, terwijl andere in het bijzonder betrekking hadden op de bedienaars, en met betrekking tot beiden

---

dicitur Levit. 21. [v. 17. sqq.]: « Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, si caecus fuerit, vel claudus », etc.; sic igitur videtur, quod Sacramenta veteris legis irrationabilia fuerint.

SED CONTRA est, quod dicitur Lev. 20. [v. 8.] : « Ego sum Dominus, qui sanctifico vos »; sed a Deo nihil sine ratione fit : dicitur enim in Ps. 103. [v. 24.]: « Omnia in sapientia fecisti. » Ergo in sacramentis veteris legis, quae ordinabantur ad hominum sanctificationem, nihil erat sine rationabili causa.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. 101. art. 4.], sacramenta proprie dicuntur illa, quae adhibebantur Dei cultoribus ad quamdam consecrationem, per quam scilicet deputabantur quodammodo ad cultum Dei. Cultus autem Dei generali quidem modo pertinebat ad totum populum, sed speciali modo pertinebat ad Sacerdotes et Levitas, qui erant

waren drie dingen noodzakelijk. Ten eerste moest men als bedienaar van den eeredienst aangesteld worden. Dit geschiedde in het algemeen voor allen door de besnijdenis, zonder welke niemand tot iets wettelijks werd toegelaten; voor de priesters echter door de wijding. Ten tweede werd vereischt het gebruik van datgene, wat tot den goddelijken eeredienst behoorde. Hiertoe was voor het volk het eten van den paaschmaaltijd, waartoe geen onbesnedene werd toegelaten, zooals blijkt uit het boek *Exodus* (12, 43 en vv.); en voor de priesters het opdragen van de slachtoffers en het eten van de toonbrooden en van de andere spijzen, die voor het gebruik der priesters bestemd waren. Ten derde werd vereischt de verwijdering van die dingen, die sommigen van den eeredienst vervreemdden, nl. onreinheden. Hiertoe waren voor het volk sommige zuiveringen vastgesteld van sommige uiterlijke onreinheden en ook uitboetingen van zonden. Voor de priesters en Levieten was de hand- en voetwassching en de haarschering ingesteld. Dit alles had een redelijken zin, zoowel een letterlijken, voor zoover zij op den eeredienst voor dien tijd gericht waren, als figuurlijken, voor zoover zij waren gericht op de voorbeduiding van Christus, zooals blijkt uit de behandeling in het bijzonder.

---

ministri cultus divini; et ideo in istis sacramentis veteris legis quaedam pertinebant communiter ad totum populum, quaedam autem specialiter ad ministros, et circa utrosque tria erant necessaria. Quorum primum est institutio in statu colendi Deum; et haec quidem institutio communiter quantum ad omnes fiebat per circumcisionem, sine qua nullus admittebatur ad aliquid legalium; quantum vero ad Sacerdotes, per sacerdotum consecrationem. Secundo requirebatur usus eorum, quae pertinent ad divinum cultum; et sic quantum ad populum erat esus paschalis convivii, ad quem nullus incircumcisus admittebatur, ut patet Exod. 12 [v. 43 sqq.]; et quantum ad Sacerdotes oblatio victimarum, et esus panum propositionis, et aliorum quae erant Sacerdotum usibus deputata. Tertio requirebatur remotio eorum, per quae aliqui impediebantur a cultu divino, scilicet immunditiarum; et sic quantum ad populum erant institutae quaedam purificationes a quibusdam exterioribus immunditiis, et etiam expiationes a peccatis; quantum vero ad Sacerdotes et Levitas erat instituta ablutio manuum et pedum, et rasio

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De voornaamste letterlijke zin van de besnijdenis was de geloofsbelijdenis aan één God. En omdat Abraham de eerste was die zich van de ongeloovigen afscheidde, toen hij wegging van zijn huis en van zijn verwanten, daarom heeft hij het eerste de besnijdenis ontvangen. Dezen zin geeft de Apostel aan in den *Brief aan de Romeinen* (4, 9 v.v.) : « *Het teeken van de besnijdenis ontving hij slechts tot zegel van de gerechtigheid van het geloof, dat hij had toen hij onbesneden was* », omdat nl. — leest men aldaar — *het geloof van Abraham hem toegerekend werd tot gerechtigheid, omdat hij tegen alle hoop in geloofde*, nl. tegen de hoop van de natuur op de hoop van de genade, om vader te worden van vele geslachten, toen hij grijsaard was en zijn vrouw een oude vrouw en onvruchtbaar. Opdat nu deze geloofsbelijdenis en navolging in de harten der Joden zou bestendigd worden, gebruikten zij een teeken in het vleesch, welk teeken zij niet konden vergeten. Vandaar wordt in het Boek *Genesis* (17, 13) gezegd : « *Mijn verbond zal in uw vleesch tot een eeuwig verbond zijn.* » Het geschiedde echter op den achtsten dag, omdat een knaap daarvóór uiterst zwak is en zwaar gemarteld zou kunnen worden, en

---

pilorum. Et haec omnia habebant rationabiles causas, et literales, secundum quod ordinabantur ad cultum Dei pro tempore illo, et figurales, secundum quod ordinabantur ad figurandum Christum, ut patebit per singula discurrenti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod literalis ratio circumcisionis principalis quidem fuit ad protestationem fidei unius Dei. Et quia Abraham fuit primus, qui se ab infidelibus separavit, exiens de domo sua et de cognatione sua, ideo ipse primus circumcisionem accepit. Et hanc causam assignat Apost. ad Rom. 4 [v. 9 sqq.] : « Signum accepit circumcisionis, signaculum justitiae fidei, quae est in praeputio », quia scilicet in hoc legitur : « Abrahae fides reputata ad justitiam, quod contra spem in spem credidit », scilicet contra spem naturae in spem gratiae, « ut fieret pater multarum gentium », cum ipse esset senex, et uxor sua esset anus et sterilis. Et ut haec protestatio et imitatio fidei Abrahae firmaretur in cordibus Judaeorum, ac-

wordt aangezien als iets, wat nog niet stevig is. Daarom werden overigens ook geen dieren vóór den achtsten dag geofferd. Daarentegen mocht het niet langer uitgesteld worden, opdat sommigen het teeken der besnijdenis om de pijn niet zouden ontvluchten, en opdat ook de ouders, wier liefde tot de zonen groeit, wanneer zij er langer mee omgaan, en de kinderen grooter worden, hen niet aan de besnijdenis zouden onttrekken. De tweede reden kan zijn om de wellust van dat lidmaat te verzachten. De derde reden is de verachting van den plechtdienst van Venus en Priamus, waarbij dat lichaamsdeel werd vereerd. De Heer verbood echter alleen die insnijding, die bij den afgodendienst plaats had, waaraan de bovengenoemde besnijdenis niet gelijk was.

De figuurlijke zin echter van de besnijdenis was, dat zij de opheffing van het bederf door Christus voorbeduidde, welke ten volle in vervulling zal gaan op den achtsten tijd, welke de tijd der verrijzenden is. En daar ieder bederf in ons gekomen is door schuld en straf voor de zonde der eerste ouders, daarom gebeurde die besnijdenis aan het geslachtsdeel. Vandaar zegt de Apostel in zijn *Brief aan de Colossers* (2, 11) : « *In Hem zijt gij ook besneden met een besnijdenis, die zonder handen verricht*

---

ceperunt signum in carne sua, cujus oblivisci non possent; unde dicitur Genes. 17 [v. 13] : « Erit pactum meum in carne vestra in foedus aeternum. » Ideo autem fiebat octava die, quia antea puer est valde tenellus, et posset ex hoc graviter laedi, et reputatur adhuc quasi quiddam non solidatum; unde etiam nec animalia offerebantur ante octavum diem. Ideo vero non magis tardabatur, ne propter dolorem aliqui signum circumcisionis refugerent, et ne parentes etiam, quorum amor increscit ad filios post frequentem conversationem et eorum augmentum, eos circumcisioni subtraherent. Secunda ratio esse potuit ad debilitationem concupiscentiae in membro illo. Tertia ratio est in sugillationem sacrorum Veneris et Priapi, in quibus illa pars corporis honorabatur. Dominus autem non prohibuit nisi incisionem, quae in cultu idolorum fiebat, cui non erat similis praedicta circumcisio.

Figuralis vero ratio circumcisionis erat, quia figurabatur ablatio corruptionis fienda per Christum, quae perfecte complebitur in octava aetate, quae est actas resurgentium. Et quia omnis corruptio culpae et poenae pro-

is, waardoor gij het vleeschelijk lichaam uitgedaan hebt, met de besnijdenis van onzen Heer Jezus-Christus. »

2. De letterlijke zin van het Paaschmaal was de herinnering aan de weldaad, waardoor God hen uit Egypte gevoerd had. Vandaar beleden zij door dien maaltijd, dat ze tot dat volk behoorden, dat God van uit Egypte tot zich genomen had. Want toen zij uit Egypte bevrijd werden, werd hen bevolen, dat zij met het bloed van een lam den drempel van hun huizen zouden bestrijken, terwijl zij daardoor te kennen gaven, dat ze van den eeredienst der Egyptenaren, die den ram vereerden, afweken; en zoo werden ze, door de besprenkeling met het bloed van een lam of door de bestrijking van de deurposten van de huizen, bevrijd van het gevaar van verdelging, wat de Egyptenaren bedreigde. Bij dezen uittocht uit Egypte nu waren twee zaken op te merken : nl. de haast om te vertrekken, want *de Egyptenaren dwongen hen met spoed te vertrekken*, zooals het Boek *Exodus* (12, 32) zegt, en dat de achterblijvers, die niet haastig met den grooten hoop vertrokken, het gevaar dreigde door de Egyptenaren gedood te worden. Deze haast uitte zich op tweevoudige wijze. Ten eerste, door hetgeen zij aten, want hen werd bevolen,

---

venit in nos per carnalem originem ex peccato primi parentis, ideo talis circumcisio fiebat in membro generationis; unde Apostolus dicit ad Coloss. 2. [v. 11] : « Circumcisi estis in Christo circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Domini nostri Jesu Christi. »

Ad secundum dicendum, quod literalis ratio convivii paschalis fuit in commemorationem beneficii, quo Deus eduxit eos de Aegypto; unde per hujusmodi convivii celebrationem profitebantur se ad illum populum pertinere, quem Deus sibi assumpserat ex Aegypto. Quando enim fuerunt ex Aegypto liberati praeceptum est eis, ut sanguine agni linirent superliminaria domorum, quasi protestantes se recedere a ritibus Aegyptiorum, qui arietem colebant; unde et liberati sunt per sanguinis agni aspersionem, vel linitionem in postibus domorum a periculo exterminii, quod imminebat Aegyptiis. In illo autem exitu eorum de Aegypto duo fuerunt, scilicet festinantia ad egrediendum (impellebant enim eos Aegyptii, ut exirent velociter, ut habetur Exod. 12 [v. 32], imminebatque periculum ei, qui non festinaret exire

dat ze ongedeesemde brooden zouden eten, ten teeken dat zij het niet meer konden deesemen, doordat zij door de Egyptenaren gedwongen werden op te trekken; en dat zij het lam aan het vuur gebraden aten, want zóó was het gauwer klaar; en doordat ze geen been er uit mochten breken, want wanneer men haastig is, dan heeft men daar geen tijd voor. Ten tweede, door de manier van eten. Er wordt immers gezegd : « *Uwe lendenen zult gij omgorden, en schoeisel zult gij aan de voeten hebben, den staf in de hand houdend, en gij zult haastelijk eten* », wat duidelijk aangeeft, dat ze gereed stonden voor de reis. Om dezelfde reden ook werd hun bevolen : « *In één huis zult gij eten, en van het vleesch zult gij niets buiten dragen* », omdat zij nl. om de haast geen tijd hadden, elkaar geschenken te zenden. De bitterheid echter welke zij in Egypte hadden ondergaan werd aangeduid door de *wilde latuwe*.

De figuurlijke zin echter is klaarblijkelijk. Door de slachting van het paaschlam, werd de offering van Christus aangeduid, overeenkomstig het woord in den *Eersten Brief aan de Corinthiërs* (5, 7) : « *Ons paaschlam — Christus — is geslachtofferd.* » Het bloed echter van dit lam, dat van de verdelging bevrijdde

---

cum multitudine, ne remanens occideretur ab Aegyptiis. Festinantia autem designabatur dupliciter. Uno quidem modo per ea, quae comedebant : praeceptum enim eis erat, quod comederent panes azymos, in hujus signum, quod non poterant fermentari, cogentibus exire Agyptiis; et quod comederent assum igni : sic enim velocius praeparabatur; et quod os non comminuerent ex eo, quia in festinantia non vacat ossa frangere. Alio modo quantum ad modum comedendi. Dicitur enim : « Renes vestros accingetis, calceamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, et comedetis festinanter », quod manifeste designat homines existentes in promptu itineris. Ad idem etiam pertinet, quod eis praecipitur : « In una domo comedetis, neque feretis de carnibus ejus foras », quia scilicet propter festinantiam non vacabat invicem mittere xenia. Amaritudo autem, quam passi fuerant in Aegypto, significabatur per lactucas agrestes.

Figuralis autem ratio patet, quia per immolationem agni paschalis significabatur immolatio Christi ,secundum illud 1. ad Cor. 5 [v. 7] : Pascha

door bestrijking van de drempels der huizen, beteekent het geloof in het lijden van Christus, in het hart en met den mond der geloovigen, waardoor wij van den dood der zonde bevrijd worden, naar het woord uit den *Eersten Brief van Petrus* (1, 18 v.) : « *Gij zijt verlost... door het kostbaar bloed van het Onbevlekt Lam.* » Het vleesch werd gegeten, om aan te duiden het eten van het Lichaam van Christus in het Sacrament. Het was aan het vuur gebraden, om aan te duiden het lijden en de liefde van Christus. Het werd gegeten met ongedeesemde brooden, om aan te duiden de zuivere omgang van de geloovigen, die het lichaam van Christus nuttigen, overeenkomstig het woord uit den *Eersten Brief aan de Corinthiërs* (5, 8) : « *Laten we feestvieren met ongezuurde brooden van reinheid en waarheid.* » De wilde latuw werd er bij gedaan, ten teeken van het berouw over de zonde, dat noodzakelijk is voor hen, die het Lichaam van Christus nuttigen. De omgorde lendenen zijn de gordel der zuiverheid. De schoeisels van de voeten zijn het voorbeeld van de gestorven vaderen. De stok in de hand beteekent de herderlijke waakzaamheid. Er wordt echter bevolen, dat het Paaschlam zou gegeten worden in één huis, d. i. in de Katholieke Kerk, niet in de kerken der andersdenkenden.

---

nostrum immolatus est Christus. » Sanguis vero agni liberans ab exterminatore, linitis superliminaribus domorum, significat fidem passionis Christi in corde et ore fidelium, per quam liberamur a peccato et morte, secundum illud 1 Petr. [c. 1 v. 18 sq.] : «Redempti estis pretioso sanguine Agni immaculati.» Comedebantur autem carnes illae ad significandum esum corporis Christi in Sacramento. Erant autem assae igni, ad significandum passionem vel charitatem Christi. Comedebantur autem cum azymis panibus, ad significandam puram conversationem fidelium sumentium corpus Christi, secundum illud 1. ad Cor. 5 [v. 8] : « Epulemur in azymis sinceritatis et veritatis. » Lactucae autem agrestes addebantur in signum poenitentiae peccatorum, quae necessaria est sumentibus corpus Christi. Renes autem accingendi sunt cingulo castitatis. Calceamenta autem pedum sunt exempla mortuorum patrum. Baculi autem habendi in manibus significant pastoralem custodiam. Praecipitur autem, quod in una domo agnus paschalis comedatur, idest in ecclesia catholicorum, non in conventiculis haereticorum.

3. Sommige Sacramenten der Nieuwe Wet werden afgebeeld door sacramenten der Oude Wet, die er aan beantwoorden. Want aan de besnijdenis beantwoordt het doopsel, dat het sacrament van het geloof is. Vandaar wordt er gezegd in den *Brief aan de Colossers* (2, 11) : « *Besneden zijt gij met de besnijdenis van Onzen Heer Jezus-Christus, begraven met Hem in het doopsel.* » Aan den paaschmaaltijd beantwoordt in de Nieuwe Wet, het Sacrament der Eucharistie. Aan alle reinigingen der Oude Wet beantwoordt in de Nieuwe Wet het sacrament der biecht. Aan de wijding van den hoogepriester en van de priesters beantwoordt het sacrament der priesterwijding. Aan het sacrament des Vormsels echter, wat het sacrament is van de volheid van genade, kon in de Oude Wet geen sacrament beantwoorden, omdat de tijd der volheid nog niet gekomen was, doordat de wet *niemand tot volheid leidde.* (*Brief aan de Hebreërs*, 7, 9). Evenzoo ook aan het sacrament des Oliesels, wat een onmiddellijke voorbereiding is tot den ingang in de glorie, waarvan de ingang in de Oude Wet nog niet open was, daar de prijs nog niet was betaald. Het huwelijk echter was wel in de Oude Wet, zooals het in de natuur ligt, echter niet als het sacra-

---

AD TERTIUM dicendum, quod quaedam sacramenta novae legis habuerunt in veteri lege sacramenta figuralia sibi correspondentia, nam circumcisioni respondet Baptismus, qui est fidei sacramentum; unde dicitur ad Col. 2. [v. 11] : « Circumcisi estis in circumcisione Domini nostri Jesu Christi, consepulti ei in baptismo. » Convivio vero agni paschalis respondet in nova lege sacramentum Eucharistiae. Omnibus autem purificationibus veteris legis respondet in nova lege sacramentum Poenitentiae. Consecrationi autem Pontificis et Sacerdotum respondet sacramentum Ordinis. Sacramento autem Confirmationis, quod est sacramentum plenitudinis gratiae, non potest respondere in veteri lege aliquod sacramentum, quia nondum advenerat tempus plenitudinis, eo quod neminem ad perfectum adduxit lex [Hebr. 7, v. 9]. Similiter autem et sacramento Extremae Unctionis, quod est quaedam immediata praeparatio ad introitum gloriae, cujus aditus nondum patebat in veteri lege, pretio nondum soluto. Matrimonium autem fuit quidem in veteri lege, prout erat in officium naturae, non autem prout est sacra-

ment van de verbinding van Christus en de Kerk, die nog niet tot stand was gekomen. Daarom ook werd in de Oude Wet een scheidsbrief gegeven, wat tegen het begrip van het sacrament is.

4. Zooals (in de Leerstelling) gezegd is, waren de reinigingen van de Oude Wet gericht op het verwijderen van de beletselen van den eeredienst. Er is echter een tweevoudige eeredienst, nl. een geestelijke eeredienst, die bestaat in de toewijding van den geest aan God, en een lichamelijke eeredienst die bestaat in offers, offeranden, en dergelijke. Van den geestelijken eeredienst worden de menschen afgehouden door de zonde, waardoor, naar men zegt, de menschen zich verontreinigen, zooals door afgoderij en manslag, door overspel en bloedschande. Van deze onreinheden nu werden de menschen gereinigd door sommige offers, ofwel in het algemeen opgedragen voor heel de menigte, ofwel voor de zonden van enkelen in het bijzonder, niet omdat die vleeschelijke offers uit zichzelf de kracht hadden, van zonde te bevrijden, maar omdat zij een afbeelding waren van de toekomstige reiniging der zonden door Christus, waaraan ook de ouderen deelgenoot waren door de belijdenis van het geloof in den Verlosser, afgebeeld door de offers.

---

mentum conjunctionis Christi et Ecclesiae, quae nondum erat facta; unde et in veteri lege dabatur libellus repudii, quod est contra sacramenti rationem.

AD QUARTUM dicendum, quod, sicut dictum est [in corp. art.], purificationes veteris legis ordinabantur ad removendum impedimenta cultus divini, qui quidem est duplex, scilicet spiritualis, qui consistit in devotione mentis ad Deum, et corporalis, qui consistit in sacrificiis et oblationibus et aliis hujusmodi. A cultu autem spirituali impediuntur homines per peccata, quibus homines pollui dicebantur, sicut per idololatriam et homicidium, per adulteria et incestus; et ab istis pollutionibus purificabantur homines per aliqua sacrificia, vel communiter oblata pro tota multitudine, vel etiam pro peccatis singulorum; non quod sacrificia illa carnalia haberent ex seipsis virtutem expiandi peccatum, sed quia significabant expiationem peccatorum futuram per Christum, cujus participes erant etiam antiqui, protestantes fidem Redemptoris in figuris sacrificiorum.

Van den uiterlijken eeredienst echter werden de menschen afgehouden door sommige lichamelijke onreinheden, welke allereerst in de menschen werden gedacht, en gevolgelijk ook in de overige dieren, en in de kleederen en huizen en vaten. In de menschen nl. wordt de onreinheid gedacht te zijn, ten deele door de menschen zelf, ten deele echter door de aanraking met onreine zaken. Door de menschen zelf werd alles voor onrein gehouden wat reeds op eenige wijze bedorven was, of aan bederf was blootgesteld. En daar de dood zelf een bederf is, werd het lijk van een mensch voor onrein gehouden. Evenzoo ook, daar de melaatschheid ontstaat door bederf van de vochten, die zich ook naar buiten uitstorten, en anderen aansteken, werden ook de melaatschen voor onrein gehouden. Zoo ook de vrouwen die aan bloedvloeiing leden, ofwel uit zwakte, ofwel van nature, zoowel in de maandstonden als in den tijd van de ontvangenis. Om dezelfde reden ook werden mannen voor onrein gehouden, die aan zaaduitstorting leden, ofwel uit zwakte, ofwel door nachtelijke uitstorting, of ook door de verzaming. Immers ieder vocht dat op bovengenoemde wijzen van den mensch uitgaat, bezit een of ander onreine infectie. Daarenboven werd er in de menschen een

---

A cultu vero exteriori impediebantur homines per quasdam immunditias corporales; quae quidem primo considerabantur in hominibus, et consequenter etiam in aliis animalibus, et in vestimentis, et domibus, et vasis. In hominibus quidem immunditia reputabatur partim quidem ex ipsis hominibus, partim autem ex contactu rerum immundarum; ex ipsis autem hominibus immundum reputabatur omne illud, quod corruptionem aliquam jam habebat, vel erat corruptioni expositum; et ideo quia mors est corruptio quaedam, cadaver hominis reputabatur immundum. Similiter etiam, quia lepra ex corruptione humorum contingit, qui etiam exterius erumpunt, et alios inficiunt, leprosi etiam reputabantur immundi. Similiter etiam mulieres patientes sanguinis fluxum, sive per infirmitatem, sive etiam per naturam, vel temporibus menstrui, vel etiam tempore conceptionis, et eadem ratione viri reputabantur immundi fluxum seminis patientes, vel per infirmitatem, vel per pollutionem nocturnam, vel etiam per coitum. Nam omnis humiditas praedictis modis ad homine egrediens quamdam immundam infec-

onreinheid veroorzaakt door de aanraking met sommige onreine zaken.

Die onreinheden nu hadden een letterlijken en een figuurlijken zin. De letterlijke zin was de eerbied voor datgene, wat op den eeredienst betrekking heeft, én omdat de menschen gewoonlijk geen kostbare zaken aanraken, wanneer zij vuil zijn, én opdat de heilige zaken, door er weinig mee in betrekking te komen, meer zouden worden geëerbiedigd. Want daar iemand al die onreinheden moeilijk kon vermijden, gebeurde het, dat de menschen zelden konden opgaan om die zaken aan te raken, die op den eeredienst betrekking hadden, en zóó gingen zij, wanneer zij opgingen, met meer eerbied en nederigheid op. Een andere letterlijke reden was voor sommige gevallen, dat de menschen niet bang zouden zijn om aan den goddelijken eeredienst deel te nemen, uit vrees voor het gezelschap van melaatschen en dergelijke zieken, wier ziekte vreeselijk en besmettelijk was. Voor andere gevallen was de letterlijke reden, om afgoderij te vermijden, omdat de heidenen bij het ritueel van hun offers soms ook menschelijk bloed en zaad gebruikten. Al die onreinheden nu werden gezuiverd, ofwel enkel door besprenkeling met water, ofwel — die nl. welke groo-

---

tionem habet. Inerat etiam hominibus immunditia quaedam ex contactu quarumcumque rerum immundarum.

Istarum autem immunditiarum erat ratio et literalis, et figuralis. Literalis quidem propter reverentiam eorum, quae ad divinum cultum pertinent, tum quia homines pretiosas res contingere non solent, cum fuerint immundi, tum etiam ut ex raro accessu ad sacra ea magis venerarentur. Cum enim omnes hujusmodi immunditias raro aliquis cavere possit, contingebat quod raro poterant homines accedere ad attingendum ea, quae pertinebant ad divinum cultum; et sic quando accedebant, cum majori reverentia et humilitate mentis accedebant. Erat etiam in quibusdam horum ratio literalis, ut homines non conformidarent accedere ad divinum cultum, quasi refugientes consortium leprosorum et similium infirmorum, quorum morbus abominabilis erat et contagiosus. In quisbusdam etiam ratio erat ad vitandum idololatriae cultum; quia Gentiles in ritu suorum sacrificiorum utebantur quandoque et humano sanguine et semine. Omnes autem hujusmodi

ter waren — door een of ander offer ter uitdelging van de zonde, waardoor zulke zwakheid ontstond.

De figuurlijke zin van deze onreinheden was, dat door de uiterlijke onreinheden verschillende zonden werden aangeduid. Want de onreinheid van welk lijk ook beteekende de onreinheid van de zonde, die de dood van de ziel is. De onreinheid der melaatschheid beteekent de onreinheid der kettersche leer, zoowel omdat de kettersche leer besmettelijk is, gelijk de melaatschheid, als ook omdat er geen valsche leer is welke het ware met het valsche niet vermengt, zooals ook aan het oppervlak van het lichaam van een melaatsche een onderscheid tusschen sommige vlekken en het ongeschonden vleesch wordt waargenomen. Door de onreinheid van een bloedvloeierige vrouw wordt aangeduid de onreinheid der afgoderij, om het offerbloed. Door de onreinheid van een man, die aan zaadloozing lijdt, wordt aangeduid de onreinheid van de ijdele taal, omdat het zaad het woord Gods is. Door de onreinheid van de verzaming en van de vrouw, die baart, wordt aangeduid de smet der erfzonde. Door de onreinheid echter van een vrouw, die aan maandstonden lijdt, wordt aangeduid de onreinheid van den geest door weeke genietingen. Door de onrein-

---

immunditiae corporales purificabantur vel per solam aspersionem aquae, vel quae majores erant, per aliquod sacrificium ad expiandum peccatum, ex quo tales infirmitates contingebant.

Ratio autem figuralis harum immunditiarum fuit, quia per hujusmodi exteriores immunditias figurabantur diversa peccata. Nam immunditia cadaveris cujuscumque significabat immunditiam peccati, quod est mors animae; immunditia autem leprae significat immunditiam haereticae doctrinae, tum quia haeretica doctrina contagiosa est, sicut et lepra, tum quia nulla etiam falsa doctrina est, quae vera falsis non admisceat, sicut etiam in superficie corporis leprosi apparet quaedam distinctio quarumdam macularum ab alia carne integra. Per immunditiam autem mulieris sanguifluae designatur immunditia idololatriae, propter immolationem cruoris; per immunditiam vero viri seminiflui designatur immunditia vanae locutionis, eo quod semen est verbum Dei; per immunditiam vero coitus et mulieris parientis designatur immunditia peccati originalis; per immunditiam vero mulieris menstruatae

heid door aanraking met een onreine zaak, wordt in het algemeen aangeduid de onreinheid van toestemming in eens anders zonde, overeenkomstig het woord in den *Tweeden Brief aan de Corinthiërs* (6, 17) : « *Gaat van hen uit, en scheidt u af, en raakt niets onreins aan* ».

Zulk een onreinheid door aanraking nu werd ook overgedragen op onbezielde wezens, want al wat een onreine op eenige wijze aanraakte, was onrein. Daarmede brak de Wet het bijgeloof der heidenen, die niet alleen beweerden, dat iemand door aanraking van een onreine de onreinheid opliep, maar ook door er mede te spreken of door hem aan te zien, gelijk Rabbi Moyses van een vrouw in haar maandstonden zegt.

Hierdoor werd op mystieke wijze aangeduid wat gezegd wordt in het Boek der *Wijsheid* (14, 9) : « *Op gelijke wijze haat God den goddelooze en zijne goddeloosheid* ».

Nu er was ook een onreinheid van de onbezielde dingen krachtens zichzelf, zooals de onreinheid der melaatschheid in het huis en in de kleeren. Want gelijk de ziekte der melaatschheid werd opgeloopen door de menschen door het bedorven vocht, dat het vleesch week maakt en bederft, zoo komt er soms door een be-

---

designatur immundita mentis per voluptates emollitae. Universaliter vero per immunditiam contactus rei immundae designatur immunditia consensus in peccatum alterius, secundum illud 2. ad Cor. 6 [v. 17] : « Exite de medio eorum, et separamini, et immundum ne tetigeritis. »

Hujusmodi autem immunditia contactus derivabatur etiam ad res inanimatas : quidquid enim quocumque modo tangebat immundus, immundum erat. In quo lex attenuavit superstitionem Gentilium, qui non solum per contactum immundi dicebant immunditiam contrahi, sed etiam per collocutionem, aut per aspectum, ut Rabbi Moyses dicit, de muliere menstruata.

Per hoc autem mystice significabatur id, quod dicitur Sap. 14 [v. 9] : « Similiter odio sunt Deo impius et impietas ejus. »

Erat autem et immunditia quaedam ipsarum rerum inanimatarum secundum se, sicut erat immunditia leprae in domo et in vestimentis : sicut enim morbus leprae accidit in hominibus ex humore corrupto putrefaciente carnem et corrumpente, ita etiam propter aliquam corruptionem et excessum humidi-

dorven zijn, of door overvloed van vocht of droogte, eenig bederf in de steenen van een huis, of ook in de kleederen. En daarom noemde de Wet dit bederf *melaatschheid*, waardoor een huis of kleedingstuk voor onrein werd gehouden, zoowel omdat ieder bederf onder de onreinheid valt, zooals hierboven gezegd is, alsook omdat de heidenen met betrekking tot dit bederf huisgoden vereerden. Daarom beval de Wet ook, die huizen af te breken, en die kleederen te verbranden, om de aanleiding tot afgoderij weg te nemen. Ook was er een zekere onreinheid der vazen, waarover in het Boek *Numeri* gezegd wordt (19, 15) : « *Een vat, dat geen deksel heeft, noch bovenaan toegebonden is, zal onrein zijn* ». De reden van deze onreinheid is, dat in zulke vazen gemakkelijk iets onreins kon vallen, waardoor ze verontreinigd konden worden. Dit voorschrift bestond ook om de afgoderij te onderdrukken, want de afgodendienaars meenden, dat wanneer er muizen of hagedissen of wat ook wat ze opdroegen aan de goden, in de vazen zou vallen, ofwel in de wateren, deze dan aangenaam aan de goden zouden zijn. Ook lieten sommige vrouwen de vazen open uit eerbied voor de nachtelijke goden, die *Janae* genoemd werden.

---

tatis vel siccitatis, fit quandoque aliqua corruptio in lapidibus domus, vel etiam in vestimentis. Et ideo hanc corruptionem vocabat lex lepram, ex qua domus vel vestis immunda judicaretur, tum quia omnis corruptio ad immunditiam pertinebat, ut dictum est [hic. sup.] ; tum etiam quia circa hujusmodi corruptionem Gentiles deos penates colebant. Et ideo lex praecepit hujusmodi domus, in quibus fuerit talis corruptio perseverans, destrui, et vestes comburi, ad tollendam idololatriae occasionem. Erat etiam et quaedam immunditia vasorum, de qua dicitur Num. 19 [v. 15] : « Vas, quod non habuerit cooperculum et ligaturam desuper, immundum erit. » Cujus immunditiae causa est, quia in talia vasa de facili poterat aliquid immundum cadere, unde poterant immundari. Erat etiam hoc praeceptum ad declinandam idololatriam : credebant enim idololatrae, quod si mures, aut lacertae, vel aliquid hujusmodi, quae immolabant idolis, caderent in vasa, vel in aquas, quod essent diis gratiosa. Adhuc etiam aliquae mulierculae vasa dimittunt discooperta in obsequium nocturnorum numinum, quae Janas vocant.

Van deze onreinheden nu is de figuurlijke zin, dat door de melaatschheid van een huis aangeduid wordt de onreinheid van de gemeenschap der andersdenkenden; door de melaatschheid in een linnen kleed, de verdorvenheid der zeden krachtens verbittering van den geest; door de melaatschheid in een wollen kleed, de verdorvenheid der vleiers; door de melaatschheid in het gesponnen goed, worden aangeduid de ondeugden der ziel; door de melaatschheid in het onderkleed worden aangeduid de vleeschelijke zonden, want gelijk het spinsel is in het onderkleed, evenzoo is de ziel in het lichaam. Door een vat echter, dat openstaat en niet toegebonden is, wordt aangeduid de mensch, die de sluier der zwijgzaamheid niet bezit en die niet gebonden is door eenige tucht.

5. Gelijk we (in het vorige antwoord) gezegd hebben, is er in de Wet een dubbele onreinheid, en wel een door een bederf van den geest of het lichaam, en die onreinheid was de grootste. De andere was de onreinheid, die enkel voortkwam van de aanraking van een onreine zaak, en deze was de kleinste, en werd door een gemakkelijk ritueel uitgewischt. De eerste onreinheid immers werd uitgewischt door de zondeoffers, omdat ieder bederf van een zon-

---

Harum autem immunditiarum ratio est figuralis, quia per lepram domus significatur immunditia congregationis haereticorum; per lepram vero in veste linea significatur perversitas morum ex amaritudine mentis; per lepram vero vestis laneae significatur perversitas adulatorum; per lepram in stamine significantur vitia animae; per lepram vero in subtegmine significantur peccata carnalia; sicut enim stamen est in subtegmine, ita anima in corpore; per vas autem, quod non habet cooperculum, nec ligaturam, significatur homo, qui non habet aliquod velamen taciturnitatis, et qui non constringitur aliqua censura disciplinae.

Ad QUINTUM dicendum, quod, sicut dictum est [in solut. praec.], duplex erat immunditia in lege : una quidem per aliquam corruptionem mentis vel corporis, et haec etiam immunditia major erat; alia vero erat immunditia ex solo contactu rei immundae : et haec minor erat, et faciliori ritu expiabatur; nam immunditia prima expiabatur per sacrificia pro peccato, quia omnis corruptio procedit ex peccato, et peccatum significat; sed secunda

de voortkomt en een zonde aanduidt; de tweede onreinheid echter werd uitgewischt enkel door besprenkeling met water; over welk uitwisschingswater in het Boek *Numeri* (19) gehandeld wordt. Daar immers beveelt de Heer, dat ze een roode koe zouden nemen ter herinnering aan de zonde, die zij door de aanbidding van het kalf bedreven hadden. En er wordt gesproken van een koe eerder dan van een kalf, omdat de Heer aldus gewoonlijk de synagoge noemde, volgens het woord van *Osee* (4, 16) : « *Gelijk een dartele koe is Israël afgeweken* ». En dit hierom, omdat de koeien, volgens het gebruik der Egyptenaren, werden vereerd, overeenkomstig het woord van *Osee* (10, 5) : « *Zij aanbidden de koeien van Bethaven* ». En om de afgoderij te verafschuwen werd zij buiten de legerplaats geofferd; en telkens als er een offer werd opgedragen voor de uitdelging der zonden van het volk, werd het buiten de legerplaats geheel verbrand. En om door dit offer aan te geven, dat het volk van alle zonden gereinigd werd, *doopte de priester zijn vinger in haar bloed, en besprenkelde zeven malen de muren van het heiligdom*, omdat het getal zeven de algemeenheid aanduidt. Die besprenkeling zelf duidde de verafschuwing der afgoderij aan, waarbij het offerbloed niet werd uitgestort,

---

immunditia expiabatur per solam aspersionem aquae cujusdam, de qua quidem aqua expiationis habetur. Numer 19. : mandatur enim ibi a Domino, quod accipiant vaccam rufam in memoriam peccati, quod commiserunt in adoratione vituli, et dicitur vacca magis quam vitulus, quia sic Dominus synagogam vocare consuevit, secundum illud Oseae 4. [v. 16] : « Sicut vacca lasciviens diclinavit Israël. » Et hoc forte ideo, quia vaccas in moren Aegypti coluerunt, secundum illud Oseae 10 [v. 5] : « Vaccas Bethaven coluerunt » ; et in detestationem peccati idololatriae immolabatur extra castra, et ubicumque sacrificium fiebat pro expiatione multitudinis peccatorum, cremabatur extra castra totum; et ut significaretur per hoc sacrificium emundari populus ab universitate peccatorum, intingebat sacerdos digitum in sanguine ejus, et aspergebat contra fores sanctuarii septem vicibus, quia septenarius numerus universitatem significat. Et ipsa etiam aspersio sanguinis pertinebat ad detestationem idololatriae, in qua sanguis immolatitius non effundebatur, sed congregabatur, et circa ipsum homines comedebant in ho-

maar verzameld, terwijl de menschen er omheen ter eere der goden aten. Het werd verbrand in het vuur, ofwel omdat God aan Mozes in het vuur verschenen is, en in het vuur de Wet gegeven is, ofwel omdat daardoor werd aangegeven, dat de afgoderij geheel en al moest uitgeroeid worden en alles wat tot de afgoderij behoorde, *zooals de koe verbrand werd met huid en vleesch, en bloed en mest aan de vlammen moest prijsgegeven worden.* Bij de verbranding werd er ook *cederhout, hysop en tweemaal geverfd karmozijn bijgevoegd*, om aan te duiden dat, zooals het cederhout niet gemakkelijk verrot, en het tweemaal geverfd karmozijn zijn kleur niet verliest, en de hysop zijn geur behoudt, nadat het opgedroogd is, zoo ook dit offer tot behoud was van het volk en van zijn eerbaarheid en eerbied. Vandaar wordt er van de asch van de koe gezegd, dat het *voor de menigte der zonen van Israël is ter bewaking.* Volgens Josephus (*De Joodsche Oudheid*, III^e B., VIII^e H.) werden de vier elementen er mede aangeduid, want aan het vuur wordt cederhout toegevoegd, dat om zijn aardvastheid de aarde beteekent; hysop, dat om zijn geur de lucht beteekent; karmozijn, dat het water beteekent om dezelfde reden als het purper, nl. om de kleur, welke uit het water getrokken wordt. Daardoor werd

---

norem idolorum. Comburebatur autem in igne, vel quia Deus Moysi in igne apparuit, et in igne data est lex, vel quia per hoc significabatur, quod idololatria totaliter erat extirpanda, et omne quod ad idololatriam pertinebat; sicut vacca cremabatur cum pelle et carnibus, sanguine et fimo flammae traditis. Adjungebatur etiam in combustione lignum cedrinum, hyssopus, coccusque bic tinctus, ad significandum, quod sicut ligna cedrina non de facili putrescunt, et coccus bis tinctus non amittit colorem, et hyssopus retinet etiam odorem, postquam fuerit desiccatus, ita etiam hoc sacrificium erat in conservationem ipsius populi, et honestatis et devotionis ipsius. Unde dicitur de cineribus vaccae : « Ut sint multitudini filiorum Israël in custodiam », vel, secundum Josephum [lib. 3. Antiquit. cap. 8.] quatuor elementa significata sunt. Igni enim apponebatur cedrus, significans terram propter sui terrestreitatem; hyssopus significans aërem propter odorem; coccus significans aquam, eadem ratione qua etiam purpura, propter tincturas, quae ex aquis sumuntur, ut per hoc exprimetur, quod illud sacrifi-

uitgedrukt, dat dit offer aan den Schepper der vier elementen werd opgedragen. En omdat dit offer werd opgedragen voor de zonde van afgoderij, werden degene, die de koe verbrandde, en die de asch verzamelde, en degene, die het water sprenkelde, waarin de asch gelegd werd, voor onrein gehouden, om daardoor aan te toonen, dat al wat op eenige wijze tot de afgoderij behoort, als onrein moet verworpen worden. Van die onreinheid werden zij gereinigd enkel door afwassching der kleeren, en hoefden zij niet met water besprenkeld te worden, omdat men dan tot in het oneindige zou kunnen doorgaan, want hij, die water sprenkelde werd onrein; en evenzoo, indien hij zichzelf zou besprenkelen, zou hij onrein zijn; indien een ander hem echter zou besprenkelen, dan zou deze onrein zijn, en ook hij, die hem zou besprenkelen, en zoo in het oneindige.

De figuurlijke zin van dit offer is, dat door de roode koe, Christus wordt aangeduid naar zijn aangenomen zwakheid, waar het vrouwelijk geslacht op wijst; de kleur van de koe beteekent het bloed van zijn lijden. Het was echter *een volwassen koe*, omdat iedere werking van Christus volmaakt is; *waarop geen vlek was, noch die het juk gedragen had*, omdat Christus het juk der zonde

---

cium offerebatur Creatori quatuor elementorum. Et quia hujusmodi sacrificium offerebatur pro peccato idololatriae, in ejus detestationem, et comburens, et cineres colligens, et ille qui aspergit aquas, in quibus cinis ponebatur immundi reputabantur; ut per hoc ostenderetur, quod quidquid quocumque modo ad idololatriam pertinet, quasi immundum est abjiciendum. Ab hac autem immunditia purificabantur per solam vestimentorum ablutionem, nec indigebant aqua aspergi propter hujusmodi immunditiam, quia sic esset processus in infinitum : ille enim qui aspergebat aquam, immundus fiebat; et sic si ipse seipsum aspergeret, immundus remaneret; si autem alius eum aspergeret, ille immundus esset : et similiter ille qui illum aspergeret, et sic in infinitum.

Figuralis autem ratio hujus sacrificii est, quia per vaccam rufam significatur Christus, secundum infirmitatem assumptam, quam foemininus sexus designat; sanguinem autem passionis ejus designat vaccae color. Erat autem vacca rufa aetatis integrae quia omnis operatio Christi est perfecta; in qua

niet gedragen heeft. Er wordt echter bevolen, *dat ze tot Mozes geleid zou worden*, omdat op haar de overtreding der Wet van Mozes werd overgedragen van de verbreking van den Sabbat. Er wordt bevolen, dat zij *aan den priester Eleazar moest overgeleverd worden*, omdat Christus in de handen der priesters werd overgeleverd om gedood te worden. *Zij werd buiten de legerplaats geofferd*, omdat Christus buiten de poort geleden heeft. *De priester doopt zijn vinger in haar bloed*, omdat door de wijsheid, welke de vinger aanduidt, het geheim van Christus' lijden moet overwogen worden en nagevolgd. *Het werd tegen den tabernakel gesprenkeld*, waardoor de Synagoog wordt aangeduid, of ter veroordeeling der ongeloovige Joden, of ter zuivering der geloovigen. En dit *zeven malen*, ofwel om de zeven gaven van den H. Geest, ofwel om de zeven dagen, waarin heel de tijd wordt samengedacht. Alles nu wat op de menschwording van Christus betrekking heeft moet *in het vuur verbrand worden*, d. i. geestelijk verstaan worden; want door *de huid en het vleesch* wordt de uiterlijke werking van Christus aangeduid; door *het bloed*, de subtiele en innerlijke kracht, die het uiterlijke onderzoekt; door *de mest*, de afmatting, de dorst, en alles wat op de zwakheid be-

---

nulla erat macula, nec portavit jugum peccati. (1) Praecipitur autem adduci ad Moysen, quia imputabant ei transgressionem Mosaicae legis in violatione Sabbati. Praecipitur autem tradi Eleazaro sacerdoti, quia Christus occidendus in manus sacerdotum traditus est. Immolatur autem extra castra, quia extra portam Christus passus est. Intingit autem sacerdos digitum in sanguine ejus, quia per discretionem, quam digitus significat, mysterium passionis Christi est considerandum et imitandum. Aspergitur autem contra tabernaculum, per quod synagoga designatur, vel ad condemnationem Judaeorum non credentium, vel ad purificationem credentium; et hoc septem vicibus, vel propter septem dona Spiritus Sancti, vel propter septem dies, in quibus omne tempus intelligitur. Sunt autem omnia, quae ad Christi Incarnationem pertinent, igne cremanda, idest spiritualiter intelligenda; nam per pellem et carnem exterior Christi operatio significatur; per sanguinem, subtilis et interna virtus exteriora

(1) nec portavit jugum, quia non portavit jugum peccati.

trekking heeft. Er worden drie dingen aan toegevoegd, nl. *cederhout*, wat de verhevenheid der hoop beteekent of der beschouwing; *hysop*, wat de nederigheid of het geloof beteekent; *dubbel geverfd karmozijn*, wat de dubbele liefde beteekent, want daardoor moeten wij het lijden van Christus aanhangen. De asch van de verbranding wordt *door een rein man verzameld*, omdat de overblijfselen van het lijden terecht kwamen bij de heidenen, die niet schuldig waren aan den dood van Christus. *Zij nu verzamelen de asch tot besprenkelingswater*, omdat het doopsel kracht krijgt om van zonden te zuiveren, door het lijden van Christus. *De priester, die de koe offerde en verbrandde, en hij die verbrandde en die de asch verzamelde, was onrein, en eveneens hij die water sprenkelde*, ofwel omdat de Joden onrein werden door het dooden van Christus, waardoor onze zonden worden uitgeboet en dit *tot den avond*, d. i. tot aan het einde der wereld, wanneer de overblijfselen van Israël zullen verzameld worden, — ofwel omdat zij, die omgaan met het heilige, met de bedoeling om anderen te reinigen, zelf ook eenige onreinheid beloopen, zooals Gregorius zegt in zijn *Pastorale* (II^e D., V^e H.), en *tot den avond*, d. i. tot aan het einde van het leven hier op aarde.

---

facta verificans; per fimum lassitudo, sitis, et omnia hujusmodi ad infirmitatem pertinentia. Adduntur autem tria, scilicet cedrus, quod significat altitudinem spei, vel contemplationis; hyssopus, quod significat humilitatem, vel fidem; coccus bis tinctus, quod significat geminam charitatem; per haec enim debemus Christo passo adhaerere. Iste autem cinis combustionis colligitur a viro mundo, quia reliquae passionis pervenerunt ad Gentiles, qui non fuerunt culpabiles in Christi morte. Apponuntur autem cineres in aqua ad expiandum, quia passione Christi baptismus sortitur virtutem emundandi peccata. Sacerdos, qui immolabat et comburebat vaccam, et ille qui comburebat et qui colligebat cineres, immundus erat, et etiam qui aspergebat aquam, vel quia Judaei sunt facti immundi ex occisione Christi, per quam nostra peccata expiantur, et hoc usque ad vesperum, idest usque ad finem mundi, quando reliquia Israël convertentur; vel quia illi qui tractant sancta, intendentes ad emundationem aliorum, ipsi etiam aliquas immunditias contrahunt, ut Gregorius dicit in Pastorali [part. 2. cap. 5.], et hoc usque ad vesperum, idest usque ad finem praesentis vitae.

6. Zooals (in het vierde Antwoord) gezegd is, werd de onreinheid, welke uit het bederf van den geest of van het lichaam voortkwam, door zoenoffers uitgewischt. Nu werden er bijzondere offers opgedragen voor de zonden der enkelingen. Maar omdat sommigen nalatig waren met betrekking tot de uitwissching van zulke zonden en onreinheden, of ook door de onwetendheid deze uitwissching achterwege lieten, was er bepaald, dat eens per jaar, op den tienden dag van de zevende maand, een zoenoffer zou opgedragen worden voor heel het volk. En omdat, zooals de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Hebreërs* (7, 28), *de Wet menschen tot priesters aanstelde, met zwakheden behept*, moest de priester eerst voor zichzelf een kalf als zoenoffer opdragen, ter herinnering aan de zonde welke Aäron begaan had door het gouden kalf te smeden, *en een ram als brandoffer*, waardoor aangeduid werd, dat het gezag van den priester — wat aangeduid werd door een ram, welke het hoofd van de kudde is — gericht moest zijn op de eer van God. Daarna echter *offerde hij voor het volk twee geitebokken*, waarvan de eene werd opgedragen om de zonden van de menigte uit te delgen. Want een geitenbok is een kwalijkriekend beest, en van zijn haren worden stekelige klee-

---

AD SEXTUM dicendum, quod, sicut dictum est [in resp. ad 4.], immunditia, quae ex corruptione proveniebat vel mentis, vel corporis, expiabatur per sacrificia pro peccato. Offerebantur autem specialia sacrificia pro peccatis singulorum; sed quia aliqui negligentes erant circa expiationem hujusmodi peccatorum et immunditiarum, vel etiam propter ignorantiam ab expiatione hujusmodi desistebant, institutum fuit, ut semel in anno decima die septimi mensis fieret sacrificium expiationis pro toto populo; et quia, sicut Apostolus dicit ad Hebr. 7 [v. 28] : « Lex constituit homines sacerdotes infirmitatem habentes », oportebat quod sacerdos prius offerret pro seipso vitulum pro peccato in commemorationem peccati, quod Aaron fecerat in conflatione vituli aurei, et arietem in holocaustum, per quod significabatur, quod sacerdotis praelatio, quam aries designat, qui est dux gregis, erat ordinanda ad honorem Dei. Deinde autem offerebat pro populo duos hircos, quorum unus immolabatur ad expiandum peccatum multitudinis; hircus enim animal foetidum est, et de pilis ejus fiunt vestimenta pungentia, ut per hoc significaretur foetor et immun-

dingstukken gemaakt; opdat daardoor zou aangeduid worden de onaangename reuk en de onreinheid en de hatelijkheid van de zonde. *Het bloed van dien opgedragen geitebok werd tegelijk met het bloed van het lam in het Heilige der heiligen binnengebracht, en van daaruit werd heel het heiligdom besprenkeld*, om aan te duiden, dat de tabernakel gereinigd werd van de onreinheden der zonden van Israël. *Het lichaam van den geitebok en van het lam, welke voor de zonden geofferd werden, moesten verbrand worden*, om het wegnemen der zonden aan te duiden, echter niet op het altaar, omdat daar slechts brandoffers geheel verbrand werden; vandaar was er bevolen, dat zij, tot verfoeiing der zonden, *buiten de legerplaats moesten verbrand worden*. Want dit gebeurde telkens, wanneer een offer opgedragen werd voor een zware zonde ofwel voor vele zonden tegelijk. *De andere geitenbok werd in de woestijn gezonden*, niet om aan de duivels te offeren, die de heidenen in de woestijn vereerden, want aan de duivels mocht niets opgedragen worden, maar om aan te duiden het gevolg van zulk een opgedragen offer; en daarom *legde de priester zijn handen op zijn kop, terwijl hij de zonden van Israël beleed*, alsof die geitebok ze wegdroeg in de woestijn, waar hij door

---

unde etiam quemdam foetorem contrahunt; vel quia eorum carnes propter superfluam humiditatem vel siccitatem corruptos humores in corporibus humanis generant. Et ideo prohibitae sunt eis carnes animalium habentium soleas, idest ungulam continuam, non fissam, propter eorum terrestreitatem. Et similiter sunt eis prohibitae carnes animalium habentium multas fissuras in pedibus, quia sunt nimis cholerica et adusta, sicut carnes leonis et hujusmodi. Et eadam ratione prohibitae sunt eis aves quaedam rapaces, quae sunt nimiae siccitatis, et quaedam aves aquaticae, propter excessum humiditatis. Similiter etiam quidam pisces non habentes pinnulas, et squammas, ut anguillae, et hujusmodi, propter excessum humiditatis. Sunt autem eis concessa ad esum animalia ruminantia, et findentia ungulam, quia habent humores bene digestos, et sunt mediae complexionis, quia nec sunt nimis humida, quod significant ungulae, neque sunt nimis terrestria, cum non habeant ungulam continuam, sed fissam. In piscibus etiam concessi sunt eis pisces sicciores, quod significatur per hoc quod habent squammas et

ook een matig vochtig samenstel der visschen verkregen. Ook onder de vogels waren hen toegestaan, de meer gematigde, zooals kippen, patrijzen en dergelijke.

Een andere reden was, om de afgoderij te verafschuwen. Wat de heidenen, en vooral de Egpytenaren, waaronder zij opgevoed waren, offerden dergelijke verboden dieren aan de afgoden, of gebruikten ze om er aan iemand kwaad door aan te doen; de dieren echter die de Joden te eten waren toegestaan, aten zij niet, maar vereerden zij als goden of onthielden zich er van om een andere reden, zooals hierboven gezegd is (3e Art., antw. op de 2e Bedenk.).

De derde reden was om een al te groote bezorgdheid met betrekking tot spijs weg te nemen, en daarom waren die dieren toegestaan, die men gemakkelijk kon verkrijgen, en als het ware bij de hand had.

In het algemeen echter was hun het eten verboden van bloed en van vet, van welke dieren ook. Van bloed, zoowel om wreedheid te vermijden, opdat zij van het storten van menschenbloed zouden afgeschrikt worden, gelijk hierboven gezegd is (3e Art., Antw. op de 8e Bedenk.), alsook om de afgoderijgebruiken te vermij-

---

pinnulas; per hoc enim efficitur temperata complexio humida piscium. In avibus etiam sunt eis concessae magis temperatae, sicut gallinae, perdices, et aliae hujusmodi.

Alia ratio fuit in detestationem idololatriae : nam Gentiles, et praecipue Ægyptii, inter quos erant nutriti, hujusmodi animalia prohibita idolis immolabant, vel eis ad maleficia utebantur; animalia vero, quae Judaeis sunt concessa ad esum, non comedebant, sed ea tamquam Deos colebant, vel propter aliam causam ab eis abstinebant, ut supra dictum est [art. 3. huj. q. ad 2.].

Tertia ratio est ad tollendam nimiam diligentiam circa cibaria; et ideo conceduntur illa animalia, quae de facili et in promptu haberi possunt.

Generallter tamen prohibitus est eis esus omnis sanguinis et adipis cujus libet animalis : sanguinis quidem, tum ad vitandam crudelitatem, ut detestarentur humanum sanguinem effundere, sicut supra dictum est [art. 3. huj. q. ad 8.], tum etiam ad vitandum idololatriae ritum, quia eorum con-

den, daar het de gewoonte der afgodendienaars was, om zich om het verzamelde bloed te vereenigen, om het ter eere der afgoden te gebruiken, van wie ze meenden, dat bloed hen buitengewoon aangenaam was. Daarom beval de Heer, dat het bloed zou uitgestort worden en dat het met stof zou bedekt worden. Daarom was het ook verboden geworgde en verstikte dieren te eten, omdat hun bloed niet van hun vleesch gescheiden was, of omdat de dieren door zulk een dood veel gemarteld werden; en de Heer wilde hen van wreedheid afhouden, ook ten opzichte van onredelijke dieren, opdat zij daardoor meer zouden afgehouden worden van wreedheid ten opzichte van den mensch, na zich in eerbied geoefend te hebben ook ten opzichte van dieren. Ook het eten van vet was verboden, zoowel omdat de afgodendienaren het ter eere van hun goden aten, alsook omdat het ter eere van God verbrand werd, en omdat bloed en vet geen voedsel zijn, wat Rabbi Moyses als reden aangeeft (*De Leidsman der Verdwaalden*, III[e] B., XLVIII[e] H.). De reden van het verbod om zenuwen te eten wordt uitgedrukt in het Boek *Genesis* (32, 32) waar gezegd wordt, dat *de kinderen van Israel de zenuw niet aten, omdat de engel de zenuw van de heup van Jacob had aangeraakt en die verstijfd was.*

---

suetudo erat, ut circa sanguinem congregatum adunarentur ad comedendum in honorem idolorum, quibus reputabant sanguinem acceptissimum esse. Et ideo Dominus mandavit, quod sanguis effunderetur, et quod pulvere operiretur. Et propter hoc etiam prohibitum est eis comedere animalia soffocata vel strangulata, quia sanguis eorum non separatur a carne, vel quia in tali morte animalia multum affliguntur; et Dominus voluit eos a crudelitate prohibere etiam circa animalia bruta, ut per hoc magis recederent a crudelitate hominis, habentes exercitium pietatis etiam circa bestias. Adipis etiam esus prohibitus est eis, tum quia idololatrae comedebant illum in honorem Deorum suorom, tum etiam quia cremabatur in honorem Dei, tum etiam quia sanguis et adeps non generant bonum nutrimentum : quod pro causa inducit Rabbi Moyses [lib. 3. Dux errantium, cap. 48]. Causa autem prohibitionis esus nervorum exprimitur Gen. 32 [v. 32.], ubi dicitur, quod non comedunt filii Israël nervum, eo quod tetigerit nervum femoris Jacob, et obstupuerit.

De figuurlijke zin nu van deze dingen is, dat door al die verboden dieren sommige zonden werden aangeduid, tot voorafbeelding waarvan die dieren verboden werden. Vandaar zegt Augustinus in zijn Boek *Tegen Faustus* (VI^e^ B., VII^e^ H.) : « *Het zwijn en het lam zijn beide van nature rein, terwijl toch ieder schepsel Gods goed is, maar krachtens datgene, wat ze aanduiden, is het lam rein en het zwijn onrein; want het een beteekent zooveel als stom, het ander zooveel als wijs. Wat betreft de natuur van den klank en van de letters en van de lettergrepen, waaruit die woorden bestaan, zijn die woorden beide rein, maar krachtens de beteekenis is het eene rein, het andere onrein.* » Immers het dier dat herkauwt en een gespleten hoef heeft is rein krachtens de beteekenis, omdat de spleet van de hoef het onderscheid beteekent van de Twee Testamenten, of van den Vader en den Zoon, of van de twee naturen in Christus, of het onderscheid van het goede en het kwade; het herkauwen beteekent de overweging der Schriften en het gezonde begrip er van. Wie een van deze beide mist, is gedeeltelijk onrein. Evenzoo zijn van de visschen, diegene die vinnen en schubben hebben, krachtens de beteekenis rein, omdat door de vinnen wordt beteekend het hooge-

---

Figuralis autem ratio horum est, quia per omnia hujusmodi animalia prohibita designantur aliqua peccata, in quorum figuram illa animalia prohibebantur. Unde dicit Augustinus in lib. 6. contra Faust. [cap. 7.] : « Si de porco et agno requiratur, utrumque natura mundum est, quia omnis creatura Dei bona est; quadam vero significatione agnus mundus, porcus immundus est, tamquam si stultum et sapientem diceres. Utrumque hoc verbum natura vocis, et literarum et syllabarum ex quibus constat, mundum est, significatione autem unum est mundum, et aliud immundum. » Animal enim, quod ruminat et ungulam findit, mundum est significatione, quia fissio ungulae significat distinctionem duorum testamentorum, vel Patris et Filii, vel duarum naturarum in Christo, vel discretionem boni et mali; ruminatio autem signifcat meditationem Scripturarum et sanum intellectum earum. Cuicumque autem horum alterum deest, spiritualiter immundus est. Similiter etiam in piscibus illi, qui habent, squammas et pinnulas, significatione mundi sunt, quia per pinnulas significatur vita sublimis vel contemplatio,

re leven of de beschouwing, door de schubben echter wordt beteekend het harde leven, en beide zijn noodzakelijk voor de geestelijke reinheid. Van de vogels echter worden bepaalde soorten verboden, door den *koningsadelaar* immers, die hoog vliegt, wordt de hoovaardigheid verboden; door den *grijparend*, die voor paarden en menschen gevaarlijk is, de wreedheid der machtigen; door den *zeearend*, die zich met kleine vogels voedt, worden zij aangeduid, die lastig zijn voor de armen; door den *worm*, die vooral valstrikken gebruikt, worden de bedriegers beteekend; door den *gier*, die het leger volgt, terwijl hij er op uit is de lijken der dooden te verslinden, worden zij aangeduid, die den dood en het oproer der menschen zoeken, om daarvan te profiteeren. Door de dieren van het geslacht der *raven* worden zij aangeduid, waarvan de ziel als het ware zwart ziet van wellust, of die welke ontoegankelijk zijn voor iedere genegenheid, want de raaf is niet teruggekeerd naar de ark, toen ze eenmaal losgelaten was. Door den *struisvogel*, die ofschoon hij een vogel is, niet vliegen kan, maar altijd op de aarde is, worden de strijders Gods beteekend, die zich toeleggen op wereldsche zaken; de *nachtuil*, die des nachts scherp van gezicht is, doch overdag niet ziet, beteekent hen die in het

---

per squammas autem significatur aspera vita, quorum utrumque necessarium est ad munditiam spiritualem. In avibus autem specialia quaedam genera prohibentur : in aquila enim, quae alte volat, prohibetur superbia; in gryphe autem, qui equis et hominibus infestus est, crudelitas potentum prohibetur; in halyaeto autem, qui pascitur minutis avibus, significantur illi, qui sunt pauperibus molesti; in milvo autem, qui sequitur exercitum, expectans comedere cadavera mortuorum, significantur illi, qui mortes et seditiones hominum affectant, ut inde lucrentur; per animalia corvini generis significantur illi, qui sunt voluptatibus denigrati, vel qui sunt expertes bonae affectionis, quia corvus semel emissus ab arca non est reversus; per struthionem, qui cum sit avis, volare non potest, sed semper est circa terram, significantur Deo militantes, et se negotiis saecularibus implicantes; nycticorax, quae nocte acuti est visus, in die autem non videt, significat eos qui in temporalibus sunt astuti, in spiritualibus hebetes; larus autem, qui et volat in aëre, et natat in aqua, significat eos, qui per contemplationem volare volunt, et tamen vivunt in aquis

tijdelijke geslepen zijn, doch stomp in het geestelijke; de *meeuw*, die én in de lucht vliegt, én op het water zwemt, beteekent hen die én de besnijdenis én het doopsel vereeren, of beteekent hen die door de beschouwing willen vliegen, maar leven in het water van het zingenot; de *sperwer*, die de menschen dient om buit te maken, beteekent hen die de machtigen dienen om de armen te berooven; door de *nachtraaf*, die des nachts voedsel zoekt, overdag zich echter verbergt, worden de wellustigen beteekend, die verborgen zoeken te blijven bij hun nachtelijke werken; de *duikelaar*, wiens natuur het is, lang onder de golven te verblijven, beteekent de gulzigaards, die zich in het water van genot onderdompelen; de *ibis* is een vogel uit Afrika, die een lange snavel heeft, zich met slangen voedt, en misschien hetzelfde is als de *ooievaar;* en hij beteekent de nijdigaards, die zich met het onheil van anderen als met slangen verfrisschen. De *zwaan* echter is wit van kleur, en heeft een langen hals, waardoor hij van uit de diepte der aarde of het water voedsel haalt; en hij kan de menschen beteekenen, die door den uitwendigen glans der rechtvaardigheid aardsch voordeel zoeken; de *pelikaan* is een vogel uit het Oosten met lange snavel, die in zijn keel enkele windballen heeft, waarin hij het

---

voluptatum; accipiter vero, qui deservit hominibus ad praedam, significat eos, qui ministrant potentibus ad depraedandum pauperes; per bubonem, qui in nocte victum quaerit, de die autem latet, significantur luxuriosi, qui occultari quaerunt nocturnis operibus, quae agunt; mergulus autem, cujus natura est, ut sub undis diutius immoretur, significat gulosos, qui in aquis deliciarum se immergunt; ibis vero avis est in Africa, habens longum rostrum, quae serpentibus pascitur, et forte est idem quod ciconia, et significat invidos, qui de malis aliorum quasi de serpentibus reficiuntur; cygnus autem est coloris candidi, et longum collum habet, qui ex profunditate terrae vel aquae cibum trahit; et potest significare homines, qui per exteriorem justitiae candorem lucra terrena quaerunt; onocrotalus autem avis est in partibus Orientis, longo rostro, quae in faucibus habet quosdam folliculos, in quibus primo cibum reponit, et post horam in ventrem mittit; et significat avaros, qui immoderata solicitudine necessaria vitae congregant; porphyrio autem praeter modum aliarum avium habet unum pedem latum ad

voedsel eerst bewaart, en na een uur in den buik laat gaan; en hij beteekent de gierigaards, die met ongeregelde begeerte de benoodigheden van het leven verzamelen; de *purpervogel* heeft buiten de gewone regel om van de andere vogels een breed uiteenloopende poot om te zwemmen, en een andere gespleten poot om te loopen, omdat hij én in het water zwemt, zooals de eenden, én op de aarde wandelt, zooals de patrijzen, en slechts door een beet drinkt hij, terwijl hij al zijn voedsel met water besprenkelt, en hij beteekent hen die niets op den wil van anderen willen doen, maar alleen wat besprenkeld is met het water van eigen wil; door den *reiger*, die gewoonlijk *valk* wordt genoemd, worden zij beteekend *wier voeten snel zijn in het bloedvergieten;* de *regenfluiter*, die een snapachtige vogel is, beteekent de praatzieken; de *hop*, die nestelt in den drek en zich met stinkend vuil voedt, en door te zuchten het zingen nabootst, beteekent de droefheid der wereld, die de dood in de onreine menschen bewerkt; door de *vledermuis*, die over den grond vliegt, worden zij aangeduid, die met wereldsche wetenschap begaafd zijn, maar slechts de aardsche genoegens smaken. Van de vogelen nu en de viervoeters zijn alleen die toegestaan, welke van achteren langere schenkels hebben, zoodat ze kunnen springen; de andere echter, die meer aan de aarde han-

---

natandum, aliud fissum ad ambulandum, quia et in aqua natat, ut anates, et in terra ambulat, ut perdices; et morsu bibit, omnem cibum aqua tingens; et significat eos, qui nihil ad alterius arbitrium facere volunt, sed solum quod fuerit tinctum aqua propriae voluntatis; per herodionem, qui vulgariter falco dicitur, significantur illi, quorum pedes sunt veloces ad effundendum sanguinem; caladrion autem, quae est avis garrula, significat loquaces; upupa autem, quae nidificat in stercoribus, et foetenti pascitur fimo, et gemitum in cantu simulat, significat tristitiam saeculi, quae in hominibus immundis mortem operatur; per vespertilionem autem, quae circa terram volitat, significantur illi, qui saeculari scientia praediti sola terrena sapiunt. Circa volatilia autem et quadrupedia, illa sola conceduntur eis, quae posteriora crura habent longiora, ut salire possint; alia vero, quae terrae magis adhaerent, prohibentur, quia illi, qui abutunur doctrina quatuor Evangelistarum, ut per eam in altum non subleventur, immundi reputantur. In san-

gen, zijn verboden, omdat zij, die de leer der vier Evangelisten misbruiken, zoodat zij daardoor niet tot het hoogere verheven worden, voor onrein gehouden worden. Onder *bloed* en *vet* en *zenuwen* worden de wreedheid en de wellust en de sterkte om te zondigen verstaan.

2. Het eten van planten en andere voortbrengselen der aarde bestond ook vóór den zondvloed onder de menschen, maar het eten van vleesch schijnt na den zondvloed ingevoerd te zijn, want in het Boek *Genesis* (9, 3) wordt gezegd: « *Als de groene kruiden heb ik u alle vleesch gegeven* », en dit aldus omdat het eten der voortbrengselen der aarde onder een zekeren levenseenvoud behoort, het eten van dieren echter onder de weelderigheid en de gezochtheid van het leven; want planten brengt de aarde van zelf voort of met weinig moeite worden die voortbrengselen der aarde in groote hoeveelheden bezorgd, terwijl men met groote moeite de dieren moet voeden en ook vangen. En omdat de Heer zijn volk tot een eenvoudiger levenswijze wilde terugvoeren, verbood Hij veel van de diersoorten, en niet van wat de aarde voortbrengt; of ook omdat de dieren aan de afgoden werden geofferd en niet de voortbrengselen der aarde.

3. Het antwoord op die bedenking blijkt uit hetgeen in het antwoord op de eerste Bedenking gezegd is.

---

guine vero et adipe et nervo intelligitur prohiberi crudelitas et voluptas et fortitudo ad peccandum.

AD SECUNDUM dicendum, quod esus plantarum et aliorum terraenascentium fuit apud homines etiam ante diluvium; sed esus carnium videtur esse post diluvium introductus : dicitur enim Genes. 9 [v. 3]: « Quasi olera virentia dedi vobis omnem carnem », et hoc ideo, quia esus terrae nascentium magis pertinet ad quamdam simplicitatem vitae; esus autem carnium ad quasdam delicias et curiositatem vivendi : sponte enim terra herbam germinat, vel cum modico studio hujusmodi terraenascentia in magna copia procurantur, oportet autem cum magno studio animalia nutrire, vel etiam capere. Et ideo volens Dominus populum suum reducere ad simpliciorem victum, multa in genere animalium eis prohibuit, non autem in genere terraenascentium, vel etiam quia animalia immolabantur idolis, non autem terraenascentia.

AD TERTIUM patet responsio ex dictis [in resp. ad 1.].

4. Ofschoon een geitebokje, dat gedood is, niet voelt hoe zijn vleesch gekookt wordt, toch duidt het de wreedheid aan van dengene, die het kookt, indien de moedermelk, wat hen tot voedsel gegeven wordt, tot het bereiden van zijn vleesch gebruikt wordt. Of men kan zeggen, dat de heidenen het vleesch van een geitebokje bij hun afgodenplechtigheden op deze wijze kookten om het te offeren of om het te eten. En daarom volgt er in het Boek *Exodus* (23, 19), nadat er te voren gesproken was over de viering van de plechtigheden in de Wet : « *Gij zult een geitebokje in de melk zijner moeder niet koken.* »

De figuurlijke zin van dit verbod is, dat werd voorafgebeeld, dat Christus, die een geitebokje is *om de gelijkenis van het zondig vleesch*, niet door de Joden mocht *gekookt worden*, d. i. gedood, *in de melk zijner moeder*, d. i. in den tijd zijner kindsheid. Ofwel wordt er aangeduid, dat het geitebokje, d. i. de zondaar, niet *gekookt mocht worden in de melk zijner moeder*, dit is : niet door vleien moet gewonnen worden.

5. De heidenen offerden de eerste vruchten, welke zij voor gelukkigmakend hielden, aan hun goden, of ook verbrandden zij ze om tooverij te doen. En daarom werd aan de Joden bevolen, dat

---

AD QUARTUM dicendum, quod etsi hoedus occisus non sentiat, qualiter carnes ejus coquantur, tamen in animo decoquentis ad quamdam crudelitatem pertinere videtur, si lac matris, quod datum est ei pro nutrimento, adhibeatur ad consumptionem carnium ipsius. Vel potest dici, quod Gentiles in solemnitatibus idolorum taliter carnes hoedi decoquebant ad immolandum, vel ad comedendum; et ideo Exod. 23 [v. 19] postquam praedictum fuerat de solemnitatibus celebrandis in lege, subditur: « Non coques hoedum in lacte matris suae. »

Figuralis autem ratio hujus prohibitionis est, quia praefigurabatur, quod Christus, qui est hoedus propter similitudinem carnis peccati, non erat a Judaeis coquendus, idest occidendus, in lacte matris, idest in tempore infantiae. Vel significatur, quod hoedus, idest peccator, non est coquendus in lacte matris, idest non est blanditiis deliniendus.

AD QUINTUM dicendum, quod Gentiles fructus primitivos, quos fortunatos aestimabant, diis suis offerebant; vel etiam comburebant eos ad quaedam

zij de vruchten der eerste drie jaren voor onrein zouden houden. Want in de eerste drie jaren brengen bijna alle boomen van dit land vrucht voort, die nl. gekweekt werden door zaaiïng of inenting of planting. Zelden toch gebeurt het, dat steenen van de vruchten van een boom of verborgen zaden gezaaid worden, want deze brengen langzamer vrucht voort, maar de Wet beoogt datgene wat gewoonlijk gebeurde. Boomvruchten nu van het vierde jaar werden als eerstelingen van de reine vruchten aan God geofferd; in het vijfde jaar echter en dan verder werden zij gegeten.

De figuurlijke zin nu is, dat daardoor wordt voorafgebeeld, dat na de drie toestanden van de Wet, waarvan de eerste loopt van Abraham tot David, de tweede tot de ballingschap naar Babylon, de derde tot Christus, die de vrucht der Wet is, Christus aan God moest worden geofferd; of dat de eerstelingen van onze werken om hun onvolmaaktheid door ons gewantrouwd moeten worden.

6. Gelijk in het Boek *Ecclesiasticus* (19, 27) gezegd wordt, *verraden de kleederen van het lijf, wat de mensch is*, en daarom wilde de Heer, dat zijn volk zich van de andere volkeren zou onderscheiden, niet alleen door het teeken der besnijdenis, wat in

---

magica facienda; et ideo praeceptum est eis, ut fructus trium primorum annorum immundos reputarent : in tribus enim annis fere omnes arbores terrae illius fructum producunt, quae scilicet vel seminando, vel inserando, vel plantando coluntur; rare autem contingit, quod ossa fructuum orboris, vel semina latentia seminentur : haec enim tardius facerent fructum; sed lex respexit ad id, quod freqentius fit. Poma autem quarti anni, tamquam primitiae mundorum fructuum, Deo offerebantur; quinto autem anno et deinceps comedebantur.

Figuralis autem ratio est, quia per hoc praefiguratur, quod post tres status legis, quorum unus est ab Abraham usque ad David, secundus usque ad transmigrationem Babylonis, tertius usque ad Christum, erat Christus Deo offerendus, qui est fructus legis; vel quia primordia nostrorum operum debent esse nobis suspecta propter imperfectionem.

Ad sextum dicendum, quod, sicut dicitur Eccli. 19 [v. 27], « amictus corporis enuntiat de homine », et ideo voluit Dominus, ut populus ejus

het vleesch was, maar ook door een zeker onderscheid in kleeding. En daarom was het hen verboden, zich met een kleed uit wol en linnen geweven te kleeden, en dat de mannen zich in vrouwenkleederen zouden kleeden, of andersom, om twee redenen. Ten eerste om den afgodendienst te vermijden. Want de heidenen gebruikten dergelijke kleederen uit verschillende stof geweven bij den dienst van hun afgoden, en ook gebruikten de vrouwen bij de vereering van Mars de wapenen der mannen; bij de vereering echter van Venus gebruikten daarentegen de mannen vrouwenkleederen. De andere reden is om de wellust te onderdrukken, want door het voorschrift, dat de mannen andere kleeding zouden dragen dan de vrouwen, werd iedere ongeregelde vereeniging bij de verzaming uitgesloten. Dat echter een vrouw een manskleed aandoet, of andersom, wekt de zinnelijke begeerte op en geeft aanleiding tot wellust.

De figuurlijke zin nu is, dat in het kleed, dat uit linnen en wol geweven is, het samengaan van eenvoud en onschuld, die door de wol afgebeeld worden, met sluwheid, slimheid en boosheid, welke worden aangeduid door het linnen, verboden wordt. Ook wordt verboden, dat de vrouw voor zich de leering of de andere ambten

---

distingueretur ab aliis populis, non solo signo circumcisionis, quod erat in carne, sed etiam certa habitus distinctione; et ideo prohibitum fuit eis, ne induerentur vestimento ex lana et lino contexto, et ne mulier indueretur veste virili, aut e converso, propter duo. Primo quidem ad vitandum idololatriae cultum : hujusmodi enim variis vestibus ex diversis contextis Gentiles in cultu suorum Deorum utebantur; et etiam in cultu Martis mulieres utebantur armis virorum; in cultu autem Veneris e converso viri utebantur vestibus mulierum. Alia ratio est ad declinandam luxuriam : nam per commixtiones varias in vestimentis, omnis inordinata commixtio coitus excluditur; quod autem mulier induatur veste virili, aut e converso, incentivum est concupiscentiae, et occasionem libidini praestat.

Figuralis autem ratio est, quia in vestimento contexto ex lana et lino interdicitur conjunctio simplicitatis et innocentiae, quae figuratur per lanam, et subtilitatis et malitiae, quae figuratur per linum. Prohibetur etiam, quod mulier non usurpet sibi doctrinam, vel alia virorum officia; vel ne vir declinet ad mollities mulierum.

van de mannen opeischt, of dat de man tot de weekelijkheid der vrouw zou heenneigen.

7. Gelijk Hieronymus op *Mattheus* (23, 6) zegt, *beval de Heer, dat aan de vier hoeken van de opperkleederen, donkerblauwe franjen zouden gemaakt worden, om het volk Israël van de andere volken te onderscheiden.* Vandaar gaven zij daardoor te kennen, dat zij Joden waren, en zoo werden zij door het zien van dit teeken aan hun Wet herinnerd. De woorden : « *Gij zult ze in uwe hand vastbinden, en ze zullen steeds vóór uwe oogen zijn* », verklaarden de Pharizeën verkeerd, door de tien geboden van Mozes op perkamenten te schrijven, en zij bonden het op het voorhoofd als een kroon, opdat het vóór hun oogen zou slingeren, terwijl toch de bedoeling van den Heer geweest was, dat ze *op de hand zouden gebonden worden*, d. i. bij het werk, en ze *vóór hun oogen zouden zijn*, d. i. in hun overweging. In de violette banden, die in de opperkleederen werden ingevoerd, werd de hemelsche meening beteekend, die met al onze werken moet verbonden worden. Men kan evenwel zeggen, dat, omdat dit volk vleeschelijk was en hardnekkig, het door dergelijke zinnelijkheden tot het onderhouden der wet moest opgewekt worden.

8. De genegenheid van den mensch is tweevoudig, en wel één

Ad SEPTIMUM dicendum, quod, sicut Hieronymus dicit super Matth. [23, 6], Dominus jussit, ut in quatuor angulis palliorum hyacinthinas fimbrias facerent, ad populum Israël dignoscendum ab aliis populis. Unde per hoc se esse Judaeos profitebantur, et ideo per aspectum hujus signi inducebantur in memoriam suae legis. Quod autem dicitur : « Ligabis ea in manu tua, et erunt semper ante oculos tuos », Pharisaei male interpretabantur scribentes in membranis decalogum Moysi, et ligabant in fronte quasi coronam, ut ante oculos moveretur, cum tamen intentio Domini mandantis fuerit, ut ligarentur in manu, idest in operatione, et essent ante oculos, idest in meditatione. In hyacinthinis autem vittis, quae palliis inserebantur, significatur coelestis intentio, quae omnibus operibus nostris debet adjungi. Potest tamen dici, quod quia populus ille carnalis erat, et durae cervicis, oportuit etiam per hujusmodi sensibilia eos ad legis observantiam excitari.

Ad OCTAVUM dicendum, quod affectus hominis est duplex : unus quidem

volgens de rede, een andere volgens den hartstocht. Volgens de genegenheid van de rede nu, heeft het geen belang, wat de mensch met de redelooze dieren doet, daar alles door God aan zijn macht onderworpen is, volgens het woord van *Psalm* 8, 8: « *Alles hebt Gij onder zijn voet gezet* », en in dien zin zegt de Apostel, dat *God niet bezorgd is voor ossen*, omdat nl. God aan den mensch niet vraagt, wat hij met de ossen of met andere dieren doet. Met betrekking tot de genegenheid van de hartstochten, kan de mensch genegenheid hebben voor de andere dieren, want de hartstocht van medelijden ontstaat uit het lijden van anderen, en daar het ook gebeurt, dat de redelooze dieren pijn hebben, kan er in den mensch een gevoel van medelijden opkomen met betrekking tot het lijden der dieren. Nu ligt het voor de hand, dat hij, die zich in het gevoelen van medelijden oefent voor de dieren, hierdoor meer geschikt wordt tot medelijden voor de menschen; vandaar wordt er in het Boek der *Spreuken* gezegd (12, 10) : « *De rechtvaardige kent het leven van zijn vee, maar de ingewanden der goddeloozen zijn wreed.* » En om het Joodsche volk, dat geneigd was tot wreedheid, tot medelijden terug te brengen, wilde de Heer hen ook met betrekking tot de onredelijke dieren in het

---

secundum rationem, alius vero secundum passionem. Secundum igitur affectum rationis non refert, quid homo circa bruta animalia agat, quia omnia sunt subjecta ejus potestati a Deo, secundum illud Psal. 8 [v. 8]: « Omnia subjecisti sub pedibus ejus », et secundum hoc Apostolus dicit, quod non est cura Deo de bobus, quia Deus non requirit ad homine quid circa boves agat, vel circa alia animalia. Quantum vero ad affectum passionis, movetur affectus hominis etiam circa alia animalia : quia enim passio misericordiae consurgit ex afflictionibus aliorum, contingit autem bruta animalia poenas sentire, potest in homine consurgere misericordiae affectus etiam circa afflictiones animalium. Proximum autem est, ut qui exercetur in affectu misericordiae circa animalia, magis ex hoc disponatur ad affectum misericordiae circa homines; unde dicitur Proverb. 12 [v. 10]: « Novit justus animas jumentorum suorum, viscera autem impiorum crudelia », et ideo ut Dominus populum Judaicum ad crudelitatem pronum, ad misericordiam revocaret, voluit eos exercere ad misericordiam etiam circa bruta animalia, prohibens quaedam circa animalia

medelijden oefenen, door hen sommige dingen met betrekking tot de redelooze dieren, die op eenige wijze tot de wreedheid schijnen te hooren, te verbieden. Zoo verbood Hij, dat het geitebokje in de melk zijner moeder gekookt zou worden, en dat men een dorschend rund zou muilbanden, en dat men de moeder met haar jong zou dooden.

Ofschoon men ook kan zeggen, dat deze dingen verboden waren ter verafschuwing van de afgoderij. Want de Egyptenaren hielden voor goddeloos, dat dorschende runderen van de veldvruchten aten. Ook gebruikten sommige wonderdoeners de moeder van de vogels en haar jongen, die tegelijk gevangen waren, voor de vruchtbaarheid en den voorspoed in de voeding van de kinderen. Ook werd het bij de waarzeggerij voor gelukkigmakend gehouden, dat een moeder liggend tusschen hare jongen gevonden werd.

Met betrekking tot de kruising van dieren van verschillende soort, kan een drievoudige letterlijke zin zijn. Ten eerste, ter verafschuwing van de afgoderij der Egyptenaren, die verschillende kruisingen gebruikten voor den dienst der planeten, die volgens verschillende verbindingen verschillende gevolgen hebben, en op ver-

---

fieri, quae ad crudelitatem quamdam pertinere videntur; et ideo prohibuit, ne coqueretur hoedus in lacte matris; et quod non alligaretur os bovi trituranti; et quod non occidetur mater cum filiis.

Quamvis etiam dici possit, quod haec prohibita sunt eis in detestationem idololatriae, nam Aegyptii nefarium reputabant, ut boves triturantes de frugibus commederent; aliqui etiam malefici utebantur matre avis incubante, et pullis ejus simul captis, ad foecunditatem et fortunam circa nutritionem filiorum; et quia etiam in auguriis reputabatur hoc esse fortunatum, quod inveniretur mater incubans filiis.

Circa commixtionem vero animalium diversae speciei ratio literalis potuit esse triplex. Una quidem ad detestationem idololatriae Aegyptiorum, qui diversis commixtionibus utebantur in servitium planetarum, qui secundum diversas conjunctiones habent diversos effectus, et super diversas species rerum. Alia ratio est ad excludendum concubitus contra naturam. Tertia ratio est ad tollendam universaliter occasionem concupiscentiae : animalia enim diver-

scheidene soorten van zaken inwerken. Ten tweede, om de verzaming tegen de natuur uit te sluiten. Ten derde, om in het algemeen de aanleiding tot zinnelijkheid weg te nemen. Want dieren van verschillende soorten vereenigen zich niet gemakkelijk met elkander, tenzij dit door menschen bevorderd wordt, en bij het zien van de paring van dieren wordt de zinnelijkheid bij den mensch opgewekt. Vandaar ook wordt er, gelijk Rabbi Moyzes zegt (*De Gids der Dwalenden*, III[e] B., XLIX[e] H.), in de overlevering der Joden een voorschrift gevonden, dat de menschen de oogen zouden afwenden van parende dieren.

De figuurlijke zin van deze dingen is, dat voor *een dorschende os*, d. i. voor een predikant, die het zaad der leer uitstrooit, het noodzakelijke voedsel niet moet weggenomen worden, zooals de Apostel zegt in zijn *Eersten Brief aan de Corinthiërs* (9, 4 vv.): *Ook moeten wij de moeder niet tegelijk met haar jongen houden*, omdat in sommige gevallen de geestelijke gevoelens als kinderen moeten teruggehouden worden, en men de letterlijke onderhouding als de moeder moet laten varen, zooals bij al de ceremoniën der Wet. Ook werd geboden, dat wij het *vee*, d. i. de gewone lieden, *niet mogen laten paren*, d. i. verbinding hebben, *met dieren van een andere soort*, d. i. met de heidenen of Joden.

---

sarum specierum non commiscentur de facili ad invicem, nisi hoc per homines procuretur, et in aspectu coitus animalium excitatur homini concupiscentiae motus; unde et in traditionibus Judaeorum praeceptum invenitur, ut Rabbi Moyses dicit [lib. 3. Dux errantium, cap. 49], ut homines avertant oculos ab animalibus coeuntibus.

Figuralis autem horum ratio est, quia bovi trituranti, idest praedicatori deferenti segetes doctrinae, non sunt necessaria victus subtrahenda, ut Apostolus dicit 1. ad Cor. 9 [v. 4 sqq.]. Matrem etiam non simul debemus tenere cum filiis, quia in quibusdam retinendi sunt spirituales sensus, quasi filii; et dimittenda est literalis observantia, quasi mater, sicut in omnibus caeremoniis legis. Prohibetur etiam, quod jumenta, idest populares homines, non faciamus coire, idest conjunctionem habere, cum alterius generis animantibus, idest cum Gentilibus vel Judaeis.

9. Al die vermengingen waren, naar den letterlijken zin, verboden bij den landbouw, ter verafschuwing der afgoderij, omdat de Egyptenaren om de sterren te eeren, verschillende vermengingen deden én met betrekking tot de zaden, én met betrekking tot de dieren, én met betrekking tot de kleederen, terwijl zij verschillende vermengingen van sterren voorstelden. Men kan ook zeggen, dat die verschillende vermengingen werden verboden ter verafschuwing van de verzaming tegen de natuur.

Echter hebben ze ook een figuurlijken zin, want het verbod: « *Gij zult uwen wijngaard niet met andere zaden bezaaien* » moet geestelijk verstaan worden, dat nl. in de Kerk, die de geestelijke wijngaard is, geen andere leer moet gezaaid worden; en evenzoo *moet de akker*, d. i. de Kerk, *niet met verschillend zaad bezaaid worden*, omdat een dwaas en een wijze niet moeten samengaan bij de prediking, daar de een den ander hindert.

[Het antwoord op de 10de Bedenking ontbreekt.]

11. Misdadigers en priesters der afgoden gebruikten bij hun plechtigheden, beenderen en vleesch van doode menschen; en daarom beval de Heer, om den afgodendienst uit te roeien, dat de lagere priesters, die gedurende een zekeren tijd het heiligdom

---

Ad nonum dicendum, quod omnes illae commixtiones in agricultura sunt prohibitae ad literam, in detestationem idololatriae, quia Aegyptii in veneratione stellarum diversas commixtiones faciebant, et in seminibus, et in animalibus, et in vestibus, repraesentantes diversas conjunctiones stellarum; vel omnes hujusmodi commixtiones variae prohibentur ad detestationem coitus contra naturam.

Habent tamen figuralem rationem; quia quod dicitur: « Non seres vineam tuam altero semine » est spiritualiter intelligendum, quod in Ecclesia, quae est spiritualis vinea, non est seminanda aliena doctrina; et similiter ager, idest Ecclesia, non est seminandus diverso semine, idest catholica doctrina, et haeretica : non est etiam simul arandum in bove et asino, quia fatuus sapienti in praedicatione non est sociandus, quia unus impedit alium.

[Deest solutio decimi argumenti.]

Ad undecimum dicendum, quod malefici, et sacerdotes idolorum utebantur in suis ritibus ossibus vel carnibus hominum mortuorum; et ideo ad extir-

bedienden, zich niet zouden bezoedelen, tenzij door de lijken van nabestaanden, nl. van vader of moeder en dergelijke verwante personen. De hoogepriester echter moest altijd bereid zijn tot de bediening van het heiligdom, en daarom was het hem geheel en al verboden naar dooden te gaan, hoe nabestaand ook. Ook werd bevolen, dat ze *geen hoer of geen weggezondene tot vrouw zouden nemen, maar een maagd*, zoowel om den eerbied voor de priesters, wier waardigheid door zulk een verbintenis op eenigerlei wijze verminderd scheen te worden, alsook om de kinderen, wien de schande der moeder tot smaad zou zijn; wat vooral dan moest vermeden worden, toen de waardigheid van het priesterschap volgens de opeenvolging van geslacht werd toegediend. Ook was hen geboden, dat ze zich *het hoofd noch den baard zouden laten scheren, noch insnijdingen zouden doen in hun vleesch*, om de afgoderij te vermijden. Want de priesters der heidenen scheerden zich het hoofd en den baard. Vandaar wordt er in het Boek *Baruch* (6, 30) gezegd: « *De priesters zitten met gescheurde kleederen, met geschoren hoofd en baard.* » En ook bij den afgodendienst sneden zij zich met messen en priemen, zooals in het III^e^ Boek *Koningen* (18, 28) gezegd wordt. Vandaar werd het tegendeel aan de priesters der Oude Wet geboden.

---

pandum idololatriae cultum praecepit Dominus, ut sacerdotes minores, qui per tempora certa ministrabant in Sanctuario, non inquinarentur in mortibus, nisi valde propinquorum, scilicet patris et matris et hujusmodi conjunctarum personarum. Pontifex autem semper debebat esse paratus ad ministerium Sanctuarii, et ideo totaliter prohibitus erat ei accessus ad mortuos, quantumcumque propinquos. Praeceptum etiam est eis, ne ducerent uxorem meretricem ac repudiatam, sed virginem, tum propter reverentiam Sacerdotum, quorum dignitas quodammodo ex tali conjugio diminui videretur, tum etiam propter filios quibus esset ad ignominiam turpitudo matris; quod maxime tunc erat vitandam, quando sacerdotii dignitas secundum successionem generis conferebatur. Praeceptum etiam erat eis, ut non raderent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facerent incissuram, ad removendum idololatriae ritum. Nam sacerdotes Gentilium radebant caput et barbam; unde dicitur Baruch 6 [v. 30]: « Sacerdotes sedent habentes tunicas scissas, et capita et barbam

De geestelijke zin van die voorschriften was, dat de priesters geheel en al vrij moesten zijn *van doode werken*, welke de werken der zonde zijn; ook moeten zij zich *het hoofd niet scheren*, d. i. de wijsheid afleggen, noch *hun baard wegnemen*, d. i. de volmaaktheid der wijsheid; noch *hun kleederen scheuren, of insnijdingen maken in het vleesch*, opdat zij nl. de ondeugd van de scheuring niet zouden inloopen.

---

rasam. » Et etiam in cultu idolorum incidebant se cultris et lanceolis, ut dicitur 3. Regum 18 [v. 28]; unde contraria praecepta sunt Sacerdotibus veteris legis.

Spiritualis autem ratio horum est, quia sacerdotes omnino debent esse immunes ab operibus motuis, quae sunt opera peccati; et etiam non debent radere caput, idest deponere sapientiam; neque deponere barbam, idest sapientiae perfectionem; neque etiam scindere vestimenta, aut incidere, ut scilicet vitium schismatis non incurrant.

HONDERD EN DERDE KWESTIE.

OVER DEN DUUR DER CEREMONIEEL-VOORSCHRIFTEN.

(Vier Artikelen.)

Vervolgens moet gehandeld worden over den duur der ceremonieel-voorschriften. Hieromtrent stellen we vier vragen :

1) Bestonden de ceremoniën der Wet vóór de Wet?

2) Hadden ze gedurende de Oude Wet eenige kracht om rechtvaardig te maken?

3) Hielden ze bij de komst van Christus op?

4) Is het doodzonde ze na Christus nog te onderhouden?

QUÆSTIO CIII.

DE DURATIONE CAEREMONIALIUM PRAECEPTORUM.

Deinde considerandum est de duratione caeremonialium praeceptorum.

Et circa hoc quaeruntur quatuor: 1. Utrum praecepta caeremonialia fuerint ante legem. — 2. Utrum in lege aliquam virtutem habuerint justificandi. — 3. Utrum cessaverint Christo veniente. — 4. Utrum sit peccatum mortale observare ea post Christum.

I^e ARTIKEL.

Bestonden de ceremoniën der Wet voor de Wet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de ceremoniën der Wet reeds bestonden vóór de Wet. — 1. Immers slacht- en brandoffers behooren tot de ceremoniën der Oude Wet, gelijk vroeger gezegd is (CII^e Kw., 3^e Art.). Welnu er waren slacht- en brandoffers vóór de Wet. We lezen immers in *Genesis* (4, 3, v.), dat *Caïn van de vruchten der aarde offerde aan den Heer, Abel echter van de eerstelingen zijner kudde en van het vette derzelven.* Ook Noë droeg brandoffers op, wat blijkt uit *Genesis* (8, 20), en ook Abraham, zooals blijkt uit *Genesis* (22, 13). Dus bestonden de ceremoniën der Oude Wet reeds vóór de Wet.

2. Het opslaan en zalven van het altaar behoorden tot de ceremoniën. Welnu dit gebeurde reeds vóór de Wet, want we lezen in *Genesis* (13, 18), dat *Abraham een altaar bouwde voor den Heer*, en van Jacob wordt in *Genesis* (28, 18) gezegd, dat

---

ARTICULUS I.

Utrum caeremoniae legis fuerint ante legem.

[Hebr. 7. fin.].

AD PRIMUM sic prodeditur. Videtur, quod caeremoniae legis fuerint ante legem : sacrificia enim et holocausta pertinent ad caeremonias veteris legis, ut supra dictum est [q. praec. art. 3]; sed sacrficia et holocausta fuerunt ante legem : dicitur enim Gen. 4 [v. 3 sq.], quod Cain obtulit de fructibus terrae munera Domino : Abel autem obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum. Noe etiam obtulit holocausta Domino, ut dicitur Genes. 8 [v. 20] et Abraham similiter, ut dicitur Genes. 22 [v. 13]; ergo caeremoniae veteris legis fuerunt ante legem.

2. PRÆTEREA, ad caeremonias Sacramentorum pertinet constructio altaris et ejus inunctio; sed ista fuerunt ante legem : legitur enim Genes. 13 [v.

hij *een steen nam, hem overeind zette tot een gedenkteeken, en er olie over uitgoot.* Dus bestonden de ceremoniën der Wet reeds vóór de Wet.

3. Onder de sacramenten der Wet is de besnijdenis het eerste. Maar de besnijdenis werd reeds toegepast vóór de Wet, zooals blijkt uit *Genesis* (17, 10 v.v.). Ook het priesterschap bestond reeds vóór de Wet. In *Genesis* (14, 18) wordt immers gezegd, dat *Melchisedech priester was van den allerhoogsten God.* Dus bestonden de ceremoniën reeds vóór de Wet.

4. Het scheiden der reine dieren van de onreine behoort tot de ceremoniën der onderhoudingen, zooals hierboven gezegd is (CII^{e} Kw., 6^{e} Art., Antw. op de 1^{e} Bed.). Welnu dit onderscheid werd reeds gemaakt vóór de Wet. In *Genesis* (7, 2) wordt immers gezegd : « *Neem uit alle reine dieren zeven paren, en uit alle onreine dieren twee paren.* » Dus bestonden de ceremoniën van de Wet reeds vóór de Wet.

Maar daartegenover staat het gezegde in *Deuteronomium* (6, 1) : « *Dit zijn de geboden en ceremoniën, welke de Heer, onze God, mij bevolen heeft u te leeren.* » Welnu het zou niet noodig

---

18], quod Abraham aedificavit altare Domino; et de Jacob dicitur Genes. 28 [v. 18], quod tulit lapidem, et erexit in titulum, fundens oleum desuper; ergo caeremoniae legales fuerunt ante legem.

3. PRÆTEREA, inter Sacramenta legalia primum dicitur fuisse circumcisio; sed circumcisio fuit ante legem, ut patet Genes. 17 [v. 10 sqq.]. Similiter etiam sacerdotium fuite ante legem : dicitur enim Genes. 14 [v. 18], quod Melchisedech erat sacerdos Dei summi; ergo caeremoniae Sacramentorum fuerunt ante legem.

4. PRÆTEREA, discretio mundorum animalium ab immundis pertinet ad caeremonias observantiarum, ut supra dictum est [q. 102. art. 6. ad 1.]; sed talis distinctio fuit ante legem : dicitur enim Gen. 7 [v. 2] : « Ex omnibus mundis animalibus tolle septena et septena, de animantibus vero immundis duo et duo; ergo caeremoniae legales fuerunt ante legem.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6 [v. 1] : « Haec sunt praecepta et caeremoniae, quae mandavit Dominus Deus noster, ut docerem vos »;

geweest zijn te leeren, indien ze er te voren reeds waren. Dus bestonden de ceremoniën van de Wet nog niet vóór de Wet.

LEERSTELLING. — Gelijk uit het voorgaande blijkt (CI^e Kw., 2^e Art.), hadden de ceremoniën een dubbel doel; ze hadden nl. betrekking op den eeredienst van God, en moesten Christus voorbeduiden. Welnu alwie God wil vereeren, moet dit doen door bepaalde handelingen, die tot den uiterlijken eeredienst behooren. De nadere bepaling van den eeredienst valt onder de ceremoniën, zooals ook de nadere bepaling van die handelingen, waardoor we ons tot den naaste verhouden, behoort tot de rechtsregels, zooals hierboven gezegd is (XCIX^e Kw., 4^e Art.). Evenals er dus onder de menschen sommige rechtsregels in gebruik waren, die niet ingesteld waren krachtens het gezag der goddelijke Wet, maar door de menschelijke rede, zoo ook waren er enkele ceremoniën, die niet bepaald waren krachtens een of andere wet, maar alleen overeenkomstig den wil en de devotie der God vereerende menschen. Maar daar er ook vóór de Wet mannen waren, bezield met profetischen geest, moet men het voor waar houden, dat ze door goddelijke ingeving als het ware door een private wet gedre-

---

non autem indiguisset super his doceri si prius praedictae caeremoniae fuissent; ergo caeremoniae legis non fuerunt ante legem.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut ex dictis patet [q. 101. art. 2.], caeremoniae legis ad duo ordinabantur, scilicet ad cultum Dei, et ad figurandum Christum. Quicumque autem colit Deum, oportet quod per aliqua determinata eum colat, quae ad exteriorem cultum pertinent; determinatio autem divini cultus pertinet ad caeremonias, sicut etiam determinatio eorum, per quae ordinamur ad proximum, pertinet ad praecepta judicialia, ut supra dictum est [q. 99. art. 4.]. Et ideo sicut inter homines communiter erant aliqua judicialia, non tamen ex auctoritate legis divinae instituta, sed ratione hominum ordinata, ita etiam erant quaedam caeremoniae, non quidem ex auctoritate alicujus legis determinatae, sed solum secundum voluntatem et devotionem hominum Deum colentium. Sed quia etiam ante legem fuerunt quidam viri praecipui, prophetico spiritu pollentes, credendum est, quod ex

ven werden tot een bepaalde wijze van God te dienen, die zoowel beantwoordde aan de innerlijke eerbewijzing als ook geschikt was om de mysteries van Christus aan te duiden, die ook beteekend werden door andere van hun daden, volgens het woord uit den *I^en^ Brief aan de Corinthiërs* (10, 11) : « *Alles deden ze ter voorbeduiding.* » Ook vóór de Wet waren er dus enkele ceremoniën, die echter niet wettelijk waren.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Dergelijke gaven en zoen- of brandoffers droegen de Ouden op vóór de Wet bestond, naar eigen willekeur, overeenkomstig eigen devotie, in zoover het hen passend voorkwam, door de zaken, die ze van God ontvangen hadden en die ze ter eere Gods opdroegen, hun vereering uit te drukken voor God, die het begin en het einde van alles is.

2. Ook heiligden ze sommige plaatsen, daar het hen passend voorkwam, dat er sommige plaatsen waren, voor den eeredienst bestemd, en afgescheiden van de overige plaatsen.

3. Het sacrament der besnijdenis was op bevel van God vóór

---

instinctu divino, quasi ex quadam privata lege, inducerentur ad aliquem certum modum colendi Deum, qui et conveniens esset interiori cultui, et etiam congrueret ad significandum Christi mysteria, quae figurabantur etiam per alia eorum gesta, secundum illud 1. Cor. 10 [v. 11] : « Omnia in figura contingebant illis. » Fuerunt igitur ante legem quaedam caeremoniae, non tamen caeremoniae legis, quia non erant per aliquam legislationem institutae.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod hujusmodi oblationes, et sacrificia, et holocausta offerebant antiqui ante legem ex quadam devotione propriae voluntatis, secundum quod eis videbatur conveniens, ut in rebus, quas a Deo acceperant, quas in reverentiam divinam offerrent, protestarentur se colere Deum, qui est omnium principium et finis.

AD SECUNDUM dicendum, quod etiam sacra quaedam instituerunt, quia videbatur eis conveniens, ut in reverentiam divinam essent aliqua loca ab aliis distincta divino cultui mancipata.

AD TERTIUM, dicendum, quod sacramentum circumcisionis praecepto di-

de Wet ingesteld. Vandaar kan het geen sacrament der Wet genoemd worden als door haar ingesteld, maar alleen als nog onder de Wet onderhouden. Dit ook is de beteekenis van de woorden van den Heer bij *Johannes* (7, 22) : « *De besnijdenis is niet van Mozes, maar van zijn vaders.* » Het priesterschap was ook vóór de Wet bij de vereerders van God krachtens bepaling der menschen, die die waardigheid aan de eerstgeborenen toekenden.

4. Het onderscheid tusschen reine en onreine dieren had vóór de Wet geen betrekking op het gebruik, daar in *Genesis* (9, 3) gezegd wordt: « *Alles wat beweegt en leeft zal u tot voedsel zijn.* » Het had alleen betrekking op het opdragen van offers, daar er alleen van bepaalde dieren offers opgedragen werden. Indien er echter met betrekking tot het gebruik onderscheid gemaakt werd voor bepaalde dieren, dan was dit niet omdat het gebruik er van voor ongeoorloofd gehouden werd — immers geen enkele wet verbood het — maar uit verafschuwing of uit gewoonte, gelijk we ook nu nog zien, dat sommige eetwaren op bepaalde plaatsen verafschuwd worden en op andere gebruikt worden.

---

vino fuit statutum ante legem; unde non potest dici sacramentum legis, quasi in lege institutum, sed solum quasi in lege observatum. Et hoc est quod Dominus dicit Joann. 7 [v. 22] : « Circumcisio non ex Moyse est, sed ex patribus ejus »; sacerdotium etiam erat ante legem apud colentes Deum secundum humanam determinationem, qui hanc dignitatem primogenitis attribuebant.

Ad QUARTUM dicendum, quod distinctio mundorum animalium et immundorum non fuit ante legem quantum ad esum, cum dictum sit Genes. 9. [v. 3] : « Omne quod movetur et vivit, erit vobis in cibum », sed solum quantum ad sacrificiorum oblationem, quia de quibusdam determinatis animalibus sacrificia offerebant. Si tamen quantum ad esum erat aliqua animalium discretio, hoc non erat, quia esus illorum reputaretur illicitus, cum nulla lege esset prohibitus, sed propter abominationem, vel consuetudinem, sicut et nunc videmus quod aliqua cibaria sunt in aliquibus terris abominabilia, quae in aliis comeduntur.

II^e ARTIKEL.

Hadden de ceremoniën der Oude Wet gedurende de Oude Wet kracht van rechtvaardigmaking?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de ceremoniën der Oude Wet ten tijde der Wet kracht ter rechtvaardigmaking hadden. — 1. Zuivering immers van zonde en wijding van den mensch behooren tot de rechtvaardigmaking. Welnu in *Exodus* (29, 21) wordt gezegd, dat de priesters en hunne kleederen werden gewijd door sprenkeling met bloed en zalving met olie, en in *Leviticus* (16, 16) wordt gezegd, dat de priesters door besprenkeling met het bloed van een lam het heiligdom zuiverden van de onreinheden der kinderen van Israël en van hun overtredingen en van al hun zonden. Dus hadden de ceremoniën der Oude Wet kracht van rechtvaardigmaking.

2. Datgene, waardoor de mensch aan God behaagt, valt onder de rechtvaardigheid, volgens *Psalm* 10, 3: « *Rechtvaardig is de Heer en Hij bemint wat recht is.* » Welnu door de ceremoniën

---

ARTICULUS II.

Utrum caeremoniae veteris legis habuerint virtutem justificandi tempore legis.

[Supr. q. 98. art. 1. et q. 100. art. 12. et 3. Dist. 40. art. 3.].

AD SECUNDUM sic proceditur Videtur, quod caeremoniae veteris legis habebant virtutem justificandi tempore legis : expiatio enim a peccato, et consecratio hominis ad justificationem pertinent; sed Exod. 29 [v. 21] dicitur, quod per aspersionem sanguinis, et inunctionem olei consecrabantur Sacerdotes et vestes eorum, et Lev. 16 [v. 16] dicitur, quod Sacerdos per aspersionem sanguinis vituli expiabat Sanctuarium ab immunditiis filiorum Israël et a praevaricationibus eorum atque peccatis; ergo caeremoniae veteris legis habebant virtutem justificandi.

2. PRÆTEREA, id per quod homo placet Deo, ad justitiam pertinet, secundum illud Ps. 10 [v. 3] : « Justus Dominus, et justitias dilexit. »

behaagden sommigen aan God, overeenkomstig *Leviticus* (10, 19) : « *Hoe kan ik den Heer behagen door de ceremoniën met een rouwvol gemoed?* » Bijgevolg hadden de ceremoniën der Oude Wet kracht van rechtvaardigmaking.

3. Wat betrekking heeft op den eeredienst van God, behoort meer tot de ziel dan tot het lichaam, naar het woord van *Psalm* 18, 8: « *De wet des Heeren is zuiver en keert de harten om.* » Welnu door de ceremoniën der Oude Wet werd een melaatsche gereinigd, zooals we lezen in *Leviticus* (14). Dus konden de ceremoniën der Oude Wet zooveel te meer de ziel reinigen door haar rechtvaardig te maken.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (2, 21) : « *Indien er een wet gegeven was, die rechtvaardig zou kunnen maken, zou Christus om niet gestorven zijn* », d. i. zonder reden. Dit is echter onaannemelijk, en bijgevolg maakten de ceremoniën der Oude Wet niet rechtvaardig.

LEERSTELLING. — Gelijk vroeger gezegd is (CII[e] Kw., 5[e] Art., Antw. op de 5[e] Bed.), was er tijdens de Oude Wet een

---

Sed per caeremonias aliqui Deo placebant, secundum illud Levit. 10 [v. 19] : « Quomodo potui.... placere Domino in caeremoniis mente lugubri? » Ergo caeremoniae veteris legis habebant virtutem justificandi.

3. PRÆTEREA, ea quae sunt divini cultus, magis pertinent ad animam, quam ad corpus, secundum illud Ps. 18 [v. 8] : «Lex Domini immaculata, convertens animas. » Sed per caeremonias veteris legis mundabatur leprosus, ut dicitur Levit. 14; ergo multo magis caeremoniae veteris legis poterant mundare animam justificando.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Gal. 2 [v. 21]: « Si data esset lex, quae posset justificare, Christus gratis mortuus esset », idest sine causa; sed hoc est invonveniens; ergo caeremoniae veteris legis non justificabant.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. 102, art. 5, ad 5.], in veteri lege duplex immunditia observabatur : una quidem spiritualis,

tweevoudige onreinheid : ten eerste een geestelijke, nl. de onzuiverheid der zondeschuld; ten tweede een lichamelijke, waardoor iemand ongeschikt was tot den eeredienst. Zoo werd een melaatsche of iemand die iets doods aanraakte onrein genoemd. In dien zin is de onreinheid niets anders dan een tekortkomen aan bepaalde voorschriften. Van die onreinheid nu konden de ceremoniën der Oude Wet zuiveren, daar die ceremoniën bepaalde middelen waren, die krachtens wettelijke verordening aangewend werden, om genoemde onreinheid weg te nemen, die uit de Wet zelf volgde. In dien zin zegt de Apostel in zijn *Brief aan de Hebreërs* (9, 13), dat *het bloed van bokken en stieren, en de bestrooiing met asch van een vaars de onreinen heiligt, om rein te worden naar het vleesch.* Evenals nu die onreinheid, die door dergelijke ceremoniën werd opgeheven, meer was een onreinheid van het vleesch dan van den geest, zoo ook werden die ceremoniën zelf ook door den Apostel een weinig hooger (v. 10) *gerechtigheden van het vleesch* genoemd, opgelegd tot den tijd der hervorming.

Op de onreinheid van den geest echter, nl. de onzuiverheid der zondeschuld, werkten ze niet zuiverend, en dit omdat de zuivering van zonden alleen kan geschieden door Christus die, zooals

---

quae est immunditia culpae, alia vero corporalis, quae tollebat idoneitatem ad cultum divinum, sicut leprosus dicebatur immundus, vel ille qui tangebat aliquod morticinium; et sic immunditia nihil aliud erat, quam irregularitas quaedam. Ab hac igitur immunditia caeremoniae veteris legis habebant virtutem emundandi, quia hujusmodi caeremoniae erant quaedam remedia adhibita ex ordinatione legis ad tollendas praedictas immunditias ex statuto legis inductas; et ideo Apostolus dicit ad Hebr. 9 [v. 13] quod « sanguis hircorum et taurorum et cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis », et sicut ista immunditia, quae per hujusmodi caeremonias emundabatur, erat magis carnis quam mentis, ita etiam ipsae caeremoniae justitiae carnis dicuntur ab ipso Apostolo, parum supra [v. 10.]: Justitiis, inquit, carnis usque ad tempus correctionis impositis.

Ab immunditia vero mentis, quae est immunditia culpae, non habebant virtutem expiandi, et hoc ideo, quia expiatio a peccatis numquam fieri potuit nisi per Christum, qui tollit peccata mundi, ut dicitur Joan. 1. [v. 29]; et

we lezen bij *Johannes* (1, 29), wegneemt de zonden der wereld. Omdat nu het mysterie van de menschwording en het lijden van Christus nog niet was voltrokken, konden de ceremoniën der Oude Wet in zich niet werkelijk de kracht bevatten, die voortkomt van de menschwording en van het lijden van Christus, zooals de Sacramenten der Nieuwe Wet, en daarom konden ze niet van zonden zuiveren, gelijk ook de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Hebreërs* (10, 4): « *Het is onmogelijk door het bloed van bokken en stieren zonden weg te nemen.* » Dit bedoelt de Apostel ook wanneer hij ze in zijn *Brief aan de Galaten* (4, 9) *zwakke en behoeftige elementen* noemt. Ze waren zwak, daar ze niet van zonden konden zuiveren, maar die zwakheid stamt uit hun behoeftigheid, d. i. uit het feit, dat ze in zich niet de genade bevatten.

De geest der geloovigen kon echter onder de Wet door het geloof verbonden worden met de menschwording en het lijden van Christus, en in dien zin werden ze gerechtvaardigd door het geloof aan Christus. De onderhouding van die ceremoniën nu was een uiting van dat geloof, voor zoover ze een voorbeduiding van Christus waren. Daarom werden onder de Oude Wet offers opgedragen voor de zonden, niet omdat die offers zelf zuiverden

---

quia mysterium incarnationis et passionis Christi nondum erat realiter peractum, veteris legis caeremoniae non poterant in se continere realiter virtutem profluentem a Christo incarnato et passo, sicut continent sacramenta novae legis, et ideo non poterant a peccato mundare, sicut Apostolus dicit ad Heb. 10 [v. 4], quod « impossibile est sanguine taurorum, aut hircorum auferri peccata », et hoc est quod Gal. 4 [v. 9] Apostolus vocat ea « egena et infirma elementa »: infirma quidem, quia non possunt a peccato mundare; sed haec infirmatas provenit ex eo quod sunt egena, idest eo quod non continent in se gratiam.

Poterat autem mens fidelium tempore legis per fidem conjungi Christo incarnato et passo, et ita ex fide Christi justificabantur : cujus fidei quaedam protestatio erat hujusmodi caeremoniarum observatio, inquantum erant figura Christi; et ideo pro peccatis offerebantur sacrificia quaedam in veteri lege, non quia ipsa sacrificia a peccato emundarent, sed quia erant quaedam protestationes fidei, quae a peccato mundabat. Et hoc etiam ipsa lex innuit

van zonden, maar omdat ze uitingen waren van het geloof, dat bevrijdde van de zonden. Dit duidt de Wet zelf aan : we lezen immers in *Leviticus* (4 en 5), dat bij het opdragen van offers voor de zonden *de priester voor hen zal bidden en hen zal vergeven*, als werd de zonde vergeven, niet krachtens het offer, maar krachtens het geloof en de devotie van degenen, die offerden. Men houde echter goed in het oog, dat juist het feit, dat de ceremoniën der Oude Wet van de lichamelijke onreinheden zuiverden, een voorbeduiding was van de zonde-zuivering, die geschiedde door Christus.

Zoo blijkt het, dat de ceremoniën tijdens de Oude Wet geen kracht ter rechtvaardigmaking hadden.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De heiliging van den priester en zijn zonen en hun kleederen of van wat ook, door besprenkeling met bloed, was niets anders dan het bestemmen tot den eeredienst van God en het wegnemen van de hindernissen tot de zuiveringen van het vleesch, zooals de Apostel zegt (in zijn *Brief aan de Hebreërs*, 9, 13), in voorbeduiding van de heiligmaking waardoor Jesus door zijn bloed het volk geheiligd heeft. De ontzondiging moet dus worden teruggebracht tot het verwij-

---

ex modo loquendi. Dicitur enim Lev. 4. et 5. quod in oblatione hostiarum pro peccato orabit pro eo Sacerdos, et dimittetur ei, quasi peccatum dimittatur non vi sacrificiorum, sed ex fide et devotione offerentium. Sciendum est tamen, quod hoc ipsum quod veteris legis caeremoniae a corporalibus immunditiis expiabant, erat in figura expiationis a peccatis, quae fit per Christum. Sic igitur patet, quod caeremoniae in statu veteris legis non habebant virtutem justificandi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa sanctificatio sacerdotis et filiorum ejus, et vestium ipsorum, vel quorumcumque aliorum per aspersionem sanguinis, nihil aliud erat, quam deputatio ad divinum cultum et remotio impedimentorum ad emundationem carnis, ut Apostolus dicit [Hebr. 9, v. 13] in praefiguratonem illius sanctificationis, qua Jesus per suum sanguinem sanctificavit populum. Haec ergo expiatio ad remotionem hujusmodi

deren van dergelijke lichamelijke onreinheden, en niet tot de verwijdering van schuld. Vandaar wordt ook van het heiligdom, dat geen drager van schuld kan zijn, gezegd, dat het ontzondigd werd.

2. De priesters behaagden aan God in de ceremoniën, om de gehoorzaamheid en de devotie en het geloof aan de voorbeduide zaak, niet echter om de zaken op zichzelf beschouwd.

3. De ceremoniën die ingesteld waren tot reiniging van een melaatsche, waren niet geordend tot het opheffen van de ziekte der melaatschheid, wat blijkt uit het feit, dat dergelijke ceremoniën niet werden aangewend, tenzij bij een reeds genezene. Vandaar wordt er in *Leviticus* (14, 3 v.) gezegd, dat *de priester buiten de legerplaats zal gaan, en wanneer hij bevindt, dat de melaatschheid genezen is, aan hem die gezuiverd is, zal gelasten te offeren*, enz. Hieruit blijkt, dat de priester werd aangesteld om te oordeelen over de genezing van de melaatschheid en niet over de melaatschheid, die nog genezen moest worden. Dergelijke ceremoniën werden dan aangewend om de onreinheid door tekortkoming aan bepaalde voorschriften op te heffen. Men zegt echter, dat het wel eens voorgekomen is, dat toen een priester zich vergiste in zijn oordeel over een melaatsche, de melaatsche wonder-

---

corporalium immunditiarum referenda est, non ad remotionem culpae. Unde etiam Sanctuarium expiari dicitur, quod culpae subjectum esse non poterat.

AD SECUNDUM dicendum, quod Sacerdotes placebant Deo in caeremoniis propter obedientiam et devotionem, et fidem rei praefiguratae, non autem propter ipsas res secundum se consideratas.

AD TERTIUM dicendum, quod caeremoniae illae, quae erant institutae in emundatione leprosi, non ordinabantur ad tollendam immunditiam infirmitatis leprae; quod patet ex hoc quod non adhibebantur hujusmodi caeremoniae nisi jam emundato : unde dicitur Levit. 14 [v. 3 sq.], quod « Sacerdos egressus de castris, cum invenerit lepram esse mundatam, praecipiet ei qui purificatur, ut offerat » etc., ex quo patet, quod sacerdos constituebatur judex leprae mundatae, non autem emundandae. Adhibebantur autem hujusmodi caeremoniae ad tollendam immunditiam irregularitatis. Dicunt tamen, quod quandoque si contingeret sacerdotem errare in judicando, miraculose

baar genezen werd, echter door de kracht van God, en niet door de kracht van de offers, zooals ook de schaamdeelen van een overspelige vrouw op wonderbare wijze verrotten, wanneer zij van het water dronk, dat de priester vervloekt had, zooals staat in het Boek *Numeri* (5, 27.).

IIIe ARTIKEL.

Hielden de ceremoniën der Oude Wet bij de komst van Christus op?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de ceremoniën der Oude Wet niet ophielden bij de komst van Christus. — 1. In *Baruch* (4, 1) immers wordt gezegd : « *Dit is het boek van de bevelen van God, en de Wet, die duurt in eeuwigheid.* » Welnu de ceremoniën der Wet vallen onder de Wet. Dus zullen ze tot in eeuwigheid duren.

2. Het offer van den genezen melaatsche behoorde tot de ceremoniën der Wet. Welnu ook in het Evangelie wordt aan een

---

leprosus mundabatur a Deo virtute divina, non autem virtute sacrificiorum, sicut etiam miraculose mulieris adulterae computrescebat femur bibitis aquis, in quibus sacerdos maledicta congesserat, ut habetur Num. 5 [v. 27].

ARTICULUS III.

Utrum caeremoniae veteris legis cessaverint in adventu Christi.

[2-2 q. 86. art. 4, ad 1. et 2. Dist. 44. q. 2. art. 2. ad 3. et 4. Dist. 1. q. 2. ad 5. et Quodl. 2. art. 8 corp. et Rom. 14. lect. 1. et 2.]

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod caeremoniae veteris legis non cessaverint in Christi adventu : dicitur enim Baruch 4 [v. 1] : « Hic est liber mandatorum Dei, et lex quae est in aeternum. » Sed ad legem pertinebant legis caeremoniae; ergo legis caeremoniae in aeternum duraturae erant.

2. PRÆTEREA, oblatio mundati leprosi ad legis caeremonias pertinebat; sed etiam in Evangelio praecipitur leproso emundato, ut hujusmodi oblatio-

genezen melaatsche bevolen, dat hij dergelijke offers op zou dragen (*Mattheus*, 8, 4). Bijgevolg hebben de voorschriften der Wet niet opgehouden bij de komst van Christus.

3. Zoolang de oorzaak blijft, blijft ook het gevolg. Welnu de ceremoniën der Oude Wet vonden hun redelijken grond niet alleen hierin, dat ze geordend waren tot de voorbeduiding van Christus, maar ook hierin, dat ze geordend waren tot den goddelijken eeredienst. Dus moesten de ceremoniën der Oude Wet niet ophouden.

4. De besnijdenis was ingesteld ten teeken van het geloof van Abraham; de onderhouding van den Sabbat, om de weldaad der schepping te gedenken; de andere plechtigheden der Wet, om andere weldaden van God te herdenken, zooals hierboven gezegd is (CII^{e} Kw., 4^{e} Art., antw. op de 10^{e} Bed.). Welnu het geloof van Abraham moet altijd nagevolgd worden, ook door ons, en de weldaad der schepping en andere weldaden moeten altijd worden herdacht. Dus moesten minstens de besnijdenis en de plechtigheden der Wet blijven voortduren.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in zijn *Brief aan de Colossers* (2, 16) : « *Dat niemand U oordeele over spijs en over dranḳ of over feesttijden of nieuwe maan of sabbatdagen, die zijn de schaduw van de komende dingen* »; en in den *Brief aan de Hebreërs* (8, 13) wordt gezegd, dat *het Nieuw Ver-*

---

nes offerat [Matt. 8, v. 4]; ergo caeremoniae veteris legis non cessaverunt Christo veniente.

3. PRÆTEREA, manente causa, manet effectus; sed caeremoniae veteris legis habebant quasdam rationabiles causas, inquantum ordinabantur ad cultum divinum, etiam praeter hoc quod ordinabantur in figuram Christi; ergo caeremoniae veteris legis cessare non debuerunt.

4. PRÆTEREA, circumcisio erat instituta in signum fidei Abrahae; observatio autem Sabbati ad recolendum beneficium creationis; et aliae solemnitates legis ad recolendum alia beneficia Dei, ut supra dictum est [q. praec. art. 4. ad 10]; sed fides Abrahae est semper imitanda etiam a nobis, et beneficium creationis, et alia Dei beneficia semper sunt recolenda; ergo ad minus circumcisio et solemnitates legis cessare non debuerunt.

bond het vorige heeft verouderd; wat echter verouderd en vervalt, is bijna vergaan.

LEERSTELLING. — Alle ceremonieel-voorschriften der Oude Wet waren geordend tot den eeredienst van God, zooals hierboven gezegd is (CI^e^ Kw., 1^e^ en 2^e^ Art.). De uiterlijke eeredienst echter moet een verhouding hebben tot den innerlijken eeredienst, die bestaat in het geloof, de hoop en de liefde. Vandaar moet de uiterlijke eeredienst verschillen, overeenkomstig het verschil van den innerlijken eeredienst. Nu kan men drie soorten van innerlijken eeredienst onderscheiden : een volgens welken men geloof hecht aan, en hoop stelt én op de hemelsche goederen, én op die dingen, waardoor wij daarheen geleid worden; op beide echter als op toekomstige goederen. Dit was de toestand van het geloof en de hoop gedurende de Oude Wet. De tweede soort van innerlijken eeredienst is die, waarin men geloof hecht aan, en hoop stelt op de hemelsche goederen, als toekomstig, nl. op die dingen, die ons binnenleiden in de hemelsche goederen als tegenwoordig of verleden. Dit is de toestand van de Nieuwe Wet. De derde soort is die waarin we beide hebben als tegenwoordig, en niets

---

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Col. 2 [v. 16] : « Nemo vos judicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniae, aut sabbatorum, quae sunt umbra futurorum »; et ad Hebr. 8 [v. 13] dicitur, quod « dicendo novum testamentum veteravit prius; quod autem antiquatur, et senescit, prope interitum est. »

RESPONDEO dicendum, quod omnia praecepta caeremonialia veteris legis ad cultum Dei sunt ordinata, ut supra dictum est [q. 101. art. 1. et 2]. Exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui, qui consistit in fide, spe, et charitate; unde secundum diversitatem interioris cultus debuit diversificari exterior cultus. Potest autem triplex status distingui interioris cultus. Unus quidem, secundum quem habetur fides et spes, et de bonis coelestibus, et de his, per quae in coelestia introducimur, de utrisque quidem, sicut de quisbusdam futuris. Et talis fuit status fidei et spei in veteri lege. Alius autem est status interioris cultus, in quo habetur fides et spes de coelestibus bonis, sicut de quisbusdam futuris, sed de his, per quae introducimur in coelestia, sicut de praesentibus vel praeteritis. Et iste est status novae legis. Tertius

als afwezig gelooven, noch in de toekomst hopen. Dit is de toestand der zaligen.

In dien toestand der zaligen behoort niets als voorbeduiding tot den eeredienst van God, maar daar is alles *dank- en lofzegging* (*Isaïas*, 51, 3). Daarom zegt het *Boek der Openbaring* (21, 22) over den staat der zaligen: « *Ik zag er geen tempel, want de Heer, de almachtige God, was hun tempel, en het Lam.* » Om gelijke reden moesten dus de ceremoniën der Oude Wet, waardoor de tweede zoowel als de derde staat werden afgebeeld, ophouden, en moesten andere ceremoniën worden ingevoerd, die overeenkwamen met den toestand van den eeredienst voor dien tijd, waarin de hemelsche goederen toekomstig waren, maar de weldaden van God, waardoor wij tot het hemelsche geleid worden, tegenwoordig zijn.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De Oude Wet wordt eeuwig genoemd, wat betreft de zedelijke voorschriften, in volkomen en absoluten zin; wat de ceremoniën echter betreft, alleen maar met betrekking tot de waarheid, die er door werd aangeduid.

2. Het geheim der verlossing van het menschelijk geslacht was voltrokken in het lijden van Christus. Daarom zeide de Heer

---

autem status est, in quo utraque habentur ut praesentia, et nihil creditur ut absens, neque speratur ut futurum. Et iste est status beatorum.

In illo ergo statu beatorum nihil erit figurale ad divinum cultum pertinens, sed solum « gratiarum actio, et vox laudis » [Is., 51. v. 3.]. Et ideo dicitur Apocal. 21. [v. 22.] de Civitate Beatorum : « Templum non vidi in ea; Dominus enim Deus omnipotens templum illius est et Agnus. » Pari igitur ratione caeremoniae primi status, per quas figurabatur et secundus, et tertius, veniente secundo statu, cessare debuerunt, et aliae caeremoniae induci, quae convenirent statui cultus divini pro tempore illo, in quo bona caelestia sunt futura. Beneficia autem Dei, per quae ad caelestia introducimur, sunt praesentia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod lex vetus dicitur esse in aeternum, secundum moralia quidem simpliciter et absolute, secundum caeremonialia vero quantum ad veritatem per eam figuratam.

AD SECUNDUM dicendum, quod mysterium redemptionis humani generis

toen : « *Het is volbracht.* » (*Johannes*, 19, 30). Toen eerst moesten de wettelijke voorschriften geheel ophouden, daar als het ware de waarheid er van was volbracht. Ten teeken hiervan werd het voorhang van den tempel bij het lijden van Christus gescheurd, zooals we lezen bij *Mattheus* (27, 51). Zoo was, vóór het lijden van Christus, toen Christus predikte en wonderen deed, de Wet tegelijk met het Evangelie van kracht, omdat het mysterie van Christus reeds was begonnen, maar nog niet voltrokken. Om die reden ook beval Christus vóór zijn lijden aan den melaatsche de wettelijke ceremoniën te onderhouden.

3. De letterlijke zin van de boven aangeduide ceremoniën wordt teruggebracht tot den goddelijken eeredienst, welke de eeredienst was in het geloof van den komende. Daarom hield, toen hij, die komen moest, gekomen was, én die eeredienst op, én alle zinnen welke op dien eeredienst gericht waren.

4. Het geloof van Abraham bestond in het geloof aan de goddelijke beloften over het toekomstig zaad, waarin alle geslachten zouden gezegend worden. Zoolang dit dus toekomstig was, moest het geloof van Abraham afgebeeld worden door de besnijdenis;

---

completum fuit in passione Christi; unde tunc Dominus dixit : « Consummatum est », ut habetur Joan. 19. [v. 30.], et ideo tunc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi jam veritate eorum consummata. In cujus signum in passione Christi velum templi legitur esse scissum, Matth. 27 [v. 51], et ideo ante passionem Christi, Christo praedicante et miracula faciente, currebant simul Lex et Evangelium, quia jam mysterium Christi erat inchoatum, sed nondum consummatum. Et propter hoc mandavit Christus Dominus ante passionem leproso, ut legales caeremonias observaret.

AD TERTIUM dicendum, quod rationes literales caeremoniarum supra assignatae referuntur ad divinum cultum, qui quidem cultus erat in fide venturi, et ideo jam veniente eo, qui venturus erat, et cultus ille cessavit, et omnes rationes ad hunc cultum ordinatae.

AD QUARTUM dicendum, quod fides Abrahae fuit commendata in hoc, quod credidit divinae promissioni de futuro semine, in quo benedicerentur omnes gentes, et ideo, quamdiu hoc erat futurum, oportebat protestari fidem Abrahae in circumcisione. Sed postquam jam hoc est perfectum, oportet

maar toen dit reeds voorbij was, moest het door een ander teeken worden afgebeeld, nl. het doopsel, dat de besnijdenis hierin opvolgde, overeenkomstig de woorden van den Apostel in zijn *Brief aan de Colossers* (2, 11, v.): « *Gij zijt besneden, met een besnijdenis, die zonder handen verricht is, waardoor gij het vleeschelijk lichaam uitgedaan hebt, maar met de besnijdenis van onzen heer Jesus Christus wordt gij met Hem begraven in het doopsel.* » De sabbat echter, die de eerste schepping beteekende, werd veranderd in den dag des Heeren, waarop herdacht wordt de nieuwe schepping, die begonnen is bij de verrijzenis van Christus. Op gelijke wijze zijn nieuwe plechtigheden gevolgd op de overige plechtigheden der Oude Wet, omdat de weldaden aan dat volk bewezen de weldaden beteekenden door Christus aan ons bewezen. Vandaar verving het feest van het Lijden en de Verrijzenis van Christus het oude Paaschfeest; het Pinksterfeest, waarop de Wet van den geest des levens gegeven is, verving het Pinksterfeest, waarop de Oude Wet gegeven was; het feest der nieuwe maan werd vervangen door het feest der H. Maagd, in wie door den overvloed van genade het eerst het Licht der zon verscheen, d. i. het licht van Christus. Het feest der Bazuinen werd vervangen door de feesten der Apostelen. De feesten der martelaren en der belijders vervingen het Zuiveringsfeest. Het feest der kerk-

---

idem alio signo declarari, scilicet baptismo, qui in hoc circumcisioni succedit, secundum illud Apostoli ad Coloss. 2 [v. 11 sq.] : « Circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Domini nostri Jesu Christi, consepulti ei in Baptismo. » Sabbatum autem, quod significabat primam creationem, mutatur in diem Dominicum, in quo commemoratur nova creatura inchoata in resurrectione Christi. Et similiter aliis solemnitatibus veteris legis novae solemnitates succedunt, quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis concessa per Christum; unde festo Phase succedit festum Passionis Christi et Resurrectionis; festo Pentecostes, in quo fuit data lex vetus, succedit festum Pentecostes, in quo fuit data lex Spiritus vitae; festo Neomeniae succedit festum Beatae Virginis, in qua primo apparuit illuminatio Solis, idest Christi, per copiam gratiae; festo Tubarum succedunt festa Apostolorum; festo Expiationis succedunt

consecratie verving het Loofhuttenfeest, terwijl de feesten der Vereeniging vervangen werden door de feesten der Engelen of door het feest van Allerheiligen.

IV^e ARTIKEL.

Kunnen de wettelijke voorschriften na het lijden van Christus zonder doodzonde onderhouden worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de wettelijke voorschriften na het lijden van Christus zonder doodzonde onderhouden kunnen worden. — 1. Het is immers niet aan te nemen, dat de Apostelen na het ontvangen van den H. Geest doodelijk zouden hebben gezondigd; want met zijn volheid werden zij *bekleed met kracht uit den hooge*, zooals *Lucas* zegt (24, 49). Welnu de Apostelen hebben na de komst van den H. Geest de wettelijke voorschriften onderhouden. In *Handelingen* (16, 3) immers wordt gezegd, dat Paulus Timotheus liet besnijden; en t. a. pl. (21, 26)

---

festa Martyrum et Confessorum; festo Tabernaculorum succedit festum Consecrationis Ecclesiae; festo Caetus atque Collectae succedit festum Angelorum, vel etiam festum Omnium Sanctorum.

ARTICULUS IV.

Utrum post passionem Christi legalia possint servari sine peccato mortali.

[Infr. q. 104. art. 3. corp. et 2-2. q. 87. art. 1. corp. et q. 93. art. 1. et q. 94. art. 3. ad 5. et 4. Dist. 1. q. 2. art. 5. q. 3. et 4. et Rom. 14. et Gal. 2.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod post passionem Christi legalia possint sine peccato mortali observari : non est enim credendum, quod Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum mortaliter peccaverint : ejus enim plenitudine sunt induti virtute ex alto, ut dicitur Luc. ult. [v. 49] ; sed Apostoli post adventum Spiritus Sancti legalia observaverunt : dicitur enim Act. 16 [v. 3], quod Paulus circumcidit Timotheum, et Act. 21. [v. 26] dicitur,

wordt gezegd, dat Paulus, volgens den raad van Jacobus, *mannen bij zich liet komen, met hen, na deelneming aan hunne gelofte, den tempel binnenging, aankondigde, dat de dagen der gelofte vervuld waren, totdat het offer voor eenieder hunner gebracht was.* Dus kunnen de wettelijke voorschriften na Christus' lijden zonder doodzonde onderhouden worden.

2. Omgang met de heidenen vermijden, valt onder de ceremoniën der Wet. Welnu de eerste Herder der Kerk onderhield dit; we lezen immers in den *Brief aan de Galaten* (2, 12), dat *toen er eenige te Antiochië gekomen waren, Petrus afzijdig bleef en zich van de heidenen afzonderde.* Dus konden de ceremoniën der Wet na Christus' lijden zonder zonde onderhouden worden.

3. De voorschriften der Apostelen leidden de menschen niet tot zonde. Welnu krachtens een besluit der Apostelen was het vastgesteld, dat de heidenen sommige ceremoniën van de Wet zouden onderhouden. In *Handelingen* (15, 8 v.) immers wordt gezegd : « *Het heeft den H. Geest en ons goedgedacht, u geen meerderen last op te leggen, behalve deze noodzakelijke voorschriften : dat ge u onthoudt van hetgeen geofferd is aan de afgoden en van bloed en van het verstikte en van ontucht.* » Dus kunnen de ceremoniën der Wet zonder zonde onderhouden worden na het lijden van Christus.

---

quod Paulus secundum consilium Jacobi, « assumptis viris, purificatus cum eis intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio » ; ergo sine peccato mortali possunt post Christi passionem legalia observari.

2. PRÆTEREA, vitare consortia Gentilium ad caeremonias legis pertinebat; sed hoc observavit primus Pastor Ecclesiae : dicitur enim ad Galat 2. [v. 12] quod. « cum venissent quidam Antiochiam, subtrahebat et segregabat se Petrus a Gentilibus. » Ergo absque peccato post passionem Christi legis caeremoniae observari possunt.

3. PRÆTEREA, praecepta Apostolorum non induxerunt homines ad peccatum; sed ex decreto Apostolorum statutum fuit, quod Gentiles quaedam de caeremoniis legis observarent; dicitur enim Act. 15 [v. 8 sq.] : « Visum est Spiritui Sancto et nobis, nihil ultra imponere oneris vobis, quam haec

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (5, 2) : « *Indien gij u laat besnijden, zal Christus u geen nut zijn.* » Welnu niets sluit de vrucht van Christus uit, tenzij de doodzonde. Dus besnijdenis en andere ceremoniën onderhouden na het lijden van Christus, is doodzonde.

LEERSTELLING. — Alle ceremoniën zijn geloofsuitingen, waarin de innerlijke eeredienst van God bestaat. Welnu de mensch kan het innerlijk geloof uiten zoowel door daden als door woorden. Indien de mensch zich in een van beide valsch uit, doet hij doodzonde. Ofschoon nu het geloof, dat de oude Vaders vóór Christus hadden en dat wij hebben, hetzelfde is, wordt toch ditzelfde geloof anders geuit door ons en door hen, omdat zij aan Christus voorafgingen en wij op Hem volgen. Immers door hen werd gezegd : « *Zie, een maagd zal ontvangen en een zoon baren* », wat op de toekomst ziet, terwijl wij hetzelfde uitdrukken door den verleden tijd, nl. door te zeggen, dat ze ontvangen en gebaard heeft. Op dezelfde manier beduidden de ceremoniën der Oude Wet den Christus als zullende geboren worden en zullende lijden, terwijl onze sacramenten Hem beduiden als geboren zijnde en geleden hebbende. Evenals hij dus een doodzonde zou doen, die

---

necessaria, ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato, et fornicatione. » Ergo absque peccato caeremoniae legales possunt post Christi passionem observari.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Gal. 5 [v. 2] : « Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit. » Sed nihil excludit fructum Christi, nisi peccatum mortale; ergo circumcidi, et alias caeremonias observare post passionem Christi, est peccatum mortale.

RESPONDEO dicendum, quod omnes caeremoniae sunt quaedam protestationes fidei, in qua consistit interior Dei cultus. Sic autem fidem interiorem potest homo protestari factis, sicut et verbis; et in utraque protestatione si aliquid homo falsum protestatur, peccat mortaliter. Quamvis autem sit eadam fides, quam habemus de Christo, et quam antiqui Patres habuerunt, tamen, quia ipsi praecesserunt Christum, nos autem sequimur, eadem fides diversis verbis significatur a nobis, et ab eis. Nam ab eis dicebatur : Ecce virgo concipiet, et pariet filium, quae sunt verba futuri temporis; nos autem idem re-

nu zijn geloof zou belijden door te zeggen, dat Christus zal geboren worden, wat de ouden terecht zeiden, zoo ook zou hij een doodzonde doen, die nu de ceremoniën zou onderhouden, die de ouden geloofgetrouw onderhielden. En dit is het wat Augustinus zegt in zijn Boek *Tegen Faustus* (XIX^e^ B., XVI^e^ H.) : « *De belofte houdt niet meer in, dat Hij zal geboren worden, zal lijden en zal verrijzen, wat die sacramenten op eenige wijze verpersoonlijkten; maar verkondigd wordt, dat Hij geboren is, geleden heeft en verrezen is, wat de sacramenten die de christenen onderhouden, reeds verpersoonlijken.* »

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Hieromtrent schijnen de meeningen van Hieronymus en Augustinus te verschillen. Hieronymus immers (*Commentaar op den Brief aan de Galaten*, 2. 11 v. v.; 112^e^ of 89^e^ *Brief*) onderscheidt twee tijden: een vóór Christus' lijden, waarin de wettelijke voorschriften niet *dood* waren, daar zij nog geen verplichend en uitboetend karakter hadden, noch *dooddragend*, daar zij, die ze onderhielden, niet zondigden; terstond echter na het lijden van Christus waren ze niet alleen dood, d. w. z. dat ze geen kracht noch verplichtend karakter meer hadden, maar ook dooddragend, zoodat zij, die ze onderhielden, grootelijks zondigden. Daarom zeide hij, dat de Apos-

---

praesentamus per verba praeteriti temporis, dicentes, quod concepit et peperit. Et similiter caeremoniae veteris legis significabant Christum ut nasciturum et passurum; nostra autem Sacramenta significant ipsum ut natum et passum. Sicut igitur peccaret mortaliter, qui nunc suam fidem protestando diceret Christum nasciturum, quod antiqui pie et veraciter dicebant, ita etiam peccaret mortaliter, si quis nunc caeremonias observaret, quas antiqui pie et fideliter observabant. Et hoc est, quod Augustinus dicit contra Faustum [lib. 19. cap. 16] : « Jam non promitttitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quodammodo personabant; sed annuntiatur, quod natus sit, passus sit, resurrexerit, quod haec sacramenta, quae a Christianis aguntur, jam personant. »

AD PRIMUM ergo dicendum, quod circa hoc diversimode sensisse videntur Hieronymus et Augustinus : Hieronymus enim [super illud Gal. 2. : Sed cum vidissem; Epist. 112 vel 89] distinxit duo tempora : unum tempus

telen na het lijden van Christus de wettelijke voorschriften nooit onderhouden hadden naar waarheid, maar alleen uit vrome veinzing, nl. om de Joden niet te ergeren en hun bekeering niet te verhinderen. Deze veinzing moet niet zoo verstaan worden, alsof zij die handelingen in waarheid niet stelden, maar zóó, dat ze het niet deden als onderhouders van de ceremoniën der Wet; zooals wanneer iemand een velletje van het mannelijk lid zou afsnijden om de gezondheid, en niet om de Wet der besnijdenis te onderhouden.

Daar het echter niet passend schijnt te zijn, dat de Apostelen die dingen, die behooren tot de waarheid van het leven en van de leer, verborgen hielden, en dat ze zouden veinzen met betrekking tot die dingen, waarvan het heil der geloovigen afhangt, daarom is het drievoudig onderscheid in tijd van Augustinus waarschijnlijker (zie 40e *Brief*), nl. een vóór het lijden van Christus, waarin de wettelijke voorschriften noch dood noch dooddragend waren; een ander na de verspreiding van het Evangelie, waarin de wettelijke voorschriften én dood én dooddragend waren; een derde er tusschen in, nl. van het lijden van Christus tot aan de verspreiding van het Evangelie, waar-

---

ante passionem Christi, in quo legalia non erant mortua, quasi non habentia vim obligatoriam aut expiativam pro suo modo, nec etiam mortifera, quia non peccabant ea observantes. Statim autem post passionem Christi inceperunt esse non solum mortua, idest non habentia virtutem et obligationem, sed etiam mortifera, ita scilicet quod peccabant mortaliter, quicumque ea observabant. Unde dicebat, quod Apostoli numquam legalia observaverunt post passionem secundum veritatem, sed solum quadam pia simulatione, ne scilicet scandalizarent Judaeos, et eorum conversionem impedirent. Quae quidem simulatio sic intelligenda est, non quidem ita quod illos actus secundum rei veritatem non facerent, sed quia non faciebant tamquam legis caeremonias observantes, sicut si quis pelliculam virilis membri abscinderet propter sanitatam, non causa legalis circumcisionis observandae.

Sed quia indecens videtur, quod Apostoli ea occultarent propter scandalum, quae pertinent ad veritatem vitae et doctrinae, et quod simulatione uterentur in his, quae pertinent ad salutem fidelium; ideo convenientius Augustinus [epist. 40.] distinxit tria tempora : unum quidem ante Christi passio-

in de wettelijke voorschriften wel dood waren, daar zij noch eenige kracht hadden, noch iemand verplichtten tot het onderhouden er van, maar niet dooddragend, daar zij, die uit de Joden tot Christus bekeerd waren, die wettelijke voorschriften mochten onderhouden, wanneer zij er maar niet zoozeer hoop op stelden, dat zij ze noodzakelijk achtten voor hun heil, als kon het geloof in Christus niet rechtvaardig maken zonder de wettelijke voorschriften. Voor hen echter die uit het heidendom tot Christus bekeerden, was er geen reden om ze te onderhouden. Daarom liet Paulus Timotheus besnijden, omdat hij uit een joodsche moeder was; Titus echter, die uit de heidenen kwam, wilde hij niet laten besnijden. Zoo wilde de H. Geest niet, dat de onderhouding der wettelijke voorschriften terstond zou verboden worden voor de bekeerlingen uit de Joden, zooals voor de bekeerlingen uit de heidenen de heidensche eeredienst wel verboden werd, om eenig verschil aan te geven tusschen die twee eerediensten. Want de heidensche eeredienst werd verboden, omdat hij heel en al ongeoorloofd en altijd door God verboden was; de eeredienst echter der Wet hield op, omdat hij vervuld was door het lijden van Christus, terwijl hij door God ter voorbeduiding van Christus was ingesteld.

---

nem, in quo legalia neque erant mortifera, neque mortua; aliud autem post tempus Evangelii divulgati, in quo legalia sunt mortua et mortifera; tertium autem est tempus medium, scilicet a passione Christi usque ad divulgationem Evangelii, in quo legalia quidem fuerunt mortua, quia neque vim aliquam habebant, neque aliquis ea observare tenebatur, non tamen fuerunt mortifera, quia illi qui conversi erant ad Christum ex Judaeis, poterant illa legalia licite observare, dummodo non sic ponerent spem in eis, quod ea reputarent sibi necessaria ad salutem, quasi sine legalibus fides Christi justificare non posset. His autem, qui convertebantur ex gentilitate ad Christum, non inerat causa ut ea observarent, et ideo Paulus circumcidit Timotheum, qui ex matre Judaea genitus erat, Titum autem, qui ex Gentilibus natus erat, circumcidere noluit. Ideo autem noluit Spiritus Sanctus, ut statim inhibebatur his, qui ex Gentilibus convertebantur, gentilitatis ritus, ut quaedam differentia inter hos ritus ostenderetur : nam gentilitatis ritus repudiabatur tamquam omnino illicitus, et a Deo semper prohibitus, ritus autem legis cessabat, tamquam impletus per Christi passionem, utpote a Deo in figuram Christi institutus.

2. Volgens Hieronymus (t. a. pl.) zou Petrus zich schijnbaar van de heidenen hebben teruggetrokken, om ergernis voor de Joden, wiens Apostel hij was, te vermijden. Paulus zou hem schijnbaar berispt hebben, om ergernis te vermijden voor de heidenen, wiens Apostel hij was. Augustinus echter wijst dat van de hand, daar Paulus in de H. Schrift, nl. in den *Brief aan de Galaten* (2, 11), — het is immers goddeloos te denken, dat er iets valsch is in de H. Schrift — zegt, dat Petrus *moest berispt worden*. Vandaar is het waar, dat Petrus zondigde en Paulus hem werkelijk, en niet alleen voor den schijn berispte. Echter zondigde Petrus niet hierin, dat hij toen de wettelijke voorschriften onderhield, want dit mocht hij als bekeerling uit de Joden doen; maar hij zondigde hierin, dat hij aan de onderhouding van de Wet te veel gewicht hechtte, om de Joden niet te ergeren, zoodat hij daardoor een ergernis werd voor de heidenen.

3. Op die bedenking antwoorden sommigen, dat dit verbod van de Apostelen niet letterlijk genomen moet worden, maar in meer geestelijken zin, zoodat onder het verbod van bloed verstaan wordt het verbod van moord; onder het verbod van het verstikte, het verbod van geweld en roof; onder het verbod van of-

---

AD SECUNDUM dicendum, quod secundum Hieronymum [loc. cit. in resp. ad 1.], Petrus simulatorie se a Gentilibus subtrahebat, ut vitaret Judaeorum scandalum, quorum erat Apostolus, unde in hoc nullo modo peccavit; sed Paulus eum similiter simulatorie reprehendit, ut vitaret scandalum Gentilium, quorum erat Apostolus. Sed Augustinus [loc. sup. cit.] hoc improbat, quia Paulus in Canonica Scriptura, scilicet Gal. 2. [v. 11], in qua nefas est credere aliquid falsum esse, dicit quod Petrus reprehensibilis erat. Unde verum est, quod Petrus peccavit, et Paulus vere eum, non simulatorie reprehendit. Non autem peccavit Petrus in hoc, quod ad tempus legalia observabat, quia hoc sibi licebat tamquam ex Judaeis converso, sed peccabat in hoc, quod circa legalium observantiam nimiam diligentiam adhibebat, ne scandalizaret Judaeos, ita quod ex hoc sequeretur Gentilium scandalum.

AD TERTIUM dicendum, quod quidam dixerunt, quod illa prohibitio Apostolorum non est intelligenda ad literam, sed secundum spiritualem intellectum, ut scilicet in prohibitione sanguinis intelligatur prohibitio homicidii, in

fers, het verbod tegen afgoderij. Ontucht echter werd verboden als een kwaad op zich. Die meening halen ze uit sommige glossen, welke die voorschriften figuurlijk verklaren. Maar daar moord en roof ook bij de heidenen als ongeoorloofd veracht werden, behoefde daaromtrent geen nieuw gebod gegeven te worden aan de bekeerlingen uit de heidenen. Vandaar zeggen anderen, dat die spijzen letterlijk verboden waren, niet om de onderhouding der wettelijke voorschriften, maar om de gulzigheid tegen te gaan. Vandaar zegt Hieronymus op *Ezechiël* (44, 31): Alles wat gedood is.... : « *Hij veroordeelt de priesters die zich niet in acht nemen voor de gulzigheid.* » Maar omdat er sommige spijzen zijn, die smakelijker zijn en voor de gulzigheid meer bevorderlijk, schijnt er geen reden te zijn, waarom deze meer dan de andere verboden moeten worden. Daarom moet men zeggen, volgens een derde meening, dat deze verboden letterlijk moeten genomen worden, niet omdat de ceremoniën der Wet moesten onderhouden worden, maar omdat er een samensmelting zou kunnen plaats hebben tusschen Joden en Heidenen van een zelfde plaats. Voor de Joden immers waren, krachtens een oude gewoonte, het bloed en het verstikte afschuwelijk; het eten echter van het geofferde

---

prohibitione suffocati intelligatur prohibitio violentiae et rapinae, in prohibitione immolatorum intelligatur prohibitio idololatriae; fornicatio autem prohibetur tamquam per se malum. Hanc opinionem accipiunt ex quibusdam glossis, quae hujusmodi praecepta mystice exponunt. Sed quia homicidium et rapina etiam apud Gentiles reputabantur illicita, non oportuisset super hoc speciale mandatum dari his, qui erant ex gentilitate conversi ad Christum. Unde alii dicunt, quod ad literam comestibilia fuerunt prohibitia, non propter observantiam legalium, sed propter gulam comprimendam; unde dicit Hieronymus super illud Ezech. 44 [v. 31] : Omne morticinum, etc. : « Condemnat sacerdotes, qui in cibis, et caeteris huiusmodi, haec cupiditate gulae non custodiunt. » Sed quia sunt quaedam cibalia magis delicata, et gulam provocantia, non videtur ratio, quare fuerunt haec magis quam alia prohibita; et ideo dicendum secundum tertiam opinionem, quod ad literam ista sunt prohibita, non ad observandum caeremonias legis, sed ad hoc quod posset coalescere unio Gentilium et Judaeorum in simul habitantium. Judaeis

kon bij de Joden aangaande de heidenen de verdenking oproepen van terugkeer tot afgoderij. Daarom waren die dingen voor dien tijd verboden, waarin Joden en heidenen opnieuw te samen moesten vereenigd worden. Later echter, toen de reden ophield, hield ook het gevolg op, nl. toen de waarheid van de evangelische leer openbaar gemaakt werd, waarin de Heer leerde, dat *niets wat den mond ingaat, den mensch verontreinigt*, zooals in *Mattheus* (15, 11) staat, en dat *niets dient verworpen te worden, wat met dankzegging genoten wordt*, zooals in den *I*^en^ *Brief aan Timotheus* (4, 4) staat. Hoererij echter werd in het bijzonder verboden, omdat de heidenen dat niet voor kwaad hielden.

---

enim propter antiquam consuetudinem sanguis et suffocatum erant abominabilia; comestio autem immolatorum simulacris poterat in Judaeis aggenerare circa Gentiles suspicionem reditus ad idololatriam; et ideo ista fuerunt prohibita pro tempore illo, in quo de novo oportebat convenire in unum Gentiles et Judaeos. Procedente autem tempore, cessante causa, cessat effectus, manifestata Evangelicae doctrinae veritate, in qua Dominus docet, quod « nihil quod per os intrat, coinquinat hominem, » ut dicitur Matth. 15. [v. 11] et quod « nihil est rejiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur », ut 1. ad Timoth. 4. [v. 4] dicitur; fornicatio autem prohibetur specialiter, quia Gentiles non reputabant eam esse peccatum.

HONDERD EN VIERDE KWESTIE.

OVER DE RECHTSREGELS.

(*Vier Artikelen.*)

Konsekwent moet er nu gehandeld worden over de rechtsregels, en wel ten eerste in het algemeen; ten tweede over hun reden van bestaan.

Met betrekking tot het eerste, worden vier vragen gesteld :

1) Wat zijn rechtsregels?

2) Zijn zij figuurlijk?

3) Over hun duur.

4) Over hun onderscheid.

QUÆSTIO CIV.

DE PRAECEPTIS JUDICIALIBUS.

Consequenter considerandum est de praeceptis judicialibus, et primo considerandum de ipsis in communi, secundo de rationibus eorum.

Circa primum quaerentur quatuor : 1. Quae sunt judicialia praecepta. — 2. Utrum sint figuralia. — 3. De duratione eorum. — 4. De distinctione eorum.

I^e ARTIKEL.

Bestaat het wezen der rechtsregels hierin, dat zij tot den naaste geordend zijn?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat het wezen der rechtsregels niet bestaat in de ordening tot den naaste. — 1. *Rechtsregels* immers worden afgeleid van *gericht*. Welnu er zijn veel andere zaken, waardoor de mensch tot zijn naaste geordend wordt, die niet vallen onder de verorderingen van een gericht. Dus worden de rechtsregels niet genoemd die, waardoor de mensch tot den naaste geordend wordt.

2. De rechtsregels zijn onderscheiden van de zedelijke voorschriften, zcoals hierboven gezegd is (XCIX^e Kw., 4^e Art.). Welnu er zijn vele zedelijke voorschriften, waardoor de mensch tot den naaste geordend wordt, wat blijkt uit de zeven voorschriften van de tweede tafel. Dus worden de rechtsregels niet aldus genoemd omdat zij tot den naaste ordenen.

ARTICULUS I.

Utrum ratio praeceptorum judicialium consistat in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum.

[Supr. q. 99. art. 4. et locis ibi inductis].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod ratio praeceptorum judicialium non consistat in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum : judicialia enim praecepta a judicio dicuntur; sed multa sunt alia, quibus homo ad proximum ordinatur, quae non pertinent ad ordinationem judiciorum; non ergo praecepta judicialia dicuntur, quibus homo ordinatur ad proximum.

2. PRÆTEREA, praecepta judicialia a moralibus distinguuntur, ut supra dictum est [q. 99. art. 4.]; sed multa praecepta moralia sunt, quibus homo ordinatur ad proximum, sicut patet in septem praeceptis secundae tabulae; non ergo praecepta judicialia dicuntur ex hoc, quod ad proximum ordinant.

3. Gelijk de ceremonieel-voorschriften zich tot God verhouden, zoo verhouden zich de rechtsregels tot den naaste, zooals hierboven gezegd is (XCIX^e Kw., 4^e Art., en CI^e Kw., 1^e Art.). Welnu onder de ceremonieel-voorschriften zijn er sommige, die betrekking hebben op den mensch zelf, zooals de onderhoudingen met betrekking tot spijzen en kleederen, enz., waarover vroeger gehandeld werd (CII^e Kw., 6^e Art., 1^e en 6^e Antw.). Dus worden de rechtsregels niet hiernaar genoemd, dat ze den mensch richten op den naaste.

Maar daartegenover staat, dit in *Ezechiel* (18, 8) onder de andere goede werken van een rechtvaardig man, gezegd wordt, dat *hij eerlijk recht oefent tusschen man en man.* Welnu *rechtsregels* wordt afgeleid van *gericht.* Dus worden die regels rechtsregels genoemd, die vallen onder de ordening van de menschen onderling.

LEERSTELLING. — Gelijk uit het boven gezegde blijkt (XCV^e Kw., 2^e Art., en XCIX^e Kw., 3^e en 4^e Art.), hebben van de voorschriften van welke wet ook, sommige verplichtingskracht door de uitspraak van de rede zelf, omdat nl. de natuurlijke rede zegt, dat men dit verplicht is te doen of te laten, en dergelijke voorschriften noemt men *zedelijke* voorschriften, omdat de menschelijke zeden benoemd worden naar de rede. Andere voorschriften

---

3. PRÆTEREA, sicut se habent praecepta caeremonialia ad Deum, ita se habent judicialia praecepta ad proximum, ut supra dictum [q. 99. art. 4. et q. 101. art. 1.]; sed inter praecepta caeremonialia sunt quaedam, quae pertinent ad seipsum, sicut observantiae ciborum, et vestimentorum, de quibus supra dictum est [q. 102. art. 6. ad. 1. et ad 6.]; ergo praecepta judicialia non ex hoc dicuntur, quod ordinent hominem ad proximum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 18. [v. 18.] inter caetera bona opera viri justi : « Si judicium verum fecerit inter virum et virum. » Sed judicialia praecepta a judicio dicuntur; ergo praecepta judicialia videntur dici illa, quae pertinent ad ordinationem hominum ad invicem.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut ex supra dictis patet [q. 95. art. 2. et q. 99. art. 3. et 4.], praeceptorum cujuscumque legis quaedam habent vim obligandi ex ipso dictamine rationis, quia naturalis ratio dictat hoc esse debitum fieri vel vitari; et hujusmodi praecepta dicuntur moralia, eo quod

echter hebben geen verplichtingskracht door de uitspraak van de rede zelf, omdat zij nl. in zichzelf beschouwd, niet absoluut het wezen van verplichting bezitten, maar verplichtingskracht hebben krachtens een goddelijke of menschelijke instelling; en dergelijke zijn zekere bepalingen van zedelijkheidsvoorschriften.

Indien dus de zedelijkheidsvoorschriften worden bepaald door goddelijke instelling, met betrekking tot die dingen, waardoor de mensch tot God geordend wordt, dan worden zulke *ceremonieel-voorschriften* genoemd; zoo echter met betrekking tot die dingen, die betrekking hebben op de ordening van de menschen onderling, dan worden zulke *rechtsregels* genoemd.

Het begrip van rechtsregels bestaat dus hierin, dat zij betrekking hebben op de ordening van de menschen onderling, en dat zij geen verplichtingskracht hebben alleen krachtens de rede, maar krachtens instelling.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Het recht wordt uitgeoefend door enkele vorsten, die macht hebben om te oordeelen. Een vorst nu behoort niet alleen te ordenen met betrekking tot die dingen, die voorkomen in een twist, maar ook met betrekking tot vrijwillige overeenkomsten, die onder de menschen plaatsgrijpen, en met betrekking tot alles, wat tot de gemeenschap van

---

a ratione dicuntur mores humani. Alia vero praecepta sunt, quae non habent vim obligandi ex ipso dictamine rationis, quia scilicet in se considerata non habent absolute rationem debiti vel indebiti, sed habent vim obligandi ex aliqua institutione divina vel humana; et hujusmodi sunt determinationes quaedam moralium praeceptorum.

Si igitur determinentur moralia praecepta per institutionem divinam in his, per quae ordinatur homo ad Deum, talia dicentur praecepta caeremonialia; si autem in his, quae pertinent ad ordinationem hominum ad invicem, talia dicentur praecepta judicialia.

In duobus ergo consistit ratio judicialium praeceptorum, scilicet ut pertineant ad ordinationem hominum ad invicem, et ut non habent vim obligandi ex sola ratione, sed ex institutione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod judicia exercentur officio aliquorum principum, qui habent potestatem judicandi; ad principem autem pertinet

het volk behoort en tot het bestuur. Vandaar zijn rechtsregels niet alleen die, welke betrekking hebben op rechtsgeschillen, maar ook al wat betrekking heeft op de ordening van de menschen onderling, wat valt onder ordening van den vorst als van den hoogsten rechter.

2. Die redeneering gaat uit van voorschriften, die ordenen tot den naaste, en welke verplichtingskracht hebben, alleen krachtens de uitspraak van de rede.

3. Ook met betrekking tot die voorschriften, die ordenen tot God, zijn er sommige *zedelijke*, welke de rede zelf gevormd heeft, door het geloof verlicht, zooals dat God moet bemind en vereerd worden. Andere echter zijn *ceremonieel-voorschriften*, die geen verplichtingskracht hebben, tenzij krachtens goddelijke instelling. Op God nu richten zich niet alleen de aan God opgedragen offers, maar ook alwat behoort tot de geschiktheid van de offeraars en de godvereerders, want de menschen worden op God als op hun doel gericht, en daarom valt het onder den eeredienst en konsekwent ook onder de ceremonieel-voorschriften, dat de mensch een zekere geschiktheid heeft met betrekking tot den goddelijken eeredienst. Maar de mensch is niet tot den naaste geordend als tot zijn doel, zoodat hij, geschikt in zichzelf, zou

---

non solum ordinare de his, quae veniunt in litigium, sed etiam de voluntariis contractibus, qui inter homines fiunt et de omnibus pertinentibus ad populi communitatem et regimen. Unde praecepta judicialia non solum sunt illa, quae pertinent ad lites judiciorum, sed etiam quaecumque pertinent ad ordinationem hominum ad invicem, quae subest ordinationi principis, tamquam supremi judicis.

Ad secundum dicendum, quod ratio illa procedit de praeceptis ordinantibus ad proximum, quae habent vim obligandi ex solo dictamine rationis.

Ad tertium dicendum, quod etiam in his, quae ordinant ad Deum, quaedam sunt moralia, quae ratio fide informata dictat, sicut Deum esse amandum et colendum; quaedam vero sunt caeremonialia, quae non habent vim obligationis, nisi ex institutione divina. Ad Deum autem pertinent non solum sacrificia oblata Deo, sed etiam quaecumque pertinent ad idoneitatem offerentium et Deum colentium : homines enim ordinantur in Deum sicut

moeten geschikt gemaakt worden met betrekking tot den naaste, want dit is de verhouding van de slaven tot hun meesters; alles immers wat slaven zijn dat is van hun meesters, zooals de Wijsgeer zegt in het I^e Boek der *Politica* (II^e H.). En zoo zijn er geen rechtsregels, die den mensch in zich zelf regelen; maar zulke regels zijn alle zedelijkheidsvoorschriften, omdat de rede, welke het beginsel van het zedelijke is, zich in den mensch verhoudt tot datgene wat tot hemzelf behoort, zooals een vorst of een rechter in den staat. Men moet er echter op letten dat, aangezien de verhouding van den mensch tot den naaste meer aan de rede onderworpen is dan de verhouding van den mensch tot God, er meer zedelijkheidsvoorschriften zijn, waardoor de mensch tot den naaste geordend wordt, dan waardoor de mensch tot God wordt geordend en daarom moeten er ook meerdere ceremonieelvoorschriften in de Wet zijn dan rechtsregels.

---

in finem, et ideo ad cultum Dei pertinet, et per consequens ad caeremonialia praecepta, quod homo habeat quamdam idoneitatem respectu cultus divini. Sed homo non ordinatur ad proximum sicut in finem, ut oporteat eum disponi in seipso in ordine ad proximum : haec enim est comparatio servorum ad dominos, qui id quod sunt, dominorum sunt, secundum Philosophum in 1. Polit. [cap. 2.]. Et ideo non sunt aliqua praecepta judicialia ordinantia hominem in seipso, sed omnia talia sunt moralia, quia ratio, quae est principium moralium, se habet in homine respectu eorum quae ad ipsum pertinent, sicut princeps, vel judex in civitate. Sciendum tamen, quod, quia ordo hominis ad proximum magis subjacet rationi quam ordo hominis ad Deum, plura praecepta moralia inveniuntur, per quae ordinatur homo ad proximum, quam per quae ordinatur homo ad Deum; et propter hoc etiam oportuit plura esse caeremonialia in lege, quam judicialia.

II^e^ ARTIKEL.

Beteekenen de rechtsregels iets?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de rechtsregels niet iets beteekenen. — 1. Het schijnt immers aan de ceremonieel-voorschriften eigen te zijn, dat zij ten teeken van iets ingesteld zijn. Indien dus ook de rechtsregels iets beteekenen, dan zou er geen verschil zijn tusschen de rechtsregels en de ceremonieel-voorschriften.

2. Evenals aan het volk der Joden eenige rechtsregelen gegeven zijn, zoo ook aan de andere volken der heidenen. Welnu de rechtsregels der andere volkeren beteekenen niet iets, maar verordenen wat gedaan moet worden. Dus blijkt het, dat ook de rechtsregels der oude Wet niets beteekenden.

3. Die dingen, die betrekking hebben op den goddelijken eeredienst, moesten door bepaalde teekenen uitgedrukt worden,

---

ARTICULUS II.

Utrum praecepta judicialia aliquid figurent.

[Infr. art. 3. corp. et 2-2. q. 87. art. 7. corp.].

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod praecepta judicialia non figurent aliquid : hoc enim videtur esse proprium caeremonialium praeceptorum, quod sint in figuram alicujus rei instituta. Si igitur etiam praecepta judicialia aliquid figurent, non erit differentia inter judicialia et caeremonialia praecepta.

2. PRÆTEREA, sicut illi populo Judaeorum data sunt quaedam judicialia praecepta, ita etiam aliis populis Gentilium; sed judicialia praecepta aliorum populorum non figurant aliquid, sed ordinent quid fieri debeat; ergo videtur, quod neque praecepta judicialia veteris legis aliquid figurarent.

3. PRÆTEREA, ea quae ad cultum divinum pertinent, figuris quibusdam tradi oportuit, quia ea quae Dei sunt, supra nostram rationem sunt, ut supra

omdat God zelf boven onze rede uitgaat, gelijk hierboven gezegd is (CI^e Kw., 2^e Art., 2^e Antwoord). Welnu de menschen zelf gaan ons verstand niet te boven. Dus moet door de rechtsregels, die ons richten met betrekking tot den naaste, niet iets worden beteekend.

Maar daarentegenover staat, dat in in het Boek *Exodus*, 21, de rechtsregels allegorisch en zedelijk worden verklaard.

LEERSTELLING. — Een voorschrift kan op twee wijzen beteekenend zijn, ten eerste, uiteraard en onmiddellijk, omdat het nl. voornamelijk opgesteld is om iets te beteekenen; en op die wijze zijn de ceremonieel-voorschriften beteekenend, want hiertoe zijn zij ingesteld, om iets wat op den eeredienst van God en op het geheim van Christus betrekking heeft te beteekenen. Sommige voorschriften zijn niet uiteraard en onmiddellijk beteekenend, maar gevolgelijk; en op die wijze zijn de rechtsregels van de Oude Wet beteekenend, want ze zijn niet ingesteld om iets te beteekenen, maar om den toestand van dit volk te regelen, overeenkomstig recht en billijkheid. Maar gevolgelijk beteekenden zij iets, voor zoover nl. heel de toestand van dit volk, dat door dergelijke voorschriften werd ingericht, beteekenis had, volgens het woord uit den I^n *Brief aan de Corinthiërs* (10,11) : « *Alles is hen tot teekenen overkomen.* »

---

dictum est [q. 101. art. 2. ad 2.]; sed ea quae sunt proximorum, non excedunt rationem nostram; ergo per judicialia, quae ad proximum nos ordinant, non oportuit aliquid figurari.

SED CONTRA est, quod Exod. 21. judicialia praecepta allegorice et moraliter exponuntur.

RESPONDEO dicendum, quod dupliciter contingit aliquod praeceptum esse figurale : uno modo primo et per se, quia scilicet principaliter est institutum ad aliquid figurandum; et hoc modo praecepta caeremonialia sunt figuralia : ad hoc enim sunt instituta, ut aliquid figurent pertinens ad cultum Dei et ad mysterium Christi. Quaedam vero praecepta sunt figuralia, non primo et per se, sed ex consequenti; et hoc modo praecepta judicialia veteris legis sunt figuralia : non enim sunt instituta ad aliquid figurandum, sed ad ordinandum statum illius populi secundum justitiam, et aequitatem;

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De ceremonieelvoorschriften zijn op een andere manier beteekenend als de rechtsregels, zooals gezegd is (in de Leerstelling).

2. Het Joodsche volk was door God uitverkozen, omdat uit hen Christus zou geboren worden, en daarom moest heel de toestand van dit volk profetisch zijn en beteekenend, zooals Augustinus zegt in zijn Boek *Tegen Faustus* (XXII^e B., XXIV^e H.). Daarom ook zijn de rechtsregels, die aan dit volk gegeven zijn, meer beteekenend dan de rechtsregels, die aan andere volkeren gegeven zijn, zooals ook de oorlogen en daden van dit volk mystiek verklaard worden, en niet de oorlogen en daden van de Assyriërs of van de Romeinen, ofschoon zij veel roemrijker waren volgens het oordeel van de menschen.

3. De orde tot den naaste bij dit volk, was, op zichzelf beschouwd, voor de rede vatbaar, maar voor zoover ze betrekking had op den eeredienst van God ging zij boven de rede uit; en in dit opzicht was zij voorafbeeldend.

---

sed ex consequenti aliquid figurabant, inquantum scilicet totus status illius populi, qui per hujusmodi praecepta disponebatur, figuralis erat, secundum illud 1. ad Cor. 10 [v. 11]: « Omnia in figura contingebant illis. »

AD PRIMUM ergo dicendum, quod praecepta caeremonialia alio modo sunt figuralia, quam judicialia, ut dictum est [in corp. art.].

AD SECUNDUM dicendum, quod populus Judaeorum ad hoc electus erat a Deo, quod ex eo Christus nasceretur; et ideo oportuit totum illius populi statum esse propheticum et figuralem, ut Augustinus dicit contra Faustum [lib. 22. cap. 24.]; et propter hoc etiam judicialia illi populo tradita magis sunt figuralia, quam judicia aliis populis tradita, sicut etiam bella et gesta illius populi exponuntur mystice, non autem bella vel gesta Assyriorum vel Romanorum, quamvis longe clariora secundum homines fuerint.

AD TERTIUM dicendum, quod ordo ad proximum in populo illo secundum se consideratus pervius erat rationi, sed secundum quod referebatur ad cultum Dei, superabat rationem; et ex hac parte erat figuralis.

III° ARTIKEL.

Hebben de rechtsregels van de Oude Wet een eeuwigdurende verplichting?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de rechtsregels van de Oude Wet een eeuwigdurende verplichting hebben. — 1. De rechtsregels immers hebben betrekking op de deugd van rechtvaardigheid, want de uitoefening der rechtvaardigheid wordt *gerecht* genoemd. Welnu de rechtvaardigheid is *eeuwig en onsterfelijk*, gelijk in het Boek der *Wijsheid* gezegd wordt (1,15). Dus is de verplichting der rechtsregels eeuwigdurend.

2. Een goddelijke instelling is standvastiger dan een menschelijke. Welnu de rechtsregels van de menschen hebben een eeuwigdurende verplichting. Veel meer dus de rechtsregels van de goddelijke Wet.

3. De Apostel zegt in zijn *Brief aan de Hebreërs* (7, 18) : « *De*

ARTICULUS III.

Utrum praecepta judicialia veteris legis perpetuam obligationem habeant.

[Infr. q. 108. art. 1. corp. et art. 2. corp. et ad 4. et 2-2. q. 62. art. 3. ad 1. et q. 81. art. 1. corp. et 4. Dist. 15. q. 1. art. 5. q. 2. art. 5. et Quodl. 2. art. 8. et Quodl. 4. art. 13. corp. et Hebr. 7. lect. 2.].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod praecepta judicialia veteris legis perpetuam obligationem habeant : praecepta enim judicialia pertinent ad virtutem justitiae, nam judicium dicitur justitiae executio; justitia autem est perpetua et immortalis, ut dicitur Sap. 1 [v. 15]; ergo obligatio praeceptorum pudicialium est perpetua.

2. PRÆTEREA, institutio divina est stabilior, quam institutio humana; sed praecepta judicialia humanarum legum habent perpetuam obligationem; ergo multo magis praecepta judicialia legis divinae.

3. PRÆTEREA, Apostolus dicit ad Hebr. 7 [v. 18] quod « reprobatio

afschaffing van het voorafgaande gebod geschiedt om zijn zwakheid en nutteloosheid », wat wel waar is voor een ceremonieel-voorschrift, *dat naar het geweten niet kon volmaken; enkel geboden over spijzen en dranken en allerlei afwasschingen en van vleesch*, zooals de Apostel zegt (t. a. pl. 9, 9 v.). Welnu de rechtsregels waren nuttig en werkdadig met betrekking tot datgene, waarop zij betrekking hadden, nl. om recht en billijkheid onder de menschen te bepalen. Dus werden de rechtsregels der Oude Wet niet afgeschaft, maar hebben ze nu nog verplichting.

Maar daartegenover staat wat de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Hebreërs* (7,12) : « *Toen het priesterschap veranderde, veranderde noodzakelijk ook de Wet.* » Welnu het priesterschap is van Aäron tot Christus overgegaan. Dus is ook heel de Wet veranderd, en hebben de rechtsregels geen verplichting meer.

LEERSTELLING. — De rechtsregels hadden geen eeuwigdurende verplichting, maar zijn ijdel geworden door de komst van Christus, anders echter dan de ceremonieel-voorschriften, want deze zijn ijdel geworden, zoodat ze voor de onderhouders na Christus niet alleen dood, maar ook doodend zijn, vooral na de verbreiding van het Evangelie. De rechtsregels echter zijn wel

---

fit praecedentis mandati propter infrmitatem ipsius et inutilitatem » : quod quidem verum est de mandato caeremoniali, quod « non poterat facere perfectum juxta conscientiam servientem solummodo in cibis et in potibus et variis baptismatibus et justitiis carnis », ut Apostolus dicit ad Hebr. 9 [v. 9 sq.] ; sed praecepta judicialia erant utilia et efficacia ad id, ad quod ordinabantur, scilicet ad justitiam et aequitatem inter homines constituendam ; ergo praecepta judicialia veteris legis non reprobantur, sed adhuc efficaciam habent.

SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Heb. 7 [v. 12], quod, « translato sacerdotio, necesse est ut legis translatio fiat. » Sed Sacerdotium est translatum ab Aaron ad Christum ; ergo etiam et tota lex est translata ; non ergo judicialia praecepta adhuc obligationem habent.

RESPONDEO dicendum, quod judicialia praecepta non habuerunt perpetuam obligationem, sed sunt evacuata per adventum Christi ; aliter tamen quam caeremonialia, nam caeremonialia adeo sunt evacuata, ut non solum sint mortua, sed etiam mortifera observantibus post Christum, maxime post

dood, daar zij geen verplichtingskracht hebben; echter niet doodend, want een vorst, die zou verordenen, dat die rechtsregels in zijn rijk onderhouden worden, zou niet zondigen, tenzij wanneer ze zouden onderhouden worden of bevolen worden als verplichtingskracht hebbende door de instelling der Oude Wet, want zulk een meening bij het onderhouden zou doodend zijn.

De reden van dit onderscheid kan uit het voorafgaande worden afgeleid (vorig Artikel). Hierboven is immers gezegd, dat de ceremonieel-voorschriften uiteraard en onmiddellijk voorafbeeldend zijn, als hoofdzakelijk ingesteld om de geheimenissen van Christus als toekomstig vooraf te beelden, en zóó is de onderhouding er van in tegenspraak met de waarheid van het geloof volgens welk wij die geheimenissen als reeds vervuld belijden. De rechtsregels echter werden ingesteld, niet om iets te beteekenen, maar om den toestand van dit volk te ordenen, dat gericht was op Christus; en daarom verloren de rechtsregels hun verplichting, toen de toestand van dit volk veranderde bij de komst van Christus. Want de wet was de paedagoog, die ons leidde tot Christus, gelijk in den *Brief aan de Galaten* (3,24) gezegd wordt. Daar deze echter niet rechtstreeks geordend worden om iets vooraf te beelden, maar

---

Evangelium divulgatum. Praecepta autem judicialia sunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi; non tamen sunt mortifera, quia si quis princeps ordinaret in regno suo illa judicialia observari, non peccaret, nisi forte hoc modo observarentur vel observari mandarentur, tamquam habentia vim obligandi ex veteris legis institutione : talis enim intentio observandi esset mortifera.

Et hujus differentiae ratio potest accipi ex praemissis [art. praec.] : dictum est enim, quod praecepta caeremonialia sunt figuralia primo et per se, tamquam instituta principaliter ad figuranda Christi mysteria ut futura, et ideo ipsa observatio eorum praejudicat fidei veritati, secundum quam confitemur illa mysteria jam esse completa. Praecepta autem judicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statum illius populi, qui ordinabatur ad Christum; et ideo, mutato statu illius populi, Christo jam veniente, judicialia praecepta obligationem amiserunt : lex enim fuit paedagogus ducens ad Christum, ut dicitur ad Gal. 3 [v. 24]. Quia tamen hujusmodi judicialia

opdat er naar zou gehandeld worden, daarom is de onderhouding er van niet absoluut een ontkenning van de waarheid van het geloof, maar alleen de meening ze te onderhouden als verplichtend door de Wet, want dat sluit in, dat de toestand van dit volk nog voorduurt, en dat Christus nog niet gekomen is.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De rechtvaardigheid moet wel eeuwigdurend onderhouden worden, maar de bepaling van wat krachtens menschelijke en goddelijke instelling rechtvaardig is, moet varieeren naar de verschillende toestanden van den mensch.

2. De rechtsregels, door menschen vastgesteld, hebben een blijvende verplichting, zoolang als de staat van bestuur onveranderd blijft; maar indien een staat of een volk tot een ander bestuur komt, moeten ook de wetten veranderen. Immers niet dezelfde wetten passen bij een democratisch bestuur, wat de regeering is van het volk, en bij een oligarchisch bestuur, wat de regeering is van de rijken, wat blijkt uit de leer van den Wijsgeer in zijn *Politica* (IV^e^ B., I^e^ H.). Bijgevolg moesten ook, bij de verandering van den toestand van dit volk, de rechtsregels veranderd worden.

3. Die rechtsregels richtten het volk op het recht en de bil-

---

praecepta non ordinantur ad figurandum, sed ad aliquid fiendum, ipsa eorum observatio absolute non praejudicat fidei veritati, sed intentio observandi tamquam ex obligatione legis praejudicat veritati fidei, quia per hoc haberetur, quod status prioris populi duraret, et quod Christus nondum venisset.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod justitia quidem perpetuo est observanda, sed determinatio eorum, quae sunt justa secundum institutionem humanam vel divinam, oportet quod varietur secundum diversum hominum statum.

AD SECUNDUM dicendum, quod praecepta judicialia ab hominibus instituta habent perpetuam obligationem, manente illo statu regiminis; sed si civitas vel gens ad aliud regimen deveniat, oportet leges mutari; non enim eaedem leges conveniunt in democratia, quae est potestas populi, et in oligarchia, quae est potestas divitum, ut patet per Philosophum in sua Politica [lib. 4, cap. 1]. Et ideo etiam mutato statu illius populi, oportuit praecepta judicialia mutari.

AD TERTIUM dicendum, quod illa praecepta judicialia disponebant popu-

lijkheid, voor zoover dit overeenkwam met zijn toestand. Maar na Christus moest de toestand van dit volk veranderen, zoodat er voortaan bij Christus geen onderscheid meer zou zijn tusschen een Heiden en een Jood, zooals dit te voren was, en daarom moesten ook de rechtsregels veranderd worden.

IV^e^ ARTIKEL.

Kan men een zekere verdeeling aangeven van de rechtsregels?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat men geen zekere verdeeling kan aangeven voor de rechtsregels. — 1. De rechtsregels immers ordenen de menschen onderling. Welnu die dingen die onder de menschen onderling moeten geordend worden, en die onder hun gebruik vallen, kunnen, daar zij oneindig in aantal zijn, niet onder een zekere verdeeling gerangschikt worden. Dus kan men voor de rechtsregels geen zekere verdeeling aangeven.

2. De rechtsregels zijn nadere bepalingen van de zedelijkheidsvoorschriften. Welnu deze hebben geen verdeeling, tenzij

---

lum ad justitiam et aequitatem, secundum quod conveniebat illi statui; sed post Christum statum illius populi oportuit mutari, ut jam in Christo non esset discretio Gentilis et Judaei, sicut antea erat; et propter hoc oportuit etiam praecepta judicialia mutari.

ARTICULUS IV.

Utrum praecepta judicialia possint habere aliquam certam divisionem.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod praecepta judicialia non possint habere aliquam certam divisionem : praecepta enim judicialia ordinant homines ad invicem; sed ea, quae inter homines ordinari oportet, in usum eorum venientia, non cadunt sub certa distinctione, cum sint infinita; ergo praecepta judicialia non possunt habere certam distinctionem.

2. PRÆTEREA, praecepta judicialia sunt determinationes moralium; sed moralia praecepta non videntur habere aliquam distinctionem, nisi secundum

voor zoover ze tot de Tien Geboden teruggebracht worden. Dus kan men voor de rechtsregels geen zekere verdeeling aangeven.

3. Omdat de ceremonieel-voorschriften een zekere verdeeling hebben, wordt hun verdeeling in de Wet aangegeven, in zoover sommige *offers*, andere *onderhoudingen* genoemd worden. Maar van de rechtsregels wordt geen enkele verdeeling aangegeven in de Wet. Dus kan men er geen zekere verdeeling voor aangeven.

Maar daartegenover staat, dat waar een orde is, ook een verdeeling moet zijn. Welnu het begrip van orde komt wel het meest uit bij de rechtsregels, waardoor dit volk werd geordend. Dus moet er het meest een zekere verdeeling voor zijn.

LEERSTELLING. — Daar de Wet als een kunst is om het menschelijk leven te richten en te ordenen, moet er, zooals in iedere kunst een zekere verdeeling van de kunstregels is, op gelijke wijze ook in de Wet een zekere verdeeling zijn der voorschriften; anders toch zou de verwarring het nut van de wet opheffen. En daarom moeten de rechtsregels der Oude Wet, waardoor de menschen onderling geregeld worden, verdeeld worden overeenkomstig de verdeeling van de menschelijke ordening. Welnu in een volk kan men een viervoudige ordening vinden, namelijk één van de

---

quod reducuntur ad praecepta decalogi; ergo praecepta judicialia non habent aliquam certam distinctionem.

3. PRÆTEREA, praecepta caeremonialia quia certam distinctionem habent, eorum distinctio in lege innuitur, dum quaedam vocantur sacrificia, quaedam observantiae; sed nulla distinctio innuitur in lege praeceptorum judicialium; ergo videtur, quod non habeant certam distinctionem.

SED CONTRA, ubi est ordo, oportet quod sit distinctio; sed ratio ordinis maxime pertinet ad praecepta judicialia, per quae populus ille ordinabatur; ergo maxime debent habere distinctionem certam.

RESPONDEO dicendum, quod, cum lex sit quasi quaedam ars humanae vitae instituendae vel ordinandae, sicut in unaquaque arte est certa distinctio regularum artis, ita oportet in qualibet lege esse certam distinctionem praeceptorum : aliter enim ipsa confusio utilitatem legis auferret. Et ideo dicendum est, quod praecepta judicialia veteris legis, per quae homines ad invicem ordinabantur, distinctionem habent secundum distinctionem

leiders van het volk tot de onderdanen; een andere, van de onderdanen tot elkander; een derde, van hen die tot het volk behooren, tot de vreemdelingen; een vierde, tot de huispersonen, zooals van vader tot zoon, van vrouw tot man, en van meester tot knecht; en volgens die vier orden kunnen de rechtsregels van de Oude Wet onderscheiden worden.

Er worden immers sommige voorschriften gegeven aangaande de aanstelling van overheden en met betrekking tot hun ambt, alsook over den eerbied voor hen, en dit is het eerste gedeelte van de rechtregels. Ook worden er sommige voorschriften gegeven, die betrekking hebben op de burgers onderling, b. v. omtrent koop en verkoop, en rechtsuitspraak en straffen, en dit is het tweede gedeelte der rechtsregels. Ook worden er sommige voorschriften gegeven, die betrekking hebben op vreemden, b. v. over oorlogen tegen vijanden, en over het opnemen van reizigers en vreemdelingen, en dit is het derde gedeelte der rechtsregels. Ook worden er in de Wet sommige voorschriften gegeven, die betrekking hebben op de huiselijke samenleving, zooals over de slaven en de vrouwen en de kinderen, en dit is het vierde gedeelte der rechtsregels.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De dingen, die

---

ordinationis humanae. Quadruplex autem ordo in aliquo populo inveniri potest : unus quidem principum populi ad subditos; alius autem subditorum ad invicem; tertius autem eorum qui sunt de populo ad extraneos; quartus autem ad domesticos, sicut patris ad filium, uxoris ad virum, et domini ad servum. Et secundum istos quatuor ordines distingui possunt praecepta judicialia veteris legis.

Dantur autem quaedam praecepta de institutione principum, et officio eorum, et de reverentia eis exhibenda : et haec est una pars judicialium praeceptorum. Dantur etiam quaedam praecepta pertinentia ad concives ad invicem, puta circa emptiones et venditiones, et judicia et poenas : et haec est secunda pars judicialium praeceptorum. Dantur etiam quaedam praecepta pertinentia ad extraneos, puta de bellis contra hostes, et de susceptione peregrinorum et advenarum : et haec est tertia pars judicialium praeceptorum. Dantur etiam in lege quaedam praecepta pertinentia ad domesticam conversationem, sicut de servis, et uxoribus, et filiis : et haec est quarta pars judicialium praeceptorum.

betrekking hebben op de menschen onderling, zijn wel oneindig in aantal, maar kunnen tot enkele dingen teruggebracht worden, volgens het verschil in de menschelijke ordening, zooals (in de Leerstelling) gezegd is.

2. De voorschriften der Tien Geboden zijn de eerste onder de zedelijkheidsvoorschriften, zooals hierboven gezegd is (C^e Kw., 3^e Art.), en daarom kunnen de overige zedelijke voorschriften daarnaar onderscheiden worden; maar de rechtsregels en de ceremonieel-voorschriften hebben een andere reden en verplichting, nl. niet krachtens de natuurlijke rede, maar alleen krachtens instelling, en zoo is er voor hun onderscheiding een andere reden.

3. Door de zaken zelf, die door de rechtsregels in de Wet worden geordend, geeft de Wet de verdeeling van de rechtsregels aan.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ea quae pertinent ad ordinationem hominum ad invicem, sunt quidem numero infinita, sed tamen reduci possunt ad aliqua certa, secundum differentiam ordinationis humanae, ut dictum est [in cor. art.].

AD SECUNDUM dicendum, quod praecepta decalogi sunt prima in genere moralium, ut supra dictum est [q. 100. art. 3.], et ideo convenienter alia praecepta moralia secundum ea distinguuntur. Sed praecepta judicialia et caeremonialia habent aliam rationem obligationis, non quidem ex ratione naturali, sed ex sola institutione, et ideo distinctionis eorum alia est ratio.

AD TERTIUM dicendum, quod ex ipsis rebus, quae per praecepta judicialia ordinantur in lege, innuit lex distinctionem judicialium praeceptorum.

HONDERD EN VIJFDE KWESTIE.

OVER HET WEZEN DER RECHTSREGELS.

(Vier Artikelen.)

Vervolgens moet gehandeld worden over het wezen der rechtsregels, waaromtrent we vier vragen stellen.

1) Over het wezen der rechtsregels, die betrekking hebben op de vorsten.

2) Over die voorschriften, die betrekking hebben op de onderlinge samenleving der menschen.

3) Over die voorschriften, die betrekking hebben op de vreemdelingen.

4) Over die voorschriften, die betrekking hebben op de huiselijke samenleving.

QUÆSTIO CV.

DE JUDICIALIUM PRAECEPTORUM RATIONE.

Deinde considerandum est de ratione judicialium praeceptorum.

Et circa hoc quaeruntur quatuor.

1. De ratione praeceptorum judicialium, quae pertinent ad principes. — 2. De his, quae pertinent ad convictum hominum ad invicem. — 3. De his, quae pertinent ad extraneos. — 4. De his, quae pertinent ad domesticam conversationem.

I° ARTIKEL.

Was de regeling in de Oude Wet met betrekking tot de vorsten goed?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de regeling in de Wet met betrekking tot de vorsten niet goed was. — 1. De Wijsgeer immers zegt in zijn *Politica* (III° B., IV° H.) : « *De regeling van het volk hangt hoofdzakelijk af van de hoogste overheid.* » Welnu in de Wet wordt niet gevonden hoe de hoogste vorst aangesteld moest worden; wel wordt iets gevonden met betrekking tot de lagere overheden, en wel ten eerste in het Boek *Exodus* (18, 21 vv.) : « *Zie uit onder heel het volk, naar wijze mannen* », en in het Boek *Numeri* (11, 16 vv.) : « *Verzamel mij zeventig mannen uit de oudste van Israël* », en in het Boek *Deuteronomium* (1, 13 vv.) : « *Wijst onder u wijze en handige mannen aan.* » Dus was de regeling der Oude Wet met betrekking tot de vorsten niet goed.

2. Zooals Plato (in zijn Dialoog *Timaios*) zegt, is het aan de besten eigen, het allerbeste te doen. Welnu de allerbeste rege-

---

ARTICULUS I.

Utrum convenienter lex vetus de principibus ordinaverit.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod inconvenieter lex vetus de principibus ordinaverit; quia, ut Philosophus dicit in 3. Polit. [cap. 4.] « ordinatio populi praecipue dependet ex maximo prncipatu. » Sed in lege non invenitur, qualiter debeat institui supremus princeps, invenitur autem de inferioribus principibus; primo quidem Exod. 18 [v. 21 sqq.] : « Provide de omni plebe viros sapientes », etc.; et Num. 11 [v. 16 sqq.] : « Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël », et Deut. 1 [v. 13 sqq.] : « Date ex vobis viros sapientes et gnaros » etc.; ergo insufficienter lex vetus principes populi ordinavit.

2. PRÆTEREA, « optimi est optima adducere », ut Plato dicit [in Ti-

ling van een staat of volk is, dat het bestuurd wordt door een koning, omdat zulk een rijk het best het godsbestuur afbeeldt, daar één God van het begin af de wereld bestuurt. De Wet moest dus voor het volk een koning aanstellen, en dit niet overlaten aan hun willekeur, zooals dat gebeurt, overeenkomstig het Boek *Deuteronomium* (17, 14 v.) : « *Indien gij zegt : Ik zal een koning over mij aanstellen... dan zult Gij hem aanstellen.* »

3. Gelijk *Matthaeus* (12, 25) zegt, *zal ieder rijk, dat in zichzelf verdeeld is, te niet gaan*, wat feitelijk ook gebleken is bij het Joodsche volk, waar de verdeeling van het rijk de oorzaak van zijn ondergang was. Welnu de wet moet vooral datgene beoogen, wat betrekking heeft op het algemeen welzijn van het volk. Bijgevolg moest in de Wet de verdeeling van het rijk tusschen twee koningen verboden worden, en moest dit niet op gezag van God worden ingevoerd, gelijk men leest, dat dit op gezag van God is ingevoerd door den profeet Ahias van Silo. (III° Boek *Koningen*, 11, 29 vv.)

4. Evenals de priesters aangesteld worden ten bate van het volk voor die dingen, die betrekking hebben op God, zooals blijkt uit den *Brief aan de Hebreërs* (5, 1), zoo ook worden de vorsten

---

moeo] ; sed optima ordinatio civitatis vel populi cujuscumque est, ut gubernetur per regem, quia hujusmodi regnum maxime repraesentat divinum regimen, quo unus Deus mundum gubernat a principio; igitur lex debuit debet intendere ea, quae pertinent ad communem salutem populi; ergo permittitur Deuteron. 17 [v. 14 sq.] : « Cum dixeris: constituam super me regem, eum constitues » etc.

3. PRÆTEREA, sicut dicitur Matt. 12 [v. 25], « omne regnum in seipsum divisum desolabitur », quod etiam experimento patuit in populo Judaeorum in quo fuit divisio regni destructionis causa; sed lex praecipue debet intendere ea, quae pertinent ad communem salutem populi; ergo debuit in lege prohiberi divisio regni in duos reges, nec etiam debuit hoc auctoritate divina introduci, sicut legitur introductum auctoritate Domini per Ahiam Silonitem Prophetam, 3 Reg. 11 [29 sqq.].

4. PRÆTEREA, sicut sacerdotes instituuntur ad utilitatem populi in his quae ad Deum pertinent, ut patet Heb. 5 [v. 1], ita principes etiam instituuntur ad utilitatem populi in rebus humanis; sed Sacerdotibus et Levitis,

aangesteld voor die dingen, die betrekking hebben op de menschelijke samenleving. Welnu voor de priesters en de levieten worden door de Wet sommige dingen vastgesteld, waarvan ze moeten leven, zooals de tienden, de eerstelingen, en dergelijke. Dus moesten ook voor de vorsten van het volk enkele dingen geregeld worden voor hun onderhoud; temeer daar de aanname van geschenken hen verboden is, zooals blijkt uit het Boek *Exodus* (23, 8) : « *Gij zult geen geschenken aannemen, welke zelfs verstandigen blind maken, en de woorden der rechtvaardigen verdraaien.* »

5. Evenals de regeering van één enkele de beste regeeringsvorm is, zoo ook is de tirannie de meest verderfelijke. Welnu, toen de Heer een vorst aanstelde, schiep Hij een tirannisch recht. In het Eerste Boek *Koningen* (8, 11 vv.) immers lezen we: « *Dit zal het recht van den koning zijn, die over u regeeren zal, dat hij uwe zonen zal nemen* », enz. De regeling van de Wet met betrekking tot de vorsten was dus niet goed.

Maar daartegenover staat, dat het volk van Israël om de schoonheid van zijn regeling in het Boek *Numeri* (24, 5) geprezen wordt, met de woorden: « *Hoe schoon zijn uwe woningen, Jacob, en uwe tenten, Israël.* » Welnu de schoonheid van een regeling hangt af van een ordelijke aanstelling der vorsten. Dus was de regeling, voor dit volk bij de Wet getroffen met betrekking tot de vorsten goed.

LEERSTELLING. — Voor een goede regeling in een staat of

---

qui sunt in lege, deputantur aliqua, ex quibus vivere debeant, sicut decimae et primitiae, et multa alia hujusmodi; ergo similiter principibus populi debuerunt aliqua ordinari, unde sustentarentur, et praecipue cum inhibita sit eis munerum acceptio, ut patet Exod. 23 [v. 8] : « Non accipietis munera, quae excaecant etiam prudentes, et subvertunt verba justorum. »

5. PRÆTEREA, sicut regnum est optimum regimen, ita tyrannis est pessima corruptio regiminis; sed Dominus regem instituendo, instituit jus tyrannicum : dicitur enim 1 Reg. 8 [v. 11 sqq.] : « Hoc erit jus regis, qui imperaturus est vobis : filios vestros tollet » etc.; ergo inconvenienter fuit provisum per legem circa principum ordinationem.

SED CONTRA est, quod populus Israël de pulchritudine ordinationis com-

onder een volk met betrekking tot de vorsten moeten twee dingen in acht genomen worden : ten eerste, dat allen deel hebben in de heerschappij. Daardoor toch blijft de vrede van het volk bewaard, terwijl allen zulk een regeling beminnen en bewaken, zooals gezegd wordt in het tweede Boek der *Politica* (VI^e^ H.). Het andere wat in acht genomen moet worden, is de soort van heerschappij. Zooals immers de Wijsgeer zegt in het III^e^ Boek van zijn *Politica* (V^e^ H.), zijn er verschillende regeeringsvormen, waarvan de voornaamste zijn: de alleenheerschappij, waarin er één deugdzame regeert, en de aristocratie, d. i. de macht der besten, waarin enkele deugdzamen regeeren. De beste regeling in een rijk of staat met betrekking tot de vorsten is dus die, waarin er één deugdzame aan het hoofd staat, die over allen regeert, terwijl onder hem andere deugdzamen staan. Toch berust het gezag bij allen, zoowel omdat de gezagvoerders uit allen kunnen gekozen worden, als omdat zij door allen gekozen worden. Van dien aard is de beste regeeringsvorm, samengesteld uit alleenheerschappij, voor zoover er één aan het hoofd staat, aristocratie, voor zoover verschillende deugdzamen regeeren, en democratie, d. i. uit de volks-

---

mendatur Num. 24 [v. 5]: « Quam pulchra sunt tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israël! » Sed pulchritudo ordinationis populi dependet ex principibus bene institutis; ergo per legem populus fuit circa principes bene institutus.

RESPONDEO dicendum, quod circa bonam ordinationem principum in aliqua civitate vel gente duo sunt attendenda. Quorum unum est, ut omnes aliquam partem habeant in principatu; per hoc enim conservatur pax populi, et omnes talem ordinationem amant et custodiunt, ut dicitur in 2. Polit. [cap. 6.]. Aliud est, quod attenditur secundum speciem regiminis vel ordinationis principatuum; cujus cum sint diversae species, ut Philosophus tradit in 3. Polit. [cap. 5.], praecipue tamen est unum regimen, in quo unus principatur secundum virtutem; et aristocratia, idest potestas optimorum, in qua aliqui pauci principantur secundum virtutem; unde optima ordinatio principum est in aliqua civitate vel regno, in quo unus praeficitur secundum virtutem, qui omnibus praesit, et sub ipso sunt aliqui principantes secundum virtutem; et tamen talis principatus ad omnes pertinet, tum quia ex omnibus

regeering, voor zoover de vorsten uit het volk gekozen kunnen worden, en de keuze bij het volk berust.

Zoodanig nu was het bestuur, vastgesteld door de goddelijke Wet. Mozes immers en zijn opvolgers bestuurden het volk, als het ware alleenheerschend over allen, wat valt onder de alleenheerschappij. Er werden echter zeventig deugdzame ouderen gekozen : we lezen immers in het Boek *Deuteronomium* (1, 15) : « *Ik heb uit uw stammen wijze en aanzienlijke mannen genomen, en hen aangesteld tot vorsten* »: dit was het aristocratische element. Het democratisch element was, dat deze uit heel het volk gekozen werden, volgens het woord uit het Boek *Exodus* (18,21) : « *Zie uit onder het gansche volk naar wijze mannen* », en dat ze door heel het volk gekozen werden, overeenkomstig het Boek *Deuteronomium* (1, 13) : « *Wijst uit ulieden wijze mannen aan.* » Het blijkt dus, dat de regeling der Wet met betrekking tot de vorsten de beste was.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Dit volk werd onder de bijzondere zorg van God bestuurd; vandaar lezen wij in het Boek *Deuteronomium* (7, 6) : « *U heeft de Heer, uw God, uitverkoren, om Hem tot een eigen volk te zijn.* » Daarom heeft de

---

eligi possunt, tum quia etiam ab omnibus eliguntur. Talis enim est optima politia, bene commixta ex regno, inquantum unus praeest, et aristocratia, inquantum multi principantur secundum virtutem, et ex democratia, idest potestate populi, inquantum ex popularibus possunt eligi principes, et ad populum pertinet electio principum.

Et hoc fuit institutum secundum legem divinam. Nam Moyses et ejus successores gubernabant populum, quasi singulariter omnibus principantes, quod est quaedam species regni. Eligebantur autem septuaginta duo Seniores secundum virtutem : dicitur enim Deut. 1 [v. 15] : « Tuli de vestris tribubus viros sapientes et nobiles, et constitui eos principes », et hoc erat aristocraticum; sed democraticum erat, quod isti de omni populo eligebantur : dicitur enim Exod. 18 [v. 21] : « Provide de omni plebe viros sapientes » etc., et etiam quod populus eos eligebat; unde dicitur Deut. 1 [v. 13] : « Date ex vobis viros sapientes » etc. Unde patet, quod optima fuit ordinatio principum quam lex instituit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod populus ille sub speciali cura Dei rege-

Heer de aanstelling van den hoogsten vorst aan zichzelf voorbehouden; en dit is het wat Mozes vraagt in het Boek *Numeri* (27, 16) : « *De Heer, de God der geesten van alle vleesch, drage zorg voor een man, die over deze menigte staat.* » Zóó is Josue na Mozes aangesteld krachtens een verordening van God; en van de afzonderlijke rechters, die er na Josue waren, wordt gezegd dat God *voor zijn volk een redder heeft opgewekt*, en dat *de geest Gods in hem was*, zooals blijkt uit het Boek der *Rechters* (2, 9 v., 15). Daarom ook heeft de Heer de keuze van den vorst niet overgelaten aan het volk, maar voor zichzelf voorbehouden, wat blijkt uit het Boek *Deuteronomium* (17, 15) : « *Hem zult gij aanstellen tot koning, dien de Heer uw God heeft uitverkoren.* »

2. De alleenheerschappij is de beste regeeringsvorm, als ze niet vervalt. Maar om de groote macht, welke aan een koning wordt toegestaan, vervalt de alleenheerschappij gemakkelijk tot tyrannie, tenzij de deugd van hem, aan wien zulk een macht gegeven is, volmaakt is, daar het *slechts eigen is aan deugdzamen, weelde te dragen*, zooals de Wijsgeer zegt in het IV^e^ Boek van zijn *Ethica* (III^e^ H.). De volmaakte deugd nu wordt maar in weinigen gevonden, en de Joden waren vooral wreed en tot gierigheid geneigd, waardoor de menschen zeer gemakkelijk tot tirannie ver-

---

batur; unde dicitur Deuter. 7 [v. 6] : « Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris » ; et ideo institutionem summi principis Dominus sibi reservavit. Et hoc est, quod Moyses petivit Num. 27 [v. 16] : « Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc » ; et sic ex Dei ordinatione institutus est Josue in principatu post Moysen; et de singulis judicibus, qui post Josue fuerunt, legitur, quod Deus « suscitavit populo salvatorem », et quod « spiritus Domini fuit in eis », ut patet Judic 2. [9 sq., 15] ; et ideo etiam electionem regis non commisit Dominus populo, sed sibi reservavit, ut patet Deuter. 17 [v. 15] : « Eum constitues regem, quem Dominus Deus tuus elegerit. »

Ad secundum dicendum, quod regnum est optimum regimen populi, si non corrumpatur, sed propter magnam potestatem, quae regi conceditur, de facili regimen degenerat in tyrannidem, nisit sit perfecta virtus ejus, cui talis potestas conceditur, quia non est nisi virtuosi bene ferre bonas fortunas, ut

vallen. Daarom heeft de Heer over hen van af het begin geen koning aangesteld met volstrekte macht, maar een rechter en bestuurder om hen te bewaken, en eerst later heeft hij, als het ware verontwaardigd om de vraag van het volk, een koning toegestaan, wat blijkt uit zijn gezegde tot Samuel in het Eerste Boek *Koningen* (8, 7) : « *Niet u, maar mij hebben ze verworpen, opdat ik over hen niet zou regeeren.* » Van het begin af aan echter heeft Hij omtrent de aanstelling van een koning vastgesteld, ten eerste de manier waarop hij gekozen moest worden, waarvoor hij twee dingen bepaald heeft, nl. dat zij bij de keuze het oordeel van den Heer zouden afwachten, en dat zij niemand van een ander volk koning zouden maken, daar zulke koningen gewoonlijk weinig liefde hebben voor het volk waarover ze worden aangesteld en er daarom dan ook niet voor zorgen. Ten tweede heeft Hij met betrekking tot de aangestelde koningen verordend hoe ze zich tot zichzelf moesten verhouden, dat ze nl. hun wagens, paarden, of vrouwen niet mochten vermeerderen, ook dat ze geen onmetelijke rijkdommen mochten hebben, daar de vorsten door de begeerte er naar overhellen tot tirannie en de rechtvaardigheid overtreden. Ook heeft Hij hun verhouding tot God vastgesteld, dat ze nl. altijd moeten lezen in, en denken aan de wet van God, en altijd

---

Philosophus dicit in 4. Ethicor. [cap. 3.] ; perfecta autem virtus in paucis invenitur, et praecipue Judaei crudeles erant, et ad avaritiam proni, per quae vitia maxime homines in tyrannidem decidunt; et ideo Dominus a principio eis regem non instituit cum plena potestate, sed judicem et gubernatorem in eorum custodiam; sed postea regem ad petitionem populi quasi indignatus concessit, ut patet per hoc, quod dixit ad Samuelem 1. Reg. 8 [v. 7] : « Non te abjecerunt, sed me, ne regnem super eos. » Instituit tamen a principio circa regem instituendum. primo quidem modum elegendi, in quo duo determinavit, ut scilicet in ejus electione expectarent judicium Domini, et ut non facerent regem alterius gentis, quia tales reges solent parum affici ad gentem, cui praeficiuntur, et per consequens non curare de eis; secundo ordinavit circa reges institutos qualiter deberent se habere quantum ad seipsos, ut scilicet non multiplicarent currus, et equos, neque uxores, neque etiam immensas divitias, quia ex cupiditate horum principes ad tyrannidem de-

in de vreeze en gehoorzaamheid aan God moeten zijn. Ook heeft Hij hun verhouding tot hun onderdanen bepaald, dat ze hen nl. niet trots verachten of onderdrukken mogen en hen niet van de gerechtigheid mogen afhouden.

3. De verdeeling van het rijk en de vermeerdering der koningen was voor dat volk eerder een straf voor hun vele geschillen, die zij vooral met den rechtvaardigen koning David hadden gehad, dan tot hun voordeel. Vandaar wordt er in Osee (13, 11) gezegd : « *Ik zal u een koning geven in mijn toorn* », en Osee (8, 4) : « *Zij waren koningen, en niet door Mij; zij waren vorsten, en Ik heb hen niet erkend.* »

4. De priesters werden door geboorte bestemd voor den eeredienst, en wel hierom, opdat zij hooger in eere zouden gehouden worden, indien niet iedereen uit het volk priester zou kunnen worden, en dit bracht ook veel bij tot den eerbied voor den goddelijken eeredienst. En daarom moesten voor hen bijzondere dingen worden bestemd, zoowel van de tienden als van de eerstelingen, als ook van de offeranden en spijsoffers, waarvan ze zouden leven. Maar de vorsten werden, zooals gezegd is (in de Leerstelling), uit heel het volk genomen.

---

clinant et justitiam derelinquunt. Instituit etiam, qualiter se deberent habere ad Deum, ut scilicet semper legerent et cogitarent de lege Dei, et semper essent in Dei timore et obedientia. Instituit etiam qualiter se haberent ad subditos suos, ut scilicet non superbe eos comtemnerent aut opprimerent, neque etiam a justitia declinarent.

AD TERTIUM dicendum, quod divisio regni et multitudo regum magis est populo illi data in poenam pro multis dissensionibus eorum, quas maxime contra regem David justum moverant, quam ad eorum profectum : unde dicitur Os. 13 [v. 11] : « Dabo tibi regem in furore meo », et Os. [v. 4] : « Ipsi regnaverunt, et non ex me. Principes extiterunt, et non cognovi. »

AD QUARTUM dicendum, quod Sacerdotes per successionem originis sacris deputabantur; et hoc ideo, ut in majori reverentia haberentur, si non quilibet ex populo posset sacerdos fieri, quorum honor cedebat in reverentiam divini cultus; et ideo oportuit ut eis specialia quaedam deputarentur tam in decimis, quam in primitiis, quam etiam in oblationibus et sacrificiis, ex quibus

en daarom hadden zij zekere eigen bezittingen, waarvan zij konden leven. En vooral toen de Heer ook in de Wet verbood, dat zij geen overvloed van rijkdommen zouden bezitten of een overdreven schittering, zoowel omdat het dan moeilijk was niet tot hoogmoed en tirannie te vervallen, alsook omdat er, indien de vorsten niet veel rijkdommen zouden bezitten en het bestuur veel inspanning vroeg en vol kommer en zorg was, het volk er niet veel aanhankelijkheid voor zou betoonen, en omdat door die regeling iedere aanleiding tot opstand zou weggenomen worden.

5. Dit recht komt den koning niet toe krachtens goddelijke instelling, maar moet eerder een misbruik der koningen genoemd worden, die zich zelf een onrechtvaardig recht scheppen, terwijl zij tot tirannie vervallen en de onderdanen berooven. Dit blijkt uit wat aan het einde volgt (v. 17) : « *En gij zult hem tot slaven zijn* », wat eigenlijk tót de tirannie behoort, omdat de tirannen over hun onderdanen als over slaven heerschen. Vandaar zeide Samuël dit om hen af te schrikken, opdat zij geen koning zouden vragen, want er volgt (v. 19) : « *Het volk nu wilde naar de stem van Samuël niet luisteren.* » Het kan echter gebeuren, dat een goed vorst zonder tirannie zonen wegneemt, en tribunen en cen-

---

verent. Sed Principes, sicut dictum est [in corp. art.], assumebantur ex toto populo, et ideo habebant certas possessiones proprias, ex quibus vivere poterant, et praecipue cum Dominus prohiberet etiam in lege, ne superabundarent divitiis aut magnifico apparatu, tum quia non erat facile, quin ex his in superbiam et tyrannidem erigerentur, tum etiam quia, si principes non erant multum divites, et erat laboriosus principatus, et sollicitudine plenus, non multum affectabatur a popularibus, et sic tollebatur seditionis materia.

Ad quintum dicendum, quod illud jus non debebatur regi ex institutione divina, sed magis praenuntiabatur usurpatio regum, qui sibi jus iniquum constituunt in tyrannidem degenerantes, et subditos depraedantes; et hoc patet per hoc quod in fine subdit [v. 17] : « Vosque eritis ei servi », quod proprie pertinet ad tyrannidem, quia suis subditis principantur, ut servis. Unde hoc dicebat Samuel ad terrendum eos, ne regem peterent; sequitur enim [v. 19] : « Noluit autem audire populus vocem Samuelis. » Potest tamen contingere, quod bonus rex absque tyrannide filios tollat, et constituat tri-

turionen aanstelt, en vele dingen van zijn onderdanen neemt, ter bevordering van het algemeen welzijn.

II° ARTIKEL.

Waren de rechtsregels met betrekking tot de onderlinge samenleving doeltreffend?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de rechtsregels met betrekking tot de onderlinge samenleving niet doeltreffend waren. — 1. De menschen immers kunnen niet in vrede samenleven, indien de ééne neemt, wat aan een ander toebehoort. Welnu hiertoe schijnt de Wet aanleiding te geven; in het Boek *Deuteronomium* (23, 24) toch wordt gezegd : « *Wanneer gij in den wijngaard van uwen naaste komt, eet dan druiven zooveel het u lust.* » Dus zorgt de Wet niet goed voor de vrede onder de menschen.

2. Volgens den Wijsgeer (II° Boek der *Politica*, VI° H.) zijn vele staten en rijken vooral hierdoor ten gronde gegaan, doordat de bezittingen overgaan op de vrouwen. Welnu dit

---

bunos et centuriones, et multa accipiat a subditis suis, propter commune bonum procurandum.

ARTICULUS II.

Utrum convenienter fuerint tradita praecepta judicialia quantum ad popularium convictum.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod inconvenienter fuerint tradita praecepta judicialia quantum ad popularium convictum : non enim possunt homines pacifice vivere ad invicem, si unus accipiat ea, quae sunt alterius; sed hoc videtur esse inductum in lege : dicitur enim Deut. 23 [v. 24] : « Ingressus vineam proximi tui comede uvas, quantum tibi placuerit. » Ergo lex vetus non convenienter providebat hominum paci.

2. PRÆTEREA, ex hoc maxime multae civitates et regna destruuntur, quod possessiones ad mulieres perveniunt, ut Philosophus dicit in 2. Polit.

stond in de Oude Wet : in het Boek *Numeri* (27, 8) toch wordt gezegd : « *Wanneer iemand zonder een zoon sterft, zal op zijn dochter het erfrecht overgaan.* » Dus zorgt de Wet niet goed voor het welzijn der menschen.

3. De menschelijke samenleving wordt het beste onderhouden, doordat de menschen onderling door koop en verkoop meedeelen, zooals gezegd wordt in het I^e^ Boek der *Politica* (III^e^ H.). De wet nu vernietigt den verkoop door haar voorschrift, dat het verkochte bezit bij den verkooper in het vijftigste jaar, nl. het Jubeljaar, terugkomt, wat blijkt uit het Boek *Leviticus* (25). De Wet heeft dit dus niet doeltreffend vastgesteld voor het volk.

4. Voor de behoeften der menschelijke samenleving is het uiterst nuttig, dat de menschen gaarne en bereidwillig uitleenen. Deze bereidwilligheid echter schijnt verkracht te worden, doordat de schuldeischers het ontvangene niet terugkrijgen. Daarom wordt in het Boek *Ecclesiasticus* (29, 10) gezegd : « *Velen weigeren te leen te geven, niet uit boosheid, maar uit vrees om niet een verlies te lijden.* » Welnu, daartoe geeft de Wet aanleiding, en wel ten eerste door het voorschrift in het Boek *Deuteronomium* (15, 2) : « *Degene, wien zijn vriend of naaste en broeder iets schuldig is, zal dat niet kunnen terugvorderen, want het is het jaar*

[cap. 6] ; sed hoc fuit introductum in veteri lege : dicitur enim Num. 27 [v. 8] : « Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit haereditas ». Ergo non convenienter providit lex saluti populi.

3. PRÆTEREA, societas hominum maxime conservatur per hoc, quod homines emendo et vendendo sibi invicem res suas commutant, quibus indigent, ut dicitur in 1. Polit. [cap. 3] ; sed lex vetus abstulit virtutem venditionis : mandavit enim, quod possessio vendita reverteretur ad venditorem in quinquagesimo anno Jubilaei, ut patet Lev. 25.; inconvenienter igitur lex populum illum circa hoc instituit.

4. PRÆTEREA, necessitatibus hominum maxime expedit, ut homines sint prompti ad mutuum concedendum; quae quidem promptitudo tollitur per hoc, quod creditores accepta non reddunt; unde dicitur Eccli. 29 [v. 10] : « Multi non causa nequitiae non foenerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. » Hoc autem induxit lex : primo quidem quia mandavit Deut. 15

van de kwijtschelding des Heeren », en in het Boek *Exodus* (22, 15) wordt gezegd, *dat indien een geleend dier sterft in tegenwoordigheid van zijn heer, men niet gehouden is het terug te geven.* Ten tweede door de zekerheid, die men heeft door een pand, op te heffen. In het boek *Deuteronomium* (24,10) toch lezen we : « *Wanneer gij van uw naaste iets invordert, wat hij u schuldig is, zult gij zijn huis niet binnentreden om een pand weg te nemen* », en (v. 12-13) : « *Het pand zal des nachts niet bij u blijven, maar terstond zult gij het teruggeven.* » Ondoelmatig dus heeft de Wet regelingen getroffen met betrekking tot het leenen.

5. Het is zeer schadelijk, dat men niet terug in het bezit komt van wat men aan een ander in bewaring had gegeven; daarom moet de grootste voorzichtigheid aangewend worden. Vandaar wordt er dan ook in het Tweede Boek der *Machabeeën* (3, 15) gezegd, dat *de priesters hem, die de wet omtrent het geleende gemaakt heeft, ten hemel smeekten, dat hij die dingen goed voor hen, die ze in bewaring hadden gegeven, zou bewaren.* Welnu in de voorschriften der Wet wordt weinig voorzichtigheid aangaande het in bewaring gegevene aan den dag gelegd; in het Boek *Exodus* (20, 10 vv.) immers wordt gezegd, dat bij verlies

---

[v. 2] : « Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini », et Exod. 22 [v. 15] dicitur, quod si praesente domino, animal mutuatum mortuum fuerit, reddere non tenetur. Secundo, quia aufertur ei securitas, quae habetur per pignus : dicitur enim Deut. 24 [v. 10] : « Cum repetas a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum ejus, ut pignus auferas », et iterum [v. 12 sq.] : « Non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei. » Ergo insufficienter fuit ordinatum in lege de mutuis.

5. PRÆTEREA, ex defraudatione depositi maximum periculum imminet; et ideo est maxima cautela adhibenda; unde etiam dicitur 2. Machab. 3. [v. 15], quod « Sacerdotes invocabant eum de coelo, qui de depositis legem posuit, ut his qui deposuerant ea, salva custodiret. » Sed in praeceptis veteris legis parva cautela circa deposita adhibetur : dicitur enim Exod. 22 [v. 10 sqq.], quod « in amissione depositi statur juramento

van het in bewaring gegevene een eed moest worden afgelegd door hem bij wien het in bewaring gegevene was. Dus was de ordening der Wet hieromtrent niet goed.

6. Evenals een daglooner zijn arbeid verhuurt, zoo ook verhuren sommigen hun huis of iets dergelijks. Het is echter niet noodig, dat de pachter terstond den prijs van het gehuurde huis betaalt. Dus is het bevel in het Boek *Leviticus* (19-13) te hard : « *Het arbeidsloon van uw daglooner zal niet bij u blijven tot den morgen.* »

7. Daar een onmiddellijke rechterlijke uitspraak dikwijls noodig is, moest men gemakkelijk tot den rechter kunnen gaan. Ondoelmatig dus heeft de Wet volgens het Boek *Deuteronomium* (17, 8 vv.) vastgesteld, dat men naar één plaats moet gaan om een rechterlijke uitspraak voor zijn moeilijkheden.

8. Het is mogelijk, dat er niet alleen twee, maar zelfs drie of meer samenspannen tot bedrog. Ondoelmatig wordt er dus in het Boek *Deuteronomium* (19.15) gezegd : « *Door den mond van twee of drie getuigen zal alle woord gelden.* »

9. De straf moet afgemeten worden naar de grootheid van de schuld. Vandaar ook wordt er in het Boek *Deuteronomium* (25, 2) gezegd : « *Naar de maat der zonden zal ook het getal der sla-*

---

ejus apud quem fuit depositum. » Ergo non fuit circa hoc legis ordinatio conveniens.

6. PRÆTEREA, sicut aliquis mercenarius locat operas suas, ita etiam aliqui locant domum, vel quaecumque alia hujusmodi; sed non est necessarium, ut statim pretium locatae domus conductor exhibeat; ergo etiam nimis durum fuit, quod praecipitur Lev. 19 [v. 13] : « Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane. »

7. PRÆTEREA, cum frequenter immineat judiciorum necessitas, facilis debet esse accessus ad judicem; inconvenienter igitur statuit lex Deuter. 17 [v. 8 sqq.] « ut irent ad unum locum expedituri judicium de suis dubiis. »

8. PRÆTEREA, possibile est, non solum duos, sed etiam tres vel plures concordare ad mentiendum; inconvenienter igitur dicitur Deuteron. 19 [v. 15] : « In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. »

9. PRÆTEREA, poena debet taxari secundum quantitatem culpae; unde

gen zijn. » Verschillende malen echter bepaalt de Wet voor gelijke schuld ongelijke straf, want in het Boek *Exodus* (22,1) wordt gezegd, dat *de dief vijf runderen voor één rund zal vergoeden, en vier schapen voor één schaap.* Ook worden soms niet al te zware zonden zwaar gestraft. zooals b. v. iemand volgens het Boek *Numeri* (15, 32 vv.) gesteenigd werd, die op sabbat hout gesprokkeld had; en een weerspannige zoon volgens het Boek *Deuteronomium* (21, 18-19) op bevel gesteenigd werd om kleine vergrijpen, nl. *omdat hij zich overgaf aan feestelijkheden en maaltijden.* De straffen zijn dus door de Wet niet goed bepaald.

10. Volgens Augustinus (*De Stad Gods*, XXI^e B., XI^e H.), schrijft Tullius, dat er acht soorten straffen in de wet zijn, nl. veroordeeling, de boeien, geeseling, vergelding, smaad, verbanning, dood en slavernij. Hiervan zijn er slechts enkele in de Wet vastgesteld, o. a. de veroordeeling, zooals wanneer een dief veroordeeld wordt tot het vijfdubbele of vierdubbele; de boeien, zooals in het Boek *Numeri* (15,34) omtrent iemand bevolen wordt, dat hij in den kerker opgesloten wordt. Geeseling, nl. in het Boek *Deuteronomium* (25, 2) : « *Indien zij zien, dat hij die zondigde,*

---

dicitur etiam Deut. 25 [v. 2] : « Pro mensura peccati erit et plagarum modus. » Sed quibusdam aequalibus culpis lex statuit inaequales poenas : dicitur enim Exod. 22 [v. 1] quod « restituet fur quinque boves pro uno bove, et quatuor oves pro una ove; quaedam etiam non multum gravia peccata gravi poena puniuntur, sicut Num. 15 [v. 32. sqq.] lapidatus est, qui collegerat ligna in sabbato; filius etiam protervus propter parva delicta, quia scilicet comessationibus vacabat et conviviis, mandatur lapidari Deuter. 21 [v. 18 sq.]; igitur inconvenienter lege sunt institutae poenae.

10. Præterea, sicut Augustinus dicit 21 de Civit. Dei [cap. 11], octo genera poenarum in legibus esse scribit Tullius : damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, servitutem; ex quibus aliqua sunt in lege statuta : damnum quidem, sicut cum fur condemnabatur ad quintuplum vel quadruplum; vincula vero, sicut Num. 15 [v. 34.] mandatur de quodam, quod in carcerem includatur; verbera vero, sicut Deut. 25. [v. 2.]:

slagen verdient, zullen zij hem doen nederwerpen en in hun tegenwoordigheid laten geeselen. » Versmading, nl. op hem, die de vrouw van zijn gestorven broeder niet wilde nemen, door hem zijn sandalen te ontnemen en hem in het aangezicht te spuwen (t. a. pl. v. 9). Ook de doodstraf, wat blijkt uit het Boek *Leviticus* (20) : « *Wie zijn vader of moeder vervloekt, zal den dood sterven.* » Ook de straf der vergelding legt de Wet op met de woorden : « *Oog om oog, tand om tand* » (*Exodus*, 20,9). Onaannemelijk schijnt het dus dat de Wet de twee overige straffen, nl. verbanning en slavernij, niet opgelegd heeft.

11. Zonder schuld wordt geen straf verdiend. Welnu de onredelijke dierenen kunnen geen schuld hebben. Dus is het niet aan te nemen. dat hen straffen worden opgelegd, zooals in *Exodus* (21, 28 vv.) : « *Als een rund een man of een vrouw doodt, zal het gesteenigd worden* », en in het boek *Leviticus* (20,16) : « *Een vrouw, die zich afgeeft met een dier, zal te zamen met hetzelve gedood worden.* » Hieruit blijkt dus, dat er onredelijke ordeningen in de Oude Wet staan met betrekking tot de onderlinge samenleving der menschen.

« Si eum, qui peccavit, dignum viderint plagis, prosternent et coram se facient verberari »; ignominiam etiam inferebat illi, qui nolebat accipere uxorem fratris sui defuncti, quae « tollebat calceamentum illius, et spuebat in faciem illius » [ibid. v. 9.] ; mortem etiam inferebat, ut patet etiam Levit. 20 : « Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur »; poenam etiam talionis lex induxit, dicens Exod. 20. [v. 9.]: « Oculum pro oculo, dentem pro dente. » Inconveniens igitur videtur, quod alias duas poenas, scilicet exilium et servitutem, lex vetus non inflixit.

11. PRÆTEREA, poena non debetur, nisi culpae; sed bruta animalia non possunt habere culpam; ergo inconvenienter eis infligitur poena Exod. 21. [v. 28. sqq.]: « Bos lapidibus obruetur, qui occiderit virum, aut mulierem », et Levit. 20 [v. 16.] dicitur: « Mulier, quae succubuerit cuilibet jumento, simul interficiatur cum eo. » Sic igitur videtur, quod inconvenienter ea quae pertinent ad convictum hominum ad invicem, fuerint in lege veteri ordinata.

12. De Heer heeft bevolen (*Exodus*, 21, 12), dat moord met den dood gestraft moet worden. De dood van een onredelijk dier echter wordt voor veel minder gehouden dan het dooden van een mensch. Dus kan de schuld van een moord niet voldoende weggenomen worden door het dooden van een dier. Onredelijk wordt dus in het Boek *Deuteronomium* (21) bevolen, dat *wanneer het lijk van een vermoorden mensch gevonden wordt en de schuldige van de moord onbekend is, de oudsten van de meest nabijgelegen stad een vaars uit de runderkudde zouden nemen, welke het juk niet gedragen, noch de aarde met de ploegschaar gescheurd heeft, en haar naar een woest en steenachtig dal moeten voeren, dat nimmer beploegd werd noch zaad opnam, en dan de vaars den nek afsnijden.* »

Maar daartegenover staat, dat als een bijzondere weldaad in *Psalm* 147, 20 vermeld staat: « *Zoo iets heeft Hij niet gedaan aan ieder volk, noch aan hen zijn oordeelen geopenbaard.* »

LEERSTELLING. — Volgens Augustinus (*De Stad Gods*, II[e] Boek, XXI[e] H.) zegt Tullius, dat het volk *een menigte is, door gelijke wetten en door gelijke belangen vereenigd.* Vandaar valt het onder het begrip van volk, dat de samenleving van de men-

---

12. PRÆTEREA, Dominus mandavit Exod. 21. [v. 12.] quod homicidium morte hominis puniretur; sed mors bruti animalis multo minus reputatur, quam occisio hominis; ergo non potest sufficienter recompensari poena homicidii per occisionem bruti animalis. Inconvenienter igitur mandatur Deut. 21., quod quando inventum fuerit cadaver occisi hominis, et ignorabitur caedis reus, seniores propinquioris civitatis tollant vitulam de armento, quae non traxit jugum nec terram scidit vomere, et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quae nunquam arata est, nec sementem recepit, et caedent in ea cervices vitulae.

SED CONTRA est, quod pro speciali beneficio commemoratur in Psal. 147. [v. 20]: « Non fecit taliter omni nationi, et judicia sua non manifestavit eis. »

RESPONDEO dicendum, quod, sicut Augustinus in 2. de Civit. Dei [cap. 21.] introducit a Tullio dictum: « Populus est caetus multitudinis, juris consensu et utilitatis communione sociatus »; unde ad rationem populi per-

schen onderling door rechtvaardige wetsvoorschriften wordt geregeld. Nu is er een tweevoudige samenleving der menschen onderling, één nl., die tot stand komt door het gezag der vorsten, en een ander, die tot stand komt door den eigen wil van private personen. Omdat nu door den wil van wien ook datgene kan worden bewerkt, wat aan zijn macht onderworpen is, moeten de rechtsoordeelen onder de menschen worden uitgeoefend door de macht der vorsten, aan wie de menschen onderworpen zijn, en de straffen aan de booswichten worden opgelegd. Onder de macht van private personen echter vallen de bezittingen, en daarom kunnen zij hiervan op eigen gezag elkander mededeelen, nl. door koopen, verkoopen, geschenken, en op andere manieren.

In dit dubbel opzicht nu heeft de Wet de samenleving voldoende geregeld, want zij heeft rechters aangesteld, zooals blijkt uit het Boek *Deuteronomium* (16,18) : « *Rechters en overheden zult gij aanstellen in al uwe poorten, opdat zij het volk richten met rechtvaardigheid.* » Ook heeft zij de goede orde in het gericht geregeld: daaromtrent wordt in het Boek *Deuteronomium* (1, 16-17) gezegd : « *Richt naar gerechtigheid hetzij burger of vreemde : geenerlei onderscheid van personen zal er zijn.* » Ook heeft ze de aanleiding tot een onrechtvaardig gericht weggenomen, door het

---

tinet, ut commuincatio hominum ad invicem justis praeceptis legis ordinetur. Est autem duplex communicatio hominum ad invicem : una quidem, quae fit auctoritate principum; alia autem fit propria voluntate privatarum personarum. Et quia voluntate uniuscujusque disponi potest, quod ejus subditur potestati, ideo auctoritate principum, quibus subjecti sunt homines, oportet quod judicia inter homines exerceantur, et poenae malefactoribus inferantur. Potestati vero privatarum personarum subduntur res possessae, et ideo propria auctoritate in his possunt sibi invicem communicare, puta emendo, vendendo, donando, et aliis hujusmodi.

Circa utramque autem communicationem lex sufficienter ordinavit. Statuit enim judices, ut patet Deut. 16. [v. 18.]: « Judices, et magistros constitues in omnibus portis ejus, ut judicent populum justo judicio »; instituit etiam justum judicii ordinem, ut dicitur Deuter. 1. [v. 16 sq.]: « Quod justum est, judicate, sive civis ille sit, sive peregrinus, nulla erit personarum

aannemen van geschenken door rechters te verbieden, zooals blijkt uit het Boek *Exodus* (23,8) en uit het Boek *Deuteronomium* (16, 19). Eveneens heeft zij het getal van twee of drie getuigen ingesteld, wat blijkt uit het Boek *Deuteronomium* (17, 6 en 19, 15). Ook heeft zij vaste straffen voor verschillende misdrijven vastgesteld, zooals verderop zal worden aangetoond (10e Antw.).

Met betrekking tot de bezittingen is het, gelijk de Wijsgeer zegt in het IIe Boek van zijn *Politica* (IIe H.), het beste, dat de bezittingen onderscheiden zijn, en het gebruik gedeeltelijk algemeen, en gedeeltelijk naar willekeur der bezitters wordt besteed. Ook die drie dingen waren in de Wet vastgelegd, want ten eerste waren de bezittingen over enkelingen verdeeld : in het Boek *Numeri* (33, 53 v.) immers wordt gezegd : « *Ik heb u het land tot bezitting gegeven, en gij zult het nu onder u bij het lot verdeelen.* » En omdat gelijk de Wijsgeer zegt in het IIe Boek zijner *Politica* (VIe H.), door de ongeregeldheden der bezittingen vele staten ten gronde gegaan zijn, daarom geeft de Wet een drievoudig middel aan ter regeling van de bezittingen : ten eerste de gelijke verdeeling naar het aantal menschen, volgens het Boek *Numeri* (33,54) : « *Aan die meer talrijk zijn zult gij een meer*

---

distantia. » Sustulit etiam occasionem injusti judicii, acceptionem munerum judicibus prohibendo, ut patet Exod. 23. [v. 8.] et Deut, 16. [v. 19.]. Instituit etiam numerum testium duorum, vel trium, ut patet Deut. 17. [v. 6.] et 19. [v. 15.] Instituit etiam certas poenas pro diversis delictis, ut post dicitur [in resp. ad 10].

Sed circa res possessas optimum est, sicut dicit Pilosophus in 2. Pol. [cap. 2.], quod possessiones sint distinctae, et usus sit partim communis, partim autem per voluntatem possessorum communicetur. Et haec tria fuerunt in lege statua : primo enim ipsae possessiones divisae erant in singulos : dicitur Num. 33. [v. 53 sq.]: « Ego dedi vobis terram in possessionem, quam sorte dividetis vobis », et quia per possessionum irregularitatem plures civitates destruuntur, ut Philosophus dicit in 2. Pol. [cap. 6.], ideo circa possessiones regulandas triplex remedium lex adhibuit : unum quidem, ut secundum numerum hominum aequaliter dividerentur; unde dicitur Numer. 33. [v. 54.] : « Pluribus dabitis latiorem, et paucioribus angustiorem »;

uitgestrekt, en aan die weinig in getal zijn, zult gij een meer beperkt land geven. » Het tweede middel dat de bezittingen niet voor altijd worden vervreemd, maar op een vastgestelden tijd weer aan hun bezitters terugvallen. Het derde middel om dergelijk samenkomen te voorkomen is, dat de naasten erven van degenen, die sterven, de zoon op de eerste plaats, op de tweede plaats de dochters, ten derde de broeders, ten vierde de ooms, ten vijfde de aanverwanten. En om het onderscheid der bezittingen te handhaven heeft de Wet verder nog bepaald, dat de erfvrouwen huwen met mannen van hun stam, gelijk staat in het Boek *Numeri* (36).

Wat echter het tweede betreft, daaromtrent heeft de Wet bepaald, dat het gebruik met betrekking tot sommige dingen algemeen is, en op de eerste plaats wat de zorg betreft. Er staat immers geschreven in het Boek *Deuteronomium* (21, 1-4) : « *Gij zult het rund of schaap van uw broeder niet afgedwaald zien, en voorbijgaan, maar gij zult ze naar uwen broeder terugbrengen.* » En evenzoo met betrekking tot andere dingen. Op de tweede plaats wat betreft de vrucht. Immers met betrekking tot allen wordt in het algemeen toegestaan, dat wanneer iemand in den wijngaard van zijn vriend is binnengegaan, hij vrij kan eten, wanneer hij maar niets meeneemt. Met betrekking tot de armen echter in het bij-

---

aliud remedium est, ut possessiones non in perpetuum alienentur, sed certo tempore ad suos possessores revertantur, ut non confundantur sortes possessionum; tertium remedium est ad hujusmodi confusionem tollendam, ut proximi succedant morientibus, primo quidem gradu filius, secundo autem filia, tertio fratres, quarto patrui, quinto quicumque propinqui. Et ad distinctionem sortium conservandam ulterius lex statuit, ut mulieres, quae sunt haeredes, nuberent suae tribus hominibus, ut habetur Num. 36.

Secundo vero instituit lex, ut quantum ad aliqua usus rerum esset communis, et (1) quantum ad curam: praeceptum est enim Deut. 22. [. 1-4.]: « Non videbis bovem et ovem fratris tui errantem, et praeteribis, sed reduces fratri tuo », et similiter de aliis; secundo quantum ad fructum : concede-

---

(1) et primo.

zonder is bepaald, dat men voor hen de vergeten schoven achter moet laten en de vruchten en trossen die achterblijven, zooals blijkt uit het Boek *Leviticus* (19, 9-10) en *Deuteronomium* (24, 19-20). Ook wordt datgene verdeeld wat in het zevende jaar geboren wordt, zooals geschreven staat in het Boek *Exodus* (23,11) en *Leviticus* (25, 34 vv.).

Op de derde plaats heeft de Wet bepaald, dat de mededeeling zou geschieden door hen, die heer en meester over zaken zijn, ofwel zuiver om niet, gelijk het Boek *Deuteronomium* (14,28) zegt : « *In het derde jaar zult gij een ander tiende afzonderen, en de leviet en de vreemdeling en de wees en de weduwe zullen komen, en eten en verzadigd worden* »; ofwel in teruggave, zooals door koop en verkoop en huur en verhuur, of door ruil of door in bewaringgeving, waaromtrent vaste bepalingen in de Wet zijn. Het blijkt dus, dat de Oude Wet voldoende bepalingen bevat voor de samenleving van het volk.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — Zooals de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Romeinen* (13,8), *vervult hij die zijn naaste bemint, de Wet*, omdat nl. alle voorschriften van de Wet, vooral die, welke gelden voor den naaste, hiertoe geordend zijn,

---

batur enim communiter quantum ad omnes, ut ingressus in vineam amici licite comedere posset, dum tamen extra non deferret; quantum ad pauperes vero specialiter, ut eis reliquerentur manipuli obliti, et fructus, et racemi remanentes, ut habetur Lev. 19. [v. 9. sq.] et Deut. 24. [v. 19 sq.]. et etiam communicabantur ea, quae nascebantur in septimo anno, ut habetur Exod. 23. [v. 11], et Lev. 25. [v. 34. sqq.].

Tertio vero statuit lex communicationem factam per eos, qui sunt rerum domini : unam pure gratutam : unde dicitur Deut. 14. [v. 28.] : « Anno tertio separabis aliam decimam, venietque Levites, et peregrinus, et pupillus, et vidua, et comedent et saturabuntur »; aliam vero cum recompensatione utilitatis, sicut per venditionem et emptionem et locationem et conductionem et per mutuum et iterum per depositum : de quibus omnibus inveniuntur ordinationes certae in lege. Unde patet, quod lex vetus sufficienter ordinavit convictum ilius populi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod, sicut Apostolus dicit Roman. 13. [v. 8.] : « Qui diligit proximum, legem implevit », quia scilicet omnia

dat de menschen elkander liefhebben. Van de liefde immers komt het voort, dat de menschen de goederen onderling verdeelen. Daarom wordt er in den I^a *Brief van Joannes* (3,17) gezegd : « *Wie zijn broeder gebrek ziet lijden en zijn hart voor hem sluit, hoe zal de liefde Gods in hem blijven?* » Ook wil de Wet, dat de menschen zich gewennen om gemakkelijk van hun goederen uit te deelen, gelijk ook de Apostel in zijn I^a *Brief aan Timotheus* (6,18) beveelt *gemakkelijk te geven en mede te deelen.* Hij echter is niet gemakkelijk mededeelzaam, die niet duldt, dat de naaste een weinigje van hem neemt, zonder groot nadeel. Daarom bepaalde de Wet, dat hij, die een wijngaard binnenging, aldaar trossen mocht opeten, echter niet meenemen, opdat daaruit geen gelegenheid tot groot nadeel zou voortkomen, waardoor de vrede zou verstoord worden, want onder goedgerichte menschen wordt de vrede niet verstoord om de wegname van een kleinigheid, maar daardoor wordt integendeel de vriendschap veeleer bevestigd en worden de menschen gewoon, gemakkelijk iets te geven.

2. De Wet heeft niet bepaald, dat de vrouwen de goederen van den vader zouden erven, behalve bij gebrek aan zonen. In dat

---

praecepta legis, praecipue ordinata ad proximum, ad hunc finem ordinari videntur, ut homines se invicem diligant. Ex dilectione autem procedit, quod homines sibi invicem bona communicent, quia dicitur 1. Joan. 3. [v .17.] : « Qui viderit fratrem suum necessitatem patientem, et clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? » Et ideo intendebat lex homines assuefacere, ut facile sibi invicem bona sua communicarent, sicut et Apostolus 1. ad Tim. 6. [v. 18.] divitibus mandat « facile tribuere et communicare. » Non autem facile communicativus est, qui non sustinet quod proximus aliquid modicum de suo accipiat absque magno sui detrimento; et ideo lex ordinavit, ut liceret intrantem in vineam proximi racemos ibi comedere, non autem extra deferre, ne ex hoc daretur occasio gravis damni inferendi, ex quo pax perturbaretur; quae inter disciplinatos non perturbatur ex modicorum acceptione, sed magis amicitia confirmatur, et assuefiunt homines ad aliquid facile communicandum.

AD SECUNDUM dicendum, quod lex non statuit, quod mulieres succederent in bonis paternis, nisi ex defectu filiorum masculorum : tunc autem

geval toch was het noodzakelijk, dat de opvolging van vrouwen was toegestaan bij het overlijden van den vader, voor wien het heel zwaar zou zijn, wanneer zijn nalatenschap geheel in vreemde handen zou overgaan. Hierom echter legde de Wet de grootste voorzichtigheid aan den dag, door te bevelen, dat de vrouwen, die van hun vader erfden, zouden huwen met mannen uit hun stam, opdat de loten niet zouden samenkomen, zooals in het laatste hoofdstuk van het Boek *Numeri* staat.

3. De regeling der bezittingen draagt veel bij tot het behoud van een staat of volk, zooals de Wijsgeer zegt in het II^{e} Boek van zijn *Politica* (IV^{e} H.). Vandaar, zegt hij, was het bij sommige heidensche staten bepaald, dat niemand zijn bezittingen mocht verkoopen tenzij om groot nadeel te voorkomen. Dan toch kan het gebeuren, dat alle bezittingen bij weinigen terecht komen; en zoo zou een staat noodzakelijk leegloopen. Om nu dergelijk gevaar af te wenden bepaalde de Oude Wet, dat, om aan de menschelijke noodwendigheden te gemoet te komen, de bezittingen voor bepaalden tijd verkocht mochten worden, terwijl zij het gevaar afwendde door te bevelen, dat de verkochte bezittingen na bepaalden tijd aan de verkoopers terug zouden vallen. En dit be-

---

neccessarium erat, ut successio mulieribus concederetur in consolationem patris, cui grave fuisset, si ejus haereditas omnino ad extraneos transiret. Adhibuit tamen circa hoc lex cautelam debiam, praecipiens ut mulieres succedentes in haereditate paterna nuberent suae tribus hominibus, ad hoc quod sortes tribuum non confunderentur, ut habetur Num. ult.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 2. Polit. [cap. 4.], regulatio possessionum multum confert ad conservationem civitatis vel gentis; unde, sicut ipse dicit, apud quasdam Gentilium civitates statutum fuit ut nullus possessionem vendere posset, nisi pro manifesto detrimento. Si enim passim possessiones vendantur, potest contingere quod omnes possessiones ad paucos deveniant, et ita necesse erit civitatem vel regionem habitatoribus evacuari; et ideo lex vetus ad hujusmodi periculum removendum sic ordinavit, quod et necessitatibus hominum subveniretur, concedens possessionum venditionem usque ad certum tempus; et tamen periculum removit, praecipiens ut certo tempore possessio vendita ad vendentem rediret. Et hoc

paalde zij, opdat de loten niet zouden samenkomen, maar steeds het onderscheid zou blijven. Omdat echter de huizen in de steden niet bij het lot waren toebedeeld, bepaalde zij, dat zij voor altijd verkocht mochten worden, gelijk roerende goederen. Immers het getal huizen in de steden was niet vastgesteld, zooals er wel een vaste maat was voor de bezittingen, waarboven niets kon worden bijgevoegd, terwijl aan het getal huizen wel iets kon worden toegevoegd. De huizen echter, die niet in de stad waren, maar buiten de omwalling, konden niet voor altijd verkocht worden, daar dergelijke huizen slechts ter bewaring van het bezit werden opgetrokken. En daarom bepaalde de Wet zeer wijselijk hetzelfde met betrekking tot beide.

4. Gelijk in het Antwoord op de eerste Bedenking gezegd is, was het de bedoeling van de Wet de menschen aan haar voorschriften te gewennen, opdat ze gemakkelijk elkaar in hun nood zouden steunen, daar dit de beste aanwakkering is tot vriendschap. Dit gemak van ondersteuning nu stelde zij niet alleen vast met betrekking tot die dingen, die om niet gegeven worden, maar ook met betrekking tot die dingen, die in leen gegeven worden, omdat dergelijke steun veelvuldiger is en voor meerderen noodzakelijk. Deze bepaalde zij, dat zij gemakkelijk te leen zouden geven en dat zij

---

instituit, ut sortes non confunderentur, sed semper remaneret eadem dinstictio determinata in tribubus. Quia vero domus urbanae non erant sorte distinctae, ideo concessit, quod in perpetuum vendi possent, sicut et mobilia bona : non enim erat statutus numerus domorum civitatis, sicut erat certa mensura possessionis, ad quam non addebatur; poterat autem aliquid addi ad numerum domorum civitatis; domus vero, quae non erant in urbe, sed in villa muros non habente, in perpetuum vendi non poterant : quia hujusmodi domus non construuntur nisi ad cultum, et ad custodiam possessionum; et ideo lex congrue statuit idem jus circa utrumque.

Ad QUARTUM dicendum, quod, sicut dictum est [in resp. ad 1.], intentio legis erat assuefacere homines suis praeceptis, ad hoc quod sibi invicem de facili in necessitatibus subvenirent, quin hoc maxime est amicitiae fomentum. Et hanc quidem facilitatem subveniendi non solum statuit in his, quae gratis et absolute donantur, sed etiam in his quae mutuo conceduntur, quia

daarvan niet zouden worden teruggehouden om het naderende gemakkelijkheid nu stelde zij veelvuldig vast. Op de eerste plaats naar der kwijtschelding, zooals in het Boek *Deuteronomium* (15, 7 vv.) staat. Op de tweede plaats, dat zij hem, aan wien zij te leen geven, niet zouden bezwaren, ofwel met rente, ofwel door een tot het leven noodzakelijk pand te nemen, en indien ze zouden ontvangen zijn, moeten ze onmiddellijk teruggegeven worden. Immers in het Boek *Deuteronomium* (23,19) wordt gezegd : « *Gij zult aan uw broeder niet op winst leenen* », en (24,6) : « *Gij zult geen onderste en bovenste molensteen tot pand nemen, omdat men er door zijn leven in pand geeft* », en in het Boek *Exodus* (22,26) : « *Als gij van uw naaste het kleed tot pand neemt, zult gij het vóór zonsondergang aan hem teruggeven.* » Op de derde plaats, dat zij niet ongelegen eischen. Vandaar wordt er in het Boek *Exodus* (22, 25) gezegd : « *Als gij geld te leen geeft aan mijn arm volk, dat met u woont, zult gij het niet als een geldafperser benauwen.* » Daarom ook wordt er in het Boek *Deuteronomium* (24, 10) bevolen : « *Wanneer gij van uwen naaste iets invordert, wat hij u schuldig is, zult gij zijn huis niet binnengaan om een pand weg te nemen, maar gij zult buiten blijven staan, en hij zal u brengen wat*

---

hujusmodi subventio frequentior est et pluribus necessaria. Hujusmodi autem subventionis facilitatem multipliciter instituit. Primo quidem, ut faciles se praeberent ad mutuum exhibendum, nec ab hoc retraherentur anno remissionis appropinquante, ut habetur Deuter. 15 [v. 7. sqq.]. Secundo, ne eum, cui mutuum concederent, gravarent vel usuris, vel etiam aliqua pignora omnino vitae necessaria accipiendo; et si accepta fuerint, quod statim restituerentur : dicitur enim Deuter. 23. [v. 19.] : « Non foeneraberis fratri tuo ad usuram », et 24 [v. 6.] : « Non accipies loco pignoris inferiorem et superiorem molam, quia animam suam apposuit tibi », et Exodi 22. [v. 28.] dicitur : « Si pignus a proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. » Tertio ut non importune exigerent; unde dicitur Exod. 22. [v. 25.] : « Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi exactor », et propter hoc etiam mandatur Deut. 24. [v 10.] : « Cum repetas a proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris in domum ejus, ut pignus

hij heeft », zoowel omdat het huis iemands meest veilige toevluchtsoord is, waarom men dan ook niet graag heeft, dat iemand er binnendringt, alsook omdat het den schuldeischer niet toegestaan is, dat hij een willekeurig pand neemt, maar de schuldenaar mag geven wat hij het minst noodig heeft. Op de vierde plaats heeft de Wet bepaald, dat de schulden in het zevende jaar worden kwijtgescholden. Het was immers waarschijnlijk, dat zij, die het gemakkelijk konden doen, vóór het zevende jaar zouden teruggeven, en het om niet geleende niet zouden ontvreemden. Indien men echter totaal niet bij machte was om terug te geven, dan was men om dezelfde reden verplicht met die liefde kwijt te schelden, waarmede men het opnieuw zou gegeven hebben. Met betrekking tot geleende dieren heeft de Wet bepaald, dat indien de dieren sterven of verzwakken door onoplettendheid van dengene, aan wien ze geleend waren, hij ze moet teruggeven. Indien zij echter in zijn bijzijn en terwijl hij ze goed verzorgde, gestorven of verzwakt waren, was hij niet gehouden te vergoeden, vooral niet zoo ze tegen loon gehuurd waren, daar ze dan evengoed bij den eigenaar er van hadden kunnen sterven of verzwakken, alsook omdat hij iets terug zou ontvangen voor het geleende en het dan geen leening meer zou zijn, wanneer hij zijn dier zou behouden. En dit moest vooral dan worden onderhouden, wanneer de dieren tegen

---

auferas, sed stabis foris, et ille proferet quod habuerit », tum quia domus est tutissimum uniuscujusque receptaculum; unde molestum homini est, ut in domo sua invadatur; tum etiam quia non concedit creditori, ut accipiat pignus quod voluerit, sed magis debitori, ut det quo minus indiguerit. Quarto instituit, quod in septimo anno debita penitus remitterentur. Probabile enim erat, ut illi qui commode reddere possent, ante septimum annum redderent, et gratis mutuantem non defraudarent; si autem omnino impotentes essent, eadem ratione eis erat debitum remittendum ea dilectione, qua etiam erat eis de novo dandum propter indigentiam. Circa animalia vero mutuata haec lex statuit, ut propter negligentiam ejus, cui mutuata sunt, si in ipsius absentia moriantur vel debilitentur, reddere ea compellatur; si vero, eo praesente et diligenter custodiente, mortua fuerint vel debilitata, non cogebatur restituere; et maxime si erant mercede conducta, quia ita etiam potuissent mori et

loon gehuurd waren, omdat men dan reeds een zekere vergoeding had voor het gebruik van de dieren, waarbij men niets als vergoeding behoefde bij te voegen, tenzij om de onachtzaamheid van den bewaker. Indien zij echter niet tegen een zekere vergoeding verhuurd waren, dan zou het tot op zekere hoogte billijk wezen, dat er tenminste zooveel vergoed werd, als het vruchtgebruik van het gestorven of verzwakt dier had kunnen opleveren.

5. Tusschen iets wat geleend is, en iets wat in bewaring gegeven is, bestaat dit verschil, dat iets wat geleend wordt, wordt gegeven ten nutte van dengene, aan wien het gegeven wordt, maar wat in bewaring gegeven wordt, wordt gegeven ten voordeele van dengene die het geeft, en daarom was er in bepaalde gevallen een grootere verplichting om het geleende te vergoeden dan hetgeen in bewaring gegeven was. Want hetgeen in bewaring gegeven wordt, kan op twee manieren verloren gaan : ten eerste, door een onvermijdelijke oorzaak, die ofwel natuurlijk is, b. v. indien een in bewaring gegeven dier sterft of ziek wordt; ofwel uitwendig, indien het gestolen wordt door vijanden of verslonden wordt door een wild dier; in dit geval moest men den eigenaar teruggeven wat er van het gedoode dier over bleef, terwijl men in de andere bovengenoemde gevallen niet gehouden was iets te-

---

debilitari apud mutuantem; et ita si conservationem animalis consequeretur, jam aliquod lucrum reportaret ex mutuo, et non esset gratuitum mutuum. Et maxime hoc observandum erat, quando animalia erant mercede conducta, quia tunc habebant certum pretium pro usu animalium, unde nihil accrescere debebat per restitutionem animalium, nisi propter negligentiam custodientis. Si autem non essent mercede conducta, potuisset habere aliquam aequitatem, ut saltem tantum restitueret, quantum usus animalis mortui vel debilitati conduci potuisset.

AD QUINTUM dicendum, quod haec differentia est inter mutuum et depositum, quia mutuum traditur in utilitatem ejus, cui traditur, sed depositum traditur in utilitatem deponentis. Et ideo magis arctabatur aliquis in aliquibus casibus ad restituendum mutuum, quam ad restituendum depositum. Depositum enim perdi poterat dupliciter : uno modo ex causa inevitabili, vel naturali, puta si esset mortuum vel debilitatum animal depositum, vel extrinseca, puta

rug te geven, maar alleen een eed moest doen om alle verdenking af te wenden. Ten tweede kan iets wat in bewaring gegeven wordt verloren gaan door een oorzaak, die men had kunnen vermijden, b. v. door diefstal, en dan is men om de onachtzaamheid in het bewaken gehouden te vergoeden. Hij daarentegen die een dier te leen aanneemt, is, gelijk hierboven (Antw. op de 4e Bedenk.) gezegd is, gehouden het terug te geven, zelfs als het gestorven of verzwakt is gedurende zijn afwezigheid. Hij immers is eerder gehouden tot vergoeding bij een onachtzaamheid, dan de bewaarder, die alleen in geval van diefstal tot vergoeding verplicht is.

6. Daglooners, die hun arbeid verhuren, zijn armen, die door hun arbeid in hun dagelijksch onderhoud moeten voorzien, en daarom heeft de Wet bepaald, dat aan hen terstond hun loon moet worden uitgekeerd, opdat ze geen gebrek lijden in hun onderhoud. Zij daarentegen die andere dingen verhuren, zijn gewoonlijk rijk, en hebben den huurprijs niet noodig voor hun dagelijksch onderhoud. Daarom ligt er geen gelijkheid in beide gevallen.

7. Hiertoe zijn er onder de menschen rechters aangesteld om, wat onder de menschen twijfelachtig kan zijn met betrekking tot de

---

si esset captum ab hostibus, vel si esset comestum a bestia; in quo tamen casu tenebatur deferre ad dominum animalis id, quod de animali occiso supererat; in aliis autem supradictis casibus nihil reddere tenebatur, sed solum ad expurgandum suspicionem fraudis tenebatur juramentum praestare. Alio modo poterat perdi ex causa evitabili, puta per furtum, et tunc propter negligentiam custodis reddere tenebatur. Sed, sicut dictum est [in resp. ad 4.], ille qui mutuo accipiebat animal, tenebatur reddere, etiamsi debilitatum aut mortuum fuisset in ejus absentia; de minori enim negligentia tenebatur quam depositarius, qui non tenebatur nisi de furto.

Ad SEXTUM dicendum, quod mercenarii, qui locant operas suas, pauperes sunt, de laboribus suis victum quaerentes quotidianum, et ideo lex provide ordinavit, ut statim eis merces solveretur, ne victus eis deficeret. Sed illi, qui locant alias res, divites esse consueverunt, nec ita indigent locationis pretio ad suum victum quotidianum, et ideo non est eadem ratio in utroque.

Ad SEPTIMUM dicendum, quod judices ad hoc inter homines constituuntur,

rechtvaardigheid, nader te bepalen. Iets nu kan op twee manieren twijfelachtig zijn : ten eerste, voor de eenvoudige lieden, en om dezen twijfel op te heffen wordt er in het Boek *Deuteronomium* (16, 18) bevolen, dat er *rechters en overheden moeten worden aangesteld over al de stammen, opdat zij het volk richten met rechtvaardig gericht.* Ten tweede kan het gebeuren, dat iets ook voor de ervarenen twijfelachtig is, en om dezen twijfel op te lossen heeft de Wet bepaald, dat allen zouden samenkomen op een voorname plaats, door God uitgekozen, waar zoowel de Hoogepriester zou zijn, die den twijfel aangaande de ceremoniën van den eeredienst moet oplossen, en de hoogste Rechter van het volk, die de twijfels, die tot de rechterlijke uitspraken der menschen behooren, moet oplossen, gelijk men ook nu met betrekking tot rechtszaken in hooger beroep kan gaan van de laagste rechters tot de hoogste. Vandaar wordt er in het Boek *Deuteronomium* (17, 8 vv.) gezegd: « *Indien gij bemerkt, dat de rechtspraak bij u moeilijk en twijfelachtig is, en gij ziet, dat de woorden der rechters buiten uwe poorten verschillen, ga dan op naar de plaats, welke de Heer zal uitkiezen, en gij zult komen tot de priesters van Levi's geslacht en tot den rechter, die er te dien tijde wezen zal.* » Dergelijke twij-

---

8. PRÆTEREA, inter virum et uxorum, sicut est maxima familiaritas, ita debet esse fides firmissima; sed hoc non potest esse, si matrimonium dissolubile fuerit; inconvenienter igitur Dominus permisit Deuteron. 24 [v. 1-4]; quod aliquis posset uxorem dimittere scripto libello repudii; et quod etiam ulterius eam recuperare non posset.

9. PRÆTEREA, sicut uxor potest frangere fidem marito, ita etiam servus

Welnu voor het opsporen van een onrechtvaardigheid van een slaaf ten opzichte van zijn meester, of van een zoon ten opzichte van zijn vader is in de Wet geen offer bepaald. Dus schijnt het spijsoffer der ijverzucht tot navorsching van echtbreuk der vrouw een overvloedige bepaling van de wet. (Vgl. *Numeri*, 5, 12 vv.). Zoo blijkt het, dat er in de Wet ongepaste bepalingen staan met betrekking tot de huiselijke samenleving.

Maar daartegenover staat het gezegde in *Psalm* 18, 10 : « *De uitspraken des Heeren zijn waar, en rechtvaardig in zichzelve.* »

LEERSTELLING. — Zooals de Wijsgeer zegt in het I^e^ Boek der *Politica* (I^e^ H.) betrekt zich de huiselijke samenleving op de dagelijks terugkeerende daden, die geordend zijn tot de noodwendigheden van het leven. Welnu het leven van den mensch wordt op twee manieren onderhouden : ten eerste met betrekking tot den enkeling, om nl. den mensch in het leven te houden; en tot zulk een onderhouding van het leven zijn voor den mensch uiterlijke goederen noodig, waarvan de mensch kleeding en voedsel heeft en andere dergelijke levensbehoeften, voor het bestuur waarvan den mensch slaven noodig heeft. Ten tweede wordt het leven van den mensch onderhouden met betrekking tot de scort, nl.

---

domino et filius patri; sed ad investigandam injuriam servi in dominum, vel filii in patrem non est institutum in lege aliquod sacrificium; superflue igitur videtur institui, sacrificium zelotypiae ad investigandum uxoris adulterium Num. 5 [v. 12 sqq.]; sic igitur inconvenienter videntur esse tradita in lege praecepta judicialia circa personas domesticas.

SED CONTRA est, quod dicitur in Psal. 18 [v. 10]: « Judicia Domini vera, justificata in semetipsa. »

RESPONDEO dicendum, quod communio domesticarum personarum ad invicem, ut Philosophus dicit in 1. Polit. [cap. 1], est secundum quotidianos actus, qui ordinantur ad necessitatem vitae. Vita autem hominis conservatur dupliciter : uno modo quantum ad individuum, prout scilicet homo idem numero vivit; et ad talem vitae conservationem opitulantur hominis exteriora bona, ex quibus homo habet victum et vestitum, et alia hujusmodi necessaria vitae, in quibus administrandis indiget homo servis. Alio modo conser-

door de voortbrenging, waarvoor een man een vrouw noodig heeft, om bij haar een zoon te verwekken.

Zoodus zijn er in de huiselijke samenleving drie combinaties, nl. van heer tot slaaf, van man tot vrouw, en van vader tot zoon. En met betrekking tot dit alles heeft de Oude Wet geschikte voorschriften gegeven. Want met betrekking tot de slaven bepaalde zij, dat ze bescheiden moesten behandeld worden, ten eerste wat het werk betreft, dat ze niet met ongeregeld werk mochten worden onderdrukt. Vandaar beval de Heer (*Deuteronomium*, 5, 14), dat *op den Sabbath uw slaaf en uw dienstmaagd zou rusten gelijk ook gij*. Ook wat betreft het opleggen van straffen. Want zij legde aan dengene, die zijn slaven verwondde, op, dat hij ze als vrij moest wegzenden, zooals staat in het Boek *Exodus* (21, 26-27), en hetzelfde bepaalde zij voor de dienstmaagd, die door iemand tot vrouw genomen werd. Ook gaf zij bijzondere bepalingen voor de slaven, die tot het Joodsche volk behoorden, dat zij in het zevende jaar als vrije mochten uitgaan met alles wat ze meegebracht hadden, tot zelfs de kleederen, zooals staat in het Boek *Exodus* (21, 2 vv.). Bovendien werd in het Boek *Deuteronomium* (15, 13 v.) bepaald, dat men hen dan reisbenoodigheden zou geven.

---

vatur vita hominis secundum speciem per generationem, ad quam indiget homo uxore, ut ex ea generet filium.

Sic igitur in domestica communione sunt tres combinationes, scilicet domini ad servum, viri ad uxorem, patris ad filium, et quantum ad omnia ista lex vetus convenientia praecepta tradidit. Nam quantum ad servos instituit, ut modeste tractarentur, et quantum ad labores, ne scilicet immoderatis laboribus affligerentur : unde Deut. 5 [v. 14] Dominus mandavit, ut in die sabbati requiesceret servus, et ancilla tua, sicut et tu. Iterum quantum ad poenas infligendas : imposuit enim mutilatoribus servorum, ut dimitterent eos liberos, sicut habetur Exod. 21 [v. 26 sq.], et simile etiam statuit in ancilla, quam in uxorem aliquis duxerit. Statuit etiam specialiter circa servos qui erant ex populo, ut septimo anno liberi egrederentur cum omnibus quae apportaverant, etiam vestimentis, ut habetur Exod. 21 [v. 2 sqq.]. Mandatur etiam insuper Deuter. 15 [v. 13 sq.] ut ei detur viaticum.

Met betrekking tot de vrouw, stond in de Wet bepaald aangaande het ten huwelijk nemen van een vrouw, dat men vrouwen moest nemen van zijn eigen stam, gelijk staat in het Boek *Numeri* (laatste Hoofdst.), en wel opdat de loten van den stam niet zouden samenkomen; en dat iemand de vrouw van zijn zonder kinderen gestorven broeder tot vrouw moest nemen, zooals staat in het Boek *Deuteronomium* (25, 5-6), en wel opdat hij, die geen nakomelingen kon hebben naar het vleesch, ze minstens zou hebben door een zekere aanname, en aldus de gedachte aan den gestorvene niet geheel zou worden uitgedelgd. Ook verbood de Wet, dat sommige personen ten huwelijk genomen werden, nl. de vreemdelingen, om het gevaar van verleiding, en bloedverwanten, om den natuurlijken eerbied, die men hen verschuldigd is. Ook bepaalde zij, hoe men de reeds gehuwde vrouwen moest behandelen, dat men hen nl. niet licht mocht onteeren. Vandaar werd er bevolen, dat hij gestraft moest worden, die zijn vrouw zonder grond beschuldigde, zooals staat in het Boek *Deuteronomium* (22, 13 vv.), en dat de zoon om den haat voor de vrouw geen letsel mocht ondergaan, zooals staat in het Boek *Deuteronomium* (21, 15 v.), en ook dat de vrouw uit haat niet mag worden onderdrukt, maar dat men haar veeleer met een scheidsbrief moet wegzenden, zoo-

---

Circa uxores vero statuitur in lege, quantum ad uxores ducendas, ut scilicet ducant uxores suae tribus, sicut habetur Num. ult., et hoc ideo, ne sortes tribuum confundantur; et quod aliquis in uxorem ducat uxorem fratris defuncti sine liberis, ut habetur Deut. 25 [v. 5 sq.], et hoc ideo, ut ille qui non potuit habere successores secundum carnis originem, saltem habeat per quamdam adoptionem, et sic non totaliter memoria defuncti deleatur. Prohibuit etiam quasdam personas, ne in conjugium ducerentur, scilicet alienigenas propter periculum seductionis, et propinquas propter reverentiam naturalem, quae eis debetur. Statuit etiam qualiter uxores jam ductae tractari deberent, ut scilicet non leviter infamarentur: unde mandatur punire ille, qui falso crimen imponit uxori, ut habetur Deuter. 22 [v. 13 sqq.], et quod etiam propter uxoris odium filius detrimentum non pateretur, ut habetur Deuter 21 [v. 15 sqq.]. Et etiam quod propter odium uxorem non affligeret, sed potius scripto libello eam dimitteret, ut patet Deut. 24 [v. 1]. Et ut etiam major dilectio inter

als blijkt uit het Boek *Deuteronomium* (24, 1). En opdat er een grootere liefde tusschen man en vrouw zou zijn, werd er (t. a. pl. v. 5) bevolen, dat wanneer iemand pas gehuwd was, men hem met geen openbare bediening mocht belasten, opdat hij zich vrij zou kunnen verheugen met zijn vrouw.

Omtrent de zonen bepaalde de Wet, dat de vader hen tucht moest opleggen door hen in het geloof te onderrichten; vandaar wordt er in het Boek *Exodus* (12, 26) gezegd : « *Wanneer uwe kinderen tot u zullen zeggen : Wat is deze Godsdienstviering? dan zult gij hun zeggen : Het is het offer van den voorbijgang des Heeren* »; en ook dat zij hen in de zeden zouden onderrichten; vandaar wordt er in het Boek *Deuteronomium* (21, 20) gezegd, dat de vaders moeten zeggen : « *Naar onze vermaningen weigert hij te hooren; hij geeft zich over aan slemppartijen en wellustigheid en feestgelagen.* »

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Daar de zonen van Israël door den Heer van slavernij bevrijd waren en daardoor onder de slavernij van den Heer gekomen waren, wilde de Heer niet, dat zij voor altijd slaven zouden zijn. Vandaar wordt er in het Boek *Leviticus* (25, 39 vv.) gezegd : « *Indien uw broeder zich, door armoede gedwongen, aan u verkoopt, zult gij hem niet met de dienstbaarheid der slaven verdrukken, maar als een dag-*

---

conjuges a principio contrahatur, praecipitur [ibid., v. 5], quod cum aliquis nuper uxorem acceperit; nihil ei publicae necessitatis injungatur, ut libere possit laetari cum uxore sua.

Circa filios autem instituit, ut patres eis disciplinam adhiberent, instituendo eos in fide; unde dicitur Exod. 12 [v. 26] : « Cum dixerint vobis filii vestri: quae est ista religio, dicetis eis : Victima transitus Domini est »; et quod etiam instituerent eos in moribus; unde dicitur Deut. 21 [v. 20], quod patres dicere debent: « Monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat et luxuriae atque conviviis. »

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia filii Israël erant a Domino de servitute liberati, et per hoc divinae servituti addicti, noluit Dominus, ut in perpetuum servi essent: unde dicitur Levit. 25 [v. 39 sqq.]: « Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes servitute famulo-

looner en pachter zal hij zijn. Want mijne dienstknechten zijn zij en Ik heb hen uitgevoerd uit het land Egypte; en zij mogen niet als slaven verkocht worden. » Daar zij dus geen volledige slaven waren, maar slechts onder een bepaald opzicht, moesten zij na een bepaalden tijd worden vrijgelaten.

2. Dit gebod wordt verstaan van een slaaf, die door den meester wordt gezocht om gedood te worden of om hem te helpen om kwaad te bedrijven.

3. Omtrent de kwetsingen, de slaven aangedaan, schijnt de Wet in aanmerking te nemen, of het zeker is, of onzeker. Want indien de kwetsing zeker was, legde de Wet een straf op, en wel voor verwonding het verlies van den slaaf, aan wien de vrijheid moest gegeven worden. Voor den dood echter, de straf op manslag gesteld, wanneer de slaaf onder de slagen van zijn meester stierf. Indien de kwetsing niet zeker was, maar alleen waarschijnlijk, dan legde de Wet geen straf op in geval van een eigen slaaf, b. v. wanneer de geslagen slaaf niet onmiddellijk stierf, maar na enkele dagen. Dan immers was het onzeker, of hij ten gevolge van het slaan gestorven was, want indien men een vrije man zou geslagen hebben, echter zóó, dat hij niet terstond stierf,

---

rum, sed quasi mercenarius et colonus erit : mei enim sunt servi, et ego eduxi eos de terra Aegypti, ut non veneant conditione servorum », et ideo, quia simpliciter servi non erant, sed secundum quid, finito tempore, dimittebantur liberi.

AD SECUNDUM dicendum, quod mandatum illud intelligitur de servo, qui a domino quaeritur ad occidendum, vel ad aliquod peccati ministerium.

AD TERTIUM dicendum, quod circa laesiones servis illatas lex considerasse videtur, utrum sit certa, vel incerta: si enim laesio certa esset, lex poenam adhibuit; pro mutilatione quidem amissionem servi, qui mandabatur libertate donandus, pro morte autem homicidii poenam, cum servus in manu domini verberantis moreretur; si vero laesio non esset certa, sed aliquam apparentiam haberet, lex nullam poenam infligebat in proprio servo, puta cum percussus servus non statim moriebatur, sed post aliquos dies: incertum enim erat, utrum ex percussione mortuus esset, quia si percussisset liberum hominem, ita tamen quod statim non moreretur, sed super baculum suum

maar met zijn stok zou wandelen, dan zou hij die geslagen had, niet schuldig zijn aan doodslag, zelfs al zou die man later sterven; echter was hij gehouden de onkosten te betalen, die de geslagene voor den dokter had gemaakt. Maar dit zou niet plaats hebben in geval van een eigen slaaf, omdat alles wat de slaaf had en zelfs de persoon van de slaaf, eigendom was van den meester. Ook wordt voor oorzaak aangegeven waarom hij niet onderworpen was aan de straf van vergoeding, omdat het *zijn geld* was.

4. Geen enkele Jood kon een Jood bezitten, als slaaf, zonder meer, maar alleen als slaaf onder een bepaald opzicht, nl. als een huurling tot bepaalden tijd, zooals (in het 1e Antwoord) gezegd is. Op die wijze stond de Wet toe, dat iemand in geval van armoede zijn zoon of dochter mocht verkoopen. En dit beteekenen ook de woorden van de Wet zelf. Immers zij zeide : « *Indien iemand zijn dochter als dienstmaagd verkoopt, zal zij niet uitgaan, gelijk de slavinnen gewoonlijk uitgaan.* » Zoo kon iemand niet alleen zijn zoon, maar ook zichzelf verkoopen, meer als huurling dan als slaaf, overeenkomstig het Boek *Leviticus* (25, 39-40) : « *Indien uw broeder zich door armoede gedwongen aan u verkoopt, zult gij hem niet met de*

---

ambularet, non erat homicidii reus qui percusserat, etiamsi postea moreretur; tenebatur tamen ad impensas solvendas, quas percussus in medicos fecerat. Sed hoc in servo proprio locum non habebat, quia quidquid servus habebat, et etiam ipsa persona servi, erat quaedam possessio domini; et ideo pro causa assignatur, quare non subjaceat poenae pecuniariae, quia pecunia illius est.

Ad quartum dicendum, quod, sicut dictum est [in sol. 1. arg.], nullus Judaeus poterat possidere Judaeum quasi simpliciter servum, sed erat servus secundum quid, quasi mercenarius usque ad tempus; et per hunc modum permittebat lex, quod, paupertate cogente, aliquis filium vel filiam venderet, et hoc etiam verba ipsius legis ostendunt; dicit enim : « Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur, sicut exire ancillae consueverunt. » Per hunc etiam modum non solum filium suum. sed etiam seipsum aliquis vendere poterat, magis quasi mercenarium, quam quasi servum, secundum illud Levit. 25 [v. 39 sq.] : « Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non

dienstbaarheid der slaven verdrukken, maar als een daglooner en pachter zal hij zijn. »

5. De vaderlijke macht strekt zich volgens den Wijsgeer (X^e^ Boek der *Ethica*, IX^e^ H.) alleen uit tot vermanen, en niet tot dwang, waardoor de opstandigen en weerspannigen kunnen onderdrukt worden. Daarom beval de Wet in dat geval, dat de weerspannige zoon door de voornaamsten der stad zou gestraft worden.

6. De Heer heeft verboden met vreemdelingen te huwen, om het gevaar van verleiding, opdat de Joden nl. niet tot afgoderij zouden verleid worden. Bijzonder verbood Hij dit voor die volkeren, die in de omgeving woonden, voor wie het meer waarschijnlijk was, dat zij hun eeredienst zouden blijven onderhouden. Indien echter een vrouw den afgodendienst vaarwel wilde zeggen en zich aan de onderhouding der Wet wilde overgeven, kon zij ten huwelijk genomen worden, gelijk blijkt uit Ruth, die Booz tot vrouw nam. Vandaar zeide zij tot haar schoonmoeder : « *Uw volk is mijn volk; uw God, mijn God.* » (Vgl. *Ruth*, 1. 16). Evenzoo was het verboden een gevangen vrouw tot echtgenoote te nemen, tenzij eerst haar haren geschoren en haar nagels gekort

---

eum opprimes servitute famulorum, sed quasi mercenarius et colonus erit. »

Ad QUINTUM dicendum, quod, sicut Philosophus dicit in 10. Ethicor. [cap. 9], principatus paternus habet solum admonendi potestatem, non autem habet vim coactivam, per quam rebelles et contumaces comprimi possunt; et ideo in hoc casu lex mandabat, ut filius contumax a principibus civitatis puniretur.

Ad SEXTUM dicendum, quod Dominus alienigenas prohibuit in matrimonium duci propter periculum seductionis, ne inducerentur in idololatriam; et specialiter hoc prohibuit de illis gentibus, quae in vicino habitabant, de quibus erat magis probabile quod suos ritus retinerent. Si qua vero idololatriae cultum dimittere vellet, et ad legis cultum se transferre, poterat in matrimonium duci, sicut patet de Ruth, quam duxit Booz in uxorem : unde ipsa dixerat socrui suae : « Populus tuus, populus meus; Deus tuus, Deus meus », ut habetur Ruth 1 [v. 16]; et ideo captiva non aliter permittebatur in uxorem duci, nisi prius rasa caesarie, et circumcisis unguibus, et deposita veste

waren, en zij, na haar kleed, waarin zij gevangen genomen was, afgelegd te hebben, haar vader en moeder beweend had, waardoor de eeuwige verwerping der afgoderij werd aangeduid.

7. Omdat, zooals Chrysostomus zegt (XLIX^e *Homelie op Mattheus*), *bij de Joden, die alles deden voor dit leven, de dood een onlenigbaar kwaad was, was dit voor hen vastgesteld, opdat een zoon geboren zou worden uit den broeder van den overledene, wat een zekere leniging was van den dood.* Echter werd alleen aan den broeder of aan een bloedverwant bevolen de vrouw van den overledene te nemen, omdat men het kind, dat uit een andere verbintenis geboren zou worden, niet zoo gemakkelijk voor den zoon van den gestorvene zou aanzien. Ook had een vreemde er niet zulk een belang bij, dat het huis van den overledene bestendigd zou worden, dan de broeder, die er krachtens bloedverwantschap reeds toe verplicht was. Hieruit blijkt, dat de broeder door de vrouw van zijn broeder te nemen, de plaats van den persoon van zijn overleden broeder innam.

8. De Wet stond de scheiding van de vrouw toe, niet omdat het zonder meer rechtvaardig was, maar om de hardheid der Joden, gelijk de Heer zegt (*Mattheus*, 19, 8). Hierover echter moet vollediger gehandeld worden bij het huwelijk.

---

in qua capta est, et fleret patrem et matrem, per quae significatur idololatriae perpetua abjectio.

AD SEPTIMUM dicendum, quod, sicut Chrysostomus dicit super Matth. [hom. 49], quia immitigabile malum erat mors apud Judaeos, qui omnia pro praesenti vita faciebant, statutum fuit, ut defuncto filius nasceretur ex fratre, quod erat quaedam mortis mitigatio; non autem alius, quam frater vel propinquus jubebatur accipere uxorem defuncti, quia non ita crederetur, qui ex tali conjunctione erat nasciturus, esse ejus filius qui obiit; et iterum extraneus non ita haberet necessitatem statuere domum ejus qui obierat, sicut frater, cui etiam ex cognatione hoc facere justum erat; ex quo patet, quod frater in accipiendo uxorem fratris sui, persona fratris sui defuncti fungebatur.

AD OCTAVUM dicendum, quod lex permisit repudium uxoris, non quia simpliciter justum esset, sed propter duritiam Judaeorum, ut Dominus dicit

9. De vrouwen breken gemakkelijk de trouw in het huwelijk door overspel om het genot, en verborgen, omdat gelijk *Job* zegt (24, 15), *het oog van de overspelige de duisternis zoekt*. Echter is er geen gelijke reden voor den zoon met betrekking tot den vader, of voor den slaaf me betrekking tot zijn heer, omdat dergelijke ontrouw niet voorkomt uit zulk een genotzucht, maar eerder uit boosheid, die niet zoo verborgen kan blijven als de ontrouw van een overspelige vrouw.

Matt. 19 [v. 8]; sed de hoc oportet plenius tractari, cum de matrimonio agetur.

AD NONUM dicendum, quod uxores fidem matrimonii frangunt per adulterium, et de facili propter delectationem, et latenter, quia oculus adulteri observat caliginem, ut dicitur Job 24 [v. 15]; non autem est similis ratio de filio ad patrem, vel de servo ad dominum, quia talis infidelitas non procedit ex tali concupiscentia delectationis, sed magis ex malitia, quae non potest ita latere, sicut infidelitas mulieris adulterae.

HONDERD EN ZESDE KWESTIE.

OVER DE EVANGELISCHE WET, DIE NIEUWE WET GENOEMD WORDT, OP ZICHZELF BESCHOUWD.

(Vier Artikelen.)

Na de behandeling van de Oude Wet, moeten we overgaan tot de behandeling van de Evangelische Wet, die Nieuwe Wet genoemd wordt, en wel ten eerste over de Nieuwe Wet op zichzelf; ten tweede, over de Nieuwe Wet in vergelijking tot de Oude, en ten derde, over de voorschriften daarin vervat.

Met betrekking tot het eerste stellen we vier vragen :

1) Over het *hoe* der Nieuwe Wet, nl. of ze geschreven of aangeboren is.

2) Over haar kracht, nl. of ze rechtvaardig maakt.

3) Over haar begin, nl. of ze bij het begin der wereld had moeten gegeven worden.

4) Over haar eindterm, nl. of ze zal duren tot aan het einde, of door een andere wet zal vervangen worden.

QUÆSTIO CVI.

DE LEGE EVANGELICA, QUAE LEX NOVA DICITUR, SECUNDUM SE.

Consequenter considerandum est de Lege Evangelii, quae dicitur lex nova, et primo de ipsa secundum se; secundo de ipsa per comparationem ad legem veterem; tertio de his, quae in lege nova continentur.

Circa primum quaeruntur quatuor: 1. Qualis sit: utrum scilicet sit scripta, vel indita. — 2. De virtute ejus: utrum justificet. — 3. De principio ejus : utrum debuerit dari a principio mundi. — 4. De termino ejus : utrum scilicet sit duratura usque ad finem, an debeat ei alia lex succedere.

I° ARTIKEL.

Is de Nieuwe Wet een geschreven wet?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet een geschreven wet is. — 1. De Nieuwe Wet immers is het Evangelie zelf. Welnu het Evangelie is neergeschreven, volgens het woord van *Johannes* (20, 31) : « *Dit nu is geschreven opdat gij zoudt gelooven.* » Dus is de Nieuwe Wet een geschreven wet.

2. De aangeboren wet is de natuurwet, overeenkomstig het woord van den Apostel in zijn *Brief aan de Romeinen* (2, 14, v.) : « *Zij* (nl. de heidenen), *in wier hart de geboden der wet geschreven staan, doen natuurlijker wijze wat in de Wet staat.* » Indien dus de wet van het Evangelie een aangeboren wet zou zijn, zou ze niet verschillen van de natuurwet.

3. De wet van het Evangelie is eigen aan diegenen, die leven in den tijd van het Nieuwe Testament. Welnu de aangeboren wet hebben zij, die in het Nieuwe Verbond leven, gemeen met diegenen, die in het Oude Verbond leefden. Wij lezen immers in

---

ARTICULUS I.

Utrum lex nova sit lex scripta.

[Infr. art. 2. et 3. et q. 107. art. 1. ad 2. et 3. et q. 108. art. 1. ad 1. et Quodl. 4. art. 13. corp.].

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex nova sit lex scripta : lex enim nova est ipsum Evangelium; sed Evangelium est descriptum, Joan. 20 [v. 31] : « Haec autem scripta sunt, ut credatis. » Ergo lex nova est lex scripta.

2. PRÆTEREA, lex indita est lex naturae, secundum illud Rom. 2. [v. 14 sq.] : « Naturaliter en quae legis sunt faciunt, qui habent opus legis scriptum in cordibus suis. ». Si igitur lex Evangelii esset lex indita, non differret a lege naturae.

3. PRÆTEREA, lex Evangelii propria est eorum, qui sunt in statu novi testamenti; sed lex indita communis est, et eis qui sunt in novo testamento,

het Boek der *Wijsheid* (7, 27), dat *de goddelijke Wijsheid door de volkeren in heilige zielen overgaat, en ze tot vrienden en profeten van God maakt.* Dus is de Nieuwe Wet geen aangeboren wet.

Maar daartegenover staat, dat de Nieuwe Wet de wet van het Nieuwe Verbond is. Welnu de wet van het Nieuwe Verbond is in de harten gelegd. De Apostel immers zegt in zijn *Brief aan de Hebreërs* (8, 8-10), terwijl hij zich beroept op *Jeremias* (31, 31-33) : « Zie de dagen zullen komen, zegt de Heer, dat ik het Nieuw Verbond aan het huis van Israël en het huis van Juda zal voltrekken », daar aan toevoegende als verklaring : « *Daar dit het Verbond is, dat Ik voor het huis van Israël zal bereiden, dat Ik, terwijl Ik hen mijne wetten gegeven heb, zal griffen in hun hart en in hun geest.* » Dus is de Nieuwe Wet een aangeboren wet.

LEERSTELLING. — Zooals de Wijsgeer zegt in het negende Boek der *Ethica* (VIII[e] H.), *is ieder ding datgene, wat er het voornaamste van is.* Welnu datgene wat in de Wet van het Nieuw Verbond het voornaamste is, en waarin haar geheele kracht bestaat, is de genade van den H. Geest, die door het geloof van Christus gegeven wordt. Daarom is de Nieuwe Wet hoofdzakelijk de genade zelf van den H. Geest, die aan de geloovigen in Christus gegeven wordt. Dit blijkt duidelijk uit het gezegde van den

---

et eis qui sunt in veteri testamento : dicitur enim Sap. 7 [v. 27], quod « divina sapientia per nationes in animas sanctas se transfert; amicos Dei et prophetas constituit. » Ergo lex nova non est lex indita.

SED CONTRA est, quod lex nova est lex novi testamenti; sed lex novi testamenti est indita in corde: Apostolus enim ad Hebr. 8 [v. 8, 10], inducens auctoritatem, quae habetur Hierem. 31 [v. 31, 33] : Ecce dies venient, dicit Dominus et consummabo super domum Israël, et super domum Juda testamentum novum, et exponens, quod sit hoc testamentum, dicit : « Quia hoc est testamentum, quod disponam domui Israël, dando leges meas in mentes eorum, et in corda eorum superscribam eas. » Ergo lex nova est lex indita.

RESPONDEO dicendum, quod unaquaeque res illud videtur esse, quod in ea est potissimum, ut Philosophus dicit in 9. Ethic. [cap. 8.] ; id autem, quod est potissimum in lege novi testamenti, et in quo tota virtus ejus consistit, est gratia Spiritus Sancti, quae datur per fidem Christi; et ideo principaliter lex

Apostel in zijn *Brief aan de Romeinen* (3, 27) : « *Waar blijft dan de grootsprekerij? — Zij is uitgesloten. — Door welke wet? Door die der werken? — Neen, maar door de wet van het geloof.* » (De genade van het geloof wordt zelf wet genoemd.) En in denzelfden Brief (8, 2) wordt uitdrukkelijk gezegd : « *De wet van den geest des levens in Christus Jesus heeft u bevrijd van de wet der zonde en des doods.* » Vandaar zegt ook Augustinus in zijn Boek *Over den geest en de letter* (XVII[e] en XXVI[e] H.), dat, *gelijk de wet der feiten geschreven was op steenen tafelen, zoo ook de wet van het geloof geschreven is in de harten der geloovigen;* en elders zegt hij in hetzelfde Boek (XXI[e] H.) : « *Wat zijn de wetten van God, die door Hem in de harten geschreven zijn, anders, dan de tegenwoordigheid van den H. Geest?* »

De Nieuwe Wet bevat echter dingen, die als het ware de geschiktheid geven tot de genade van den H. Geest, en die behooren tot het gebruik er van. Deze zijn secundair aan de Nieuwe Wet. Hieromtrent moeten de geloovigen van Christus onderricht worden, mondeling en schriftelijk, zoowel met betrekking tot de dingen, die geloofd, als met betrekking tot de dingen, die gedaan moeten worden. Volgens dit alles moet men dus zeggen, dat de Nieu-

---

nova est ipsa gratia Spiritus Sancti, quae datur Christifidelibus. Et hoc manifeste apparet per Apostolum, qui ad Rom. 3 [v. 27] dicit : « Ubi est ergo gloriatio tua? exclusa est; per quam legem? factorum? Non, sed per legem fidei » : ipsam enim fidei gratiam legem appellat; et expressius ad Rom. 8 [v. 2] dicitur: « Lex spiritus vitae in Christo Jesu liberavit me a lege peccati, et mortis » ; unde et Augustinus dicit in lib. de Spir. et Lit. [cap. 17. et 26.], quod sicut lex factorum scripta fuit in tabulis lapideis, ita lex fidei scripta est in cordibus fidelium. Et alibi dicit in eodem lib. [cap. 21.] : « Quae sunt leges Dei, ab ipso Deo scriptae in cordibus, nisi ipsa praesentia Spiritus Sancti? »

Habet tamen lex nova quaedam sicut dispositiva ad gratiam Spiritus Sancti, et ad usum hujus gratiae pertinentia, quae sunt quasi secundaria in lege nova; de quibus oportuit instrui fideles Christi et verbis, et scriptis, tam circa credenda quam circa agenda; et ideo dicendum est, quod principaliter lex nova est lex indita, secundario autem est lex scripta.

we Wet op de eerste plaats een aangeboren wet is, en slechts op de tweede plaats een geschreven wet.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. In het Evangelie zijn slechts die dingen vervat, die betrekking hebben op de genade van den H. Geest, zoowel voor zoover ze een geschiktheid geven, als voor zoover ze een orde zeggen tot het gebruik van die genade. Voor zoover ze een geschiktheid geven, moeten we onderscheid maken: ze geven nl. een geschiktheid met betrekking tot het verstand, door het geloof, waardoor de genade van den H. Geest gegeven wordt, en zóó zijn in het Evangelie die dingen vervat, die betrekking hebben op de manifestatie der Godheid of der menschheid van Christus; met betrekking tot het streefvermogen geven die dingen een geschiktheid, die betrekking hebben op de verachting der wereld, waardoor de mensch geschikt wordt om de genade van den H. Geest te ontvangen. De wereld immers, d. i. : de minnaars der wereld, kan den H. Geest niet vatten, zooals staat bij *Joannes* (14, 17). Maar het gebruik der geestelijke genade ligt in de deugddaden, waartoe de H. Schrift de menschen op vele manieren aanspoort.

2. Op twee manieren kan den mensch iets aangeboren zijn. Ten eerste, in zoover iets behoort tot de menschelijke natuur, en in dien zin is de natuurwet den mensch aangeboren. Ten tweede

---

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in Scriptura Evangelii non continentur nisi ea, quae pertinent ad gratiam Spiritus Sancti, vel sicut dispositiva, vel sicut ordinativa ad usum hujus gratiae; sicut dispositiva quidem, quantum ad intellectum, per fidem, per quam datur Spiritus Sancti gratia, continentur in Evangelia ea, quae pertinent ad minifestandam divinitatem vel humanitatem Christi; secundum affectum vero continentur in Evangelio ea, quae pertinent ad contemptum mundi, per quem homo fit capax Spiritus Sancti gratiae : Mundus enim, idest amatores mundi, non potest capere Spiritum Sanctum, ut habetur Joan. 14 [v. 17]. Usus vero spiritualis gratiae est in operibus virtutum, ad quae multipliciter Scriptura novi testamenti homines exhortatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod dupliciter est aliquid inditum homini: uno modo quasi pertinens ad naturam humanam: et sic lex naturalis est lex indita homini; alio modo est aliquid inditum homini, quasi superadditum per

kan den mensch iets aangeboren zijn, in zoover door een vrije gave iets aan de natuur wordt toegevoegd, en in dien zin is de Nieuwe Wet den mensch aangeboren, niet alleen door aan te toonen wat gedaan moet worden, maar ook door bij de vervulling er van te helpen.

3. Niemand heeft ooit de genade van den H. Geest gehad, dan door het geloof in Christus, hetzij impliciet, hetzij expliciet. Welnu door het geloof in Christus behoort de mensch tot het Nieuwe Verbond, en vandaar behoorden allen tot het nieuwe Verbond, aan wie Wet der Genade is aangeboren.

IIe ARTIKEL.

Maakt de Nieuwe Wet rechtvaardig?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet niet rechtvaardig maakt. — 1. Niemand immers wordt gerechtvaardigd, tenzij hij aan de Wet Gods gehoorzaamt, wat blijkt uit het gezegde van den Apostel in zijn *Brief aan de Hebreën* (5, 9) : « *Hij* (nl. Christus) *bezorgt de eeuwige zaligheid aan allen, die aan Hem gehoorzamen.* » Welnu niet altijd bewerkt het Evangelie,

---

gratiae donum : et hoc modo lex nova est indita homini, non solum indicans, quid sit faciendum, sed etiam adjuvans ad implendum.

AD TERTIUM dicendum, quod nullus unquam habuit gratiam Spiritus Sancti, nisi per fidem Christi explicitam vel implicitam; per fidem autem Christi pertinet homo ad novum testamentum; unde quibuscumque fuit lex gratiae indita, secundum hoc ad novum testamentum pertinebant.

ARTICULUS II.

Utrum lex nova justificet.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod lex nova non justificet : nullus enim justificatur, nisi legi Dei obediat, secundum illud ad Hebr. 5 [v. 9] : « Factus est, scilicet Christus, omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeternae. » Sed Evangelium non semper hoc operatur, quod homines

dat de mensch er aan gehoorzaamt, wat blijkt uit den *Brief aan de Romeinen* (10, 16) : « *Niet allen gehoorzamen aan het Evangelie.* » Dus maakt de Nieuwe Wet niet rechtvaardig.

2. De Apostel toont aan, dat de Oude Wet niet rechtvaardig maakt, omdat bij haar komst de overtreding toenam. Dit blijkt uit den *Brief aan de Romeinen* (4, 15) : « *De Wet brengt toorn voort; waar geen wet is, kan ook geen overtreding zijn.* » Welnu de Nieuwe Wet heeft veel meer overtreding met zich medegebracht; immers een grootere straf verdient hij die onder de Nieuwe Wet nog zondigt, wat blijkt uit den *Brief aan de Hebreën* (10, 28-29) : « *Wie de Wet van Mozes overtreedt, moet zonder genade sterven op het woord van twee of drie getuigen. Hoeveel ergere straf meent gij dat iemand verdient, die den Zoon van God vertrapt heeft?* », enz. Dus maakt de Nieuwe Wet niet rechtvaardig, gelijk ook de Oude Wet niet.

3. Rechtvaardig maken is het eigen uitwerksel van God, wat blijkt uit den *Brief aan de Romeinen* (8, 33) : « *God is het, die rechtvaardig maakt.* » Welnu zoowel de Nieuwe Wet als de Oude Wet was van God. Dus maakt de Nieuwe Wet niet méér rechtvaardig dan de Oude.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in zijn

---

ei obediant : dicitur enim Rom. 10 [v. 16] : « Non omnes obediunt Evangelio. » Ergo lex nova non justificat.

2. PRÆTEREA, Apostolus probat ad Rom. quod lex vetus non justificabat, quia ea adveniente praevaricatio crevit : dicitur enim ad Rom. 4 [v. 15] : « Lex iram operatur : ubi enim non est lex, nec praevaricatio. » Sed multo magis lex nova praevaricationem addidit : majori enim poena est dignus, qui post legem novam datam adhuc peccat, secundum illud Heb. 10 [v. 28 sq.] : « Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit? » etc.; ergo lex nova non justificat, sicut nec vetus.

3. PRÆTEREA, justificare est proprius effectus Dei, secundum illud ad Rom. 8 [v. 33] : « Deus est, qui justificat. » Sed lex vetus fuit a Deo, sicut et lex nova; ergo lex nova non magis justificat, quam lex vetus.

Brief aan de Romeinen (1, 16) : « *Ik ben niet beschaamd over het Evangelie. Een kracht van God is het immers, tot zaligheid voor allen, die gelooven.* » Welnu er is geen zaligheid zonder rechtvaardigmaking. Dus maakt de Wet van het Evangelie rechtvaardig.

LEERSTELLING. — Gelijk (in het vorig Artikel) gezegd is, kunnen we in het Evangelie twee dingen onderscheiden. Ten eerste, iets wat er primair in is, nl. de genade zelf van den H. Geest, die innerlijk gegeven wordt, en met betrekking hiertoe maakt de Nieuwe Wet rechtvaardig. Vandaar zegt Augustinus in zijn Boek *Over den geest en de letter* (XVII^e^ H.) : « *Daar* (nl. in het Oude Verbond) *was de wet uiterlijk, waardoor de onrechtvaardigen werden afgeschrikt; hier* (nl. in de Nieuwe Wet) *is ze innerlijk, waardoor ze gerechtvaardigd worden.* » Ten tweede wordt iets secundair in de Wet van het Evangelie gevonden, nl. wat tot het geloof behoort, en de bevelen die het streefvermogen en de daden van den mensch ordenen, en met betrekking hiertoe maakt de Nieuwe Wet niet rechtvaardig. Vandaar zegt de Apostel in zijn *II^n^ Brief aan de Corinthiërs* (3, 6) : « *De letter maakt dood, de geest echter maakt levend* », en Augustinus verklaart in zijn Boek *Over den geest en de letter* (XIV^e^ en XVII^e^ H.), dat met de *letter*

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit ad Roman. 1 [v. 16] : « Non erubesco Evangelium : virtus enim Dei est in salutem omni credenti » ; non autem est salus nisi justificatis ; ergo lex Evangelii justificat.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut dictum est [art. praec.] ad legem Evangelii duo pertinent. Unum quidem principaliter, scilicet ipsa gratia Spiritus Sancti interius data ; et quantum ad hoc nova lex justificat ; unde Augustinus dicit in lib. de Spiritu et Litera [cap. 17] : « Ibi, scilicet in veteri testamento, lex extrinsecus est posita, qua injusti terrerentur ; hic, scilicet in novo testamento, intrinsecus data est, qua justificarentur. » Aliud pertinet ad legem Evangelii secundario, scilicet documenta fidei, et praecepta ordinantia affectum humanum et humanos actus ; et quantum ad hoc lex nova non justificat ; unde Apostolus dicit 2. ad Cor. 3 [v. 6] : « Litera occidit, spiritus autem vivificat », et Augustinus exponit in lib. de Spiritu et Litera [cap. 14. et 17.], quod per literam intelligitur quaelibet scriptura extra

bedoeld wordt ieder geschreven woord, dat buiten de menschen bestaat, ook de voorschriften op zedelijk gebied, gelijk die in het Evangelie vervat zijn; daarom zou ook de wet van het Evangelie doodmaken, wanneer de innerlijke gezondmakende genade van het geloof er niet bijkwam.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Deze opwerping gaat niet uit van datgene, wat primair is in de Nieuwe Wet, maar van datgene, wat er secundair in is, nl. van wat behoort tot het geloof en van de voorschriften, die aan de menschen gegeven worden, mondeling of schriftelijk.

2. Ofschoon de mensch de genade van het Nieuw Verbond heeft om niet te zondigen, bevestigt zij hem toch niet zoozeer in het goede, dat hij niet meer zou kunnen zondigen. Dit toch behoort tot den staat der glorie, en daarom verdient iemand, wanneer hij na het ontvangen van de genade van het Nieuw Verbond gezondigd heeft, een grootere straf, daar hij ondankbaar is voor grootere weldaden, en de hem gegeven hulp niet gebruikt. Maar daarom zegt de Apostel niet, dat de Nieuwe Wet *toorn voortbrengt*, want op zichzelf geeft zij voldoende hulp om niet te zondigen.

3. Een en dezelfde God heeft de Oude en de Nieuwe Wet

---

homines existens, etiam moralium praeceptorum, qualia continentur in Evangelio; unde etiam litera Evangelii occideret, nisi adesset interius gratia fidei sanans.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa objectio procedit de lege nova, non quantum ad id, quod est principale in ipsa, sed quantum ad id, quod est secundarium in ipsa, scilicet quantum ad documenta et praecepta exterius homini proposita, vel scripto, vel verbo.

AD SECUNDUM dicendum, quod gratia novi testamenti etsi adjuvet hominem ad non peccandum, non tamen ita confirmat in bono, ut homo peccare non possit; hoc enim pertinet ad statum gloriae; et ideo, si quis post acceptam gratiam novi testamenti peccaverit, majori poena est dignus, tamquam majoribus beneficiis ingratus, et auxilio sibi dato non utens; nec tamen propter hoc dicitur, quod lex nova iram operatur, quia, quantum est de se, sufficiens auxilium dat ad non peccandum.

AD TERTIUM dicendum, quod legem novam et veterem unus Deus dedit,

gegeven, maar op verschillende manier. Want de Oude Wet heeft Hij gegeven, geschreven op steenen tafelen; de Nieuwe Wet echter, op de vleeschelijke tafelen van het hart, gelijk de Apostel zegt in zijn *II^n Brief aan de Corinthiërs* (3, 3). En, zooals Augustinus zegt in zijn Boek *Over den geest en de letter* (XVIII^e H.), noemt de Apostel die buiten den mensch geschreven letter *de bedienaarster van de dood en van de verdoemenis;* de andere *letter*, nl. de wet van het Nieuw Verbond, noemt hij *de bedienaarster van den geest en van de gerechtigheid*, omdat wij door de gave van den Geest rechtvaardige werken doen en van de straf der zonde verlost worden.

III^e ARTIKEL.

Had de Nieuwe Wet bij het begin der wereld moeten gegeven worden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet bij het begin van de wereld had moeten gegeven worden. — 1. Immers

---

sed aliter et aliter, nam legem veterem dedit scriptam in tabulis lapideis; legem autem novam dedit scriptam in tabulis cordis carnalibus, ut Apostolus dicit 2. Cor. 3 [v. 3]: proinde sicut Augustinus dicit in lib. de Spiritu et Litera [cap. 18], literam istam extra hominem scriptam et ministrationem mortis, et ministrationem damnationis Apostolus appellat; hanc autem, scilicet novi testamenti legem, ministrationem spiritus et ministrationem justitiae dicit, quia per donum Spiritus operamur justitiam, et a praevaricationis damnatione liberamur.

ARTICULUS III.

Utrum lex nova debuerit dari a principio mundi.

[Supr. q. 91. art. 5. ad 2. et 5.]

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod lex nova debuerit dari a principio mundi : « Non enim est personarum acceptio apud Deum », dicitur ad

voorkeur naar het aangezicht bestaat bij God niet, zooals in den *Brief aan de Romeinen* (2, 11) wordt gezegd. Welnu « *allen hebben gezondigd en moeten den glans van God derven* », zooals in den *Brief aan de Romeinen* (3, 23) gezegd wordt. Dus had de Nieuwe Wet bij het begin der wereld moeten gegeven worden, opdat allen door haar zouden geholpen worden.

2. Evenals op verscheidene plaatsen verschillende menschen zijn, zoo ook op verschillende tijden. Welnu God *die wil, dat alle menschen zalig worden*, zooals in den *I*[n] *Brief aan Timotheus* (2, 4) gezegd wordt, heeft bevolen, dat het Evangelie op alle plaatsen gepredikt zou worden, zooals blijkt uit het laatste hoofdstuk van *Mattheus* en *Marcus*. Dus moest ook ten allen tijde de Wet van het Evangelie aanwezig zijn, zoodat zij bij het begin der wereld zou moeten gegeven zijn.

3. Het geestelijk heil, dat eeuwig is, is noodzakelijker voor den mensch dan het lichamelijk heil, dat tijdelijk is. Welnu God heeft van het begin der wereld af voorzien in die dingen, die noodig zijn voor het lichamelijk heil, door aan den mensch macht te geven over alles wat om hem geschapen is, zooals blijkt uit het Boek *Genesis* (1, 26-28). Dus moest de Nieuwe Wet, die absoluut noo-

---

Rom. 2 [v. 11]; sed omnes homines peccaverunt, et egent gratia (1) Dei, ut dicitur ad Rom. 3 [v. 23]; ergo a principio mundi lex Evangelii dari debuit, ut omnibus per eam subveniretur.

2. PRÆTEREA, sicut in diversis locis sunt diversi homines, ita etiam in diversis temporibus; sed Deus, qui vult omnes homines salvos fieri, ut dicitur 1. ad Timot. 2 [v. 4], mandavit Evangelium praedicari in omnibus locis, ut patet Matth. ult. et Marc. ult.; ergo omnibus temporibus debuit adesse lex Evangelii, ita quod a principio mundi daretur.

3. PRÆTEREA, magis est necessaria homini salus spiritualis, quae est aeterna, quam salus corporalis, quae est temporalis; sed Deus ab initio mundi providit homini ea, quae sunt necessaria ad salutem corporalem, tradens ejus potestati omnia, quae erant propter hominem creata, ut patet Gen. 1. [v. 26, 28]; ergo etiam lex nova, quae maxime est necessaria ad salutem spiritualem, debuit hominibus a principio mundi dari.

---

(1) gloria.

dig is voor het geestelijk heil, bij het begin der wereld gegeven zijn.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Apostel in den *I^n Brief aan de Corinthiërs* (15, 46) : « *Het geestelijke komt niet eerst, maar wat het bezielt.* » Welnu de Nieuwe Wet is uiterst geestelijk. Dus moest zij niet bij het begin der wereld gegeven worden.

LEERSTELLING. — Drie redenen kunnen aangegeven worden, waarom de Nieuwe Wet niet bij het begin der wereld had moeten gegeven worden. Ten eerste, omdat de Nieuwe Wet, zooals (in het eerste Artikel) gezegd is, in hoofdzaak de genade van den H. Geest is, die niet overmatig moest gegeven worden vóór de hinderpaal der zonde werd weggenomen van het menschelijk geslacht, wat gebeurd is, toen de verlossing door Christus voltrokken werd. Vandaar zegt *Johannes* (7, 49) : « *De geest was nog niet gegeven, daar Jesus nog niet verheerlijkt was.* » Die reden geeft de Apostel duidelijk aan in zijn *Brief aan de Romeinen* (8, 2 vv.), waar hij eerst spreekt over de wet van den geest des levens en er dan op volgen laat : « *Zijn eigen Zoon heeft Hij gezonden in de gelijkenis van het zondig vleesch, en om de zonden, en Hij heeft de zonden veroordeeld in het vleesch, opdat de rechtvaardigmaking door de wet tot stand zou komen in ons.* »

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit 1. ad Cor. 15 [v. 46]: « Non prius quod spirituale est, sed quod animale. » Sed lex nova est maxime spiritualis; ergo lex nova non debuit a principio mundi dari.

RESPONDEO dicendum, quod triplex ratio potest assignari, quare lex nova non debuit dari a principio mundi. Quarum prima est, quia lex nova sicut dictum est [art. 1. huj. q.], principaliter est gratia Spiritus Sancti, quae abundanter dari non debuit, antequam impedimentum peccati ab humano genere tolleretur, consummata redemptione per Christum; unde dicitur Joan. 7 [v. 49]: « Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus »; et hanc rationem manifeste assignat Apostolus ad Roman. 8 [v. 2 sqq.], ubi postquam praemiserat de lege spiritus vitae, subjungit : « Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis. »

De tweede reden kan gevonden worden in de volmaaktheid van de Nieuwe Wet. Niets immers wordt onmiddellijk bij het begin tot de hoogste volmaaktheid opgevoerd, maar geleidelijk aan, gelijk iemand eerst jongeling wordt, en later man. Deze reden geeft de Apostel aan in zijn *Brief aan de Galaten* (3, 24-25) : « *Zoo is dan de wet onze paedagoog geworden tot Christus, opdat wij door het geloof gerechtvaardigd zouden worden. Daar nu het geloof gekomen is, staan wij niet meer onder den paedagoog.* »

De derde reden ligt in het feit, dat de Nieuwe Wet de wet der genade is. En daarom moest de mensch eerst aan zichzelf overgelaten worden gedurende den tijd van de Oude Wet, opdat hij, door in de zonde te vallen, zijn eigen zwakheid zou erkennen en tot de overtuiging zou komen, dat hij de genade noodig heeft. Deze reden geeft de Apostel aan in zijn *Brief aan de Romeinen* (5, 20) : « *De wet is nog bijgekomen, opdat er meer overtredingen zouden geschieden; doch waar veel zonde was, is veel meer genade gekomen.* »

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Het menschelijk geslacht had om de zonde van de eerste ouders verdiend, beroofd te worden van de hulp der genade, en daarom is het krachtens

---

Secunda ratio potest assignari ex perfectione legis novae : non enim aliquid ad perfectum adducitur statim a principio, sed quodam temporali successionis ordine, sicut aliquis prius fit puer, et postmodum vir; et hanc rationem assignat Apostolus ad Galat. 3 [v. 24 sq.] : « Lex paedagogus noster fuit in Christo, ut ex fide justificemur; at ubi venit fides, jam non sumus sub paedagogo. »

Tertia ratio sumitur ex hoc, quod lex nova est lex gratiae; et ideo primo oportuit, quod homo relinqueretur sibi in statu veteris legis, ut in peccatum cadendo, suam infirmitatem cognoscens, recognosceret se gratia indigere; et hanc rationem assignat Apostolus ad Rom. 5 [v. 20] dicens : « Lex subintravit, ut abundaret delictum; ubi autem abundavit delictum, superabundavit et gratia. »

AD PRIMUM ergo dicendum, quod humanum genus propter peccatum primi parentis meruit privari auxilio gratiae; et ideo quibuscumque non da-

de rechtvaardigheid voor hen, aan wie ze niet gegeven wordt, en krachtens vrije gave voor hen, aan wie ze gegeven wordt, zooals Augustinus zich uitdrukt in zijn Boek *Over de volmaaktheid der gerechtigheid* (CVII[e] *Brief*, V[e] H.). Daarom is er bij God geen keuze naar het aangezicht, wanneer Hij van het begin der wereld af de wet der genade niet gegeven heeft, die immers op den geschikten tijd moest voorgesteld worden, zooals (in de Leerstelling) gezegd is.

zou doen. Vandaar heeft de Meester, om te bekrachtigen, dat een vrouw niet te gemakkelijk weggezonden mag worden, alleen een uitzondering gemaakt voor echtbreuk. Hetzelfde geldt voor het verbod om te zweren, zooals (in de Leerstelling) gezegd is, alsook voor het verbod om de vergelding toe te passen. De Wet immers had de maat der vergelding bepaald, om te verhinderen, dat men de maat zou te buiten gaan. Maar dit verhinderde de Meester nog meer, door te zeggen, dat men de straf der vergelding nooit mocht toepassen. Met betrekking tot den haat voor de vijanden ging Hij tegen de verkeerde opvatting der Pharizeën te keer, door er op te wijzen, dat wij niet den persoon van den vijand mogen haten, maar alleen zijn zonde. Wat nu eindelijk het onderscheid tusschen de spijzen betreft, wat tot de ceremonieel-voorschriften behoorde, verbood de Heer niet het op dit oogenblik nog te onderhouden, maar wees Hij er op, dat geen enkele spijs van nature onrein is, maar alleen wanneer men er een zinnebeeld in ziet, zooals hierboven gezegd is (CII^{e} Kw., 6^{e} Art., 1^{e} Antw.).

3. Het aanraken van een melaatsche was in de Oude Wet verboden, omdat men hierdoor een soort onreinheid opliep, zooals ook door het aanraken van een doode, zooals hierboven (CII^{e} Kw., 5^{e} Art., antw. op de 4^{e} Bed.) gezegd is. De Meester

---

libelli conscriptione refractus absisteret; unde Dominus ad hoc confirmandum, ut non facile uxor dimittatur, solam causam fornicationis excepit. Et idem etiam dicendum est in prohibitione juramenti, sicut dictum est [in corp.], et idem etiam patet in prohibitione talionis : taxavit enim modum vindictae lex, ut non procederetur ad immoderatam vindictam; a qua Dominus perfectius removit eum, quem monuit omnino a vindicta abstinere. Circa odium vero inimicorum removit falsum Pharisaeorum intellectum, nos monens, ut persona odio haberetur, sed culpa. Circa discretionem vera ciborum. quae caeremonialis erat, Dominus non mandavit ut tunc non observaretur, sed ostendit, quod nulli cibi secundum suam naturam erant immundi, sed solum secundum figuram, ut supra dictum est [q. 102. art. 6. ad 1.].

Ad tertium dicendum, quod tactus leprosi erat prohibitus in veteri lege, quia ex hoc incurrebat homo quamdam irregularitas immunditiam. sicut et ex tactu mortui, ut supra dictum est [q. 102. art. 5. ad 4.]; sed Dominus,

evenwel, die de melaatschen reinigde, kon die onreinheid niet inloopen. Door datgene wat Hij gedaan heeft op Sabbat, heeft Hij in werkelijkheid den Sabbat niet overtreden, wat *Mattheus* zelf in het Evangelie bewezen heeft, én omdat Hij wonderen deed door de macht van God, waarvan de werking in de dingen nooit ophoudt, én omdat Hij werken deed, die op het heil der menschen betrekking hadden, zooals ook de Farizeën op Sabbat zorgden voor het heil der menschen, én omdat Hij uit reden van noodzaak zijn leerlingen verontschuldigde, toen ze graan verzamelden op den Sabbat, maar Hij overtrad den Sabbat alleen in schijn, naar de angstvallige verklaring van de Farizeën, die meenden, dat zij zich op den Sabbat ook van heilvolle werken moesten onthouden, wat tegen de bedoeling der Wet was.

4. De voorschriften omtrent godsdienstige plechtigheden worden door *Mattheus* (5) niet vermeld, daar de onderhouding er van door de vervulling geheel is uitgesloten, zooals (in de Leerstelling en in het Antw. op de eerste Bedenking) gezegd is. Aan de rechtsregels echter herinnerde het voorschrift over de weerwraak, zoodat naar wat daarover zou gezegd worden, al het andere moest worden verstaan. In dit bevel leerde Hij, dat het de bedoeling der Wet niet was, dat de straf der weerwraak zou

---

qui erat mundator leprosi, immunditiam incurrere non poterat. Per ea autem, quae fecit in Sabbato, Sabbatum non solvit secundum rei veritatem, sicut ipse in Evangelio Matthaeus ostendit: tum quia operabatur miracula virtute divina, quae semper operatur in rebus, tum quia salutis humanae opera faciebat, cum Pharisaei etiam saluti animalium in die Sabbati providerent, tum etiam quia ratione necessitatis discipulos excusavit in Sabbato spicas colligentes. Sed videbatur solvere secundum superstitiosum intellectum Pharisaeorum, qui credebant etiam a salubribus operibus esse in die Sabbati abstinendum, quod erat contra intentionem legis.

Ad QUARTUM dicendum, quod caeremonialia praecepta legis non commemorantur Matth. 5., quia eorum observantia totaliter excluditur per impletionem, ut dictum est [in corp. et ad 1.]; de judicialibus vero praeceptis commemoravit praeceptum talionis, ut quod de hoc diceretur, de omnibus aliis esset intelligendum: in quo quidem praecepto docuit legis intentionem

gezocht worden om de lust naar wraak, welke Hij uitsloot, door te vermanen, dat de mensch bereid moest zijn zelfs grootere beleedigingen te verdragen, maar enkel uit liefde voor de rechtvaardigheid, wat in de Nieuwe Wet nog bleef.

III^e ARTIKEL.

Is de Nieuwe Wet in de Oude vervat?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet niet in de Oude vervat is. — 1. De Nieuwe Wet immers bestaat voornamelijk in het geloof, waarom zij ook *de wet van het geloof* genoemd wordt, zooals blijkt uit den *Brief aan de Romeinen* (3,27). Welnu in de Nieuwe Wet worden vele geloofswaarheden te gelooven voorgehouden, die niet in de Oude Wet vervat staan. Dus is de Nieuwe Wet niet in de Oude vervat.

2. Op het woord van *Mattheus* (5) : Wie één van deze kleinste geboden opheft, vinden wij ergens deze opmerking : « *De voorschriften der Wet zijn kleiner en geringer dan de voorschriften van het Evangelie.* » Welnu het grootere kan niet vervat zijn

---

non esse ad hoc, quod poena talionis quaereretur propter livorem vindictae, quem ipse excludit, monens quod homo debet esse paratus etiam majores injurias sufferre, sed solum propter amorem justitiae: quod adhuc in nova lege remanet.

ARTICULUS III.

Utrum lex nova in lege veteri contineatur.

[Gal. 2. lect. 2.].

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod lex nova in lege veteri non contineatur : lex enim nova praecipue in fide consistit; unde dicitur lex fidei, ut patet Rom. 3 [v. 27] ; sed multa credenda traduntur in nova lege, quae in veteri lege non continentur; ergo lex nova non continetur in veteri.

2. PRÆTEREA, quaedam Glossa dicit, Matth. 5., super illud : Qui solverit unum de mandatis istis minimis, quod mandata legis sunt minora, in

in het kleinere. Dus kan de Nieuwe Wet niet vervat zijn in de Oude.

3. Iets wat in iets anders vervat is, wordt tegelijk met dat andere gevonden. Indien dus de Nieuwe Wet vervat is in de Oude, dan zou volgen, dat tijdens de Oude Wet de Nieuwe ook bestond. Dus was het overbodig naast de Oude Wet, nog de Nieuwe te geven. Dus is de Nieuwe Wet niet in de Oude vervat.

Maar daartegenover staat het gezegde van *Ezechiel* (1, 16): « *Het eene wiel was in het andere* », wat volgens de verklaring van Gregorius (*VI^e Homelie op Ezechiël*) beteekent, dat *het Nieuwe Testament in het Oude is.*

LEERSTELLING. — Iets kan op twee manieren in iets anders vervat zijn : ten eerste, daadwerkelijk, zooals de ruimtelijke dingen vervat zijn in de ruimte; ten tweede, in aanleg, zooals een gevolg in zijn oorzaak, of iets volmaakts in iets onvolmaakts, b. v. zooals het geslacht de soort in aanleg in zich bevat, en zooals de geheele boom opgesloten ligt in het zaad. Op die manier ligt de Nieuwe Wet vervat in de Oude. Vroeger immers (1^e Art.) is gezegd, dat de Nieuwe Wet zich verhoudt tot de Oude als het volmaakte tot het onvolmaakte. Vandaar geeft Chrysostomus op

---

Evangelio vero sunt mandata majora; majus autem non potest contineri in minori; ergo lex nova non continetur in veteri.

3. PRÆTEREA, quod continetur in altero, simul habetur habito illo; si igitur lex nova contineretur in veteri, sequeretur quod habita veteri lege, habeatur et nova; superfluum igitur fuit, habita veteri lege, iterum dari novam; non ergo nova lex continetur in veteri.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezech. 1 [v. 16]: « Rota erat in rota », idest novum testamentum in veteri, ut Gregorius exponit [hom. 6. in Ezech.].

RESPONDEO dicendum, quod aliquid continetur in alio dupliciter : uno modo in actu, sicut locatum in loco; alio modo virtute, sicut effectus in causa, vel completum in incompleto, sicut genus continet species potestate, et sicut tota arbor continetur in semine: et per hunc modum nova lex continetur in veteri. Dictum est enim [art. 1.], quod nova lex comparatur ad veterem, sicut perfectum ad imperfectum. Unde Chrysostomus, exponens illud, quod

Marcus (4) : « De aarde brengt uit haarzelve de vrucht voort, eerst de halmen, daarna de aar, daarna komt het volle graan in de aar » de volgende verklaring : « *Eerst brengt ze de halmen voort, in de natuurwet, vervolgens de aren, in de wet van Mozes, daarna de vrucht, in het Evangelie.* » Zoo dus ligt de Nieuwe Wet in de Oude opgesloten, gelijk de vrucht in de aar.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Alle geloofswaarheden, die in het Nieuwe Testament uitdrukkelijk en onomwonden staan, staan ook in het Oude Testament, maar verborgen en als het ware figuurlijk uitgedrukt. Zoo ligt het Nieuwe Testament dus ook wat de geloofwaarheden betreft in het Oude opgesloten.

2. De voorschriften der Nieuwe Wet worden grooter genoemd dan die der Oude Wet, met betrekking tot de uitdrukkelijke openbaring; maar met betrekking tot het eigen wezen, worden al de geboden van het Nieuwe Testament in het Oude Testament op een of andere manier teruggevonden. Vandaar zegt Augustinus in zijn Boek *Tegen Faustus* (XIX^e^ B., XXVIII^e^ H.), dat bijna alles wat de Meester aangemaand en bevolen heeft, en waar bij staat: « *Ik echter zeg u* », ook in de oude Boeken teruggevonden wordt. Maar daar zij onder moord alleen de dood

---

habetur Marci 4.: Ultro terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica, sic dicit : « Primo herbam fructificat in lege naturae, postmodum spicas in lege Moysi, postea plenum frumentum in Evangelio. » Sic igitur est lex nova in veteri, sicut fructus in spica.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnia, quae credenda traduntur in novo testamento explicite et aperte, traduntur credenda in veteri testamento, sed implicite et sub figura; et secundum hoc etiam quantum ad credenda lex nova continetur in veteri.

AD SECUNDUM dicendum, quod praecepta novae legis dicuntur esse majora quam praecepta veteris legis, quantum ad explicitam manifestationem; sed quantum ad ipsam substantiam praeceptorum novi testamenti, omnia continentur in veteri testamento; unde Augustinus dicit contra Faustum [lib. 19. cap. 28], quod pene omnia, quae monuit vel praecepit Dominus, ubi adjungebat: Ego autem dico vobis, inveniuntur etam in illis veteribus libris; sed

van het menschelijk lichaam verstonden, leerde de Meester dat iedere ongerechte beweging tot het benadeelen van een broeder onder de moord moest worden gerangschikt. Met betrekking tot dergelijke leerstukken worden de voorschriften van de Nieuwe Wet grooter dan die van de Oude genoemd. Er is ook niets op tegen dat het grootere in aanleg in het kleinere opgesloten ligt, zooals een boom in het zaad.

3. Dat wat impliciet gegeven is, moet verklaard worden. Dus moest ook na de Oude Wet de Nieuwe gegeven worden.

IV^e^ ARTIKEL.

Is de Nieuwe Wet lastiger dan de Oude?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet lastiger is dan de oude. — 1. Chrysostomus immers geeft van de woorden van *Mattheus* (5) : « Wie een van deze kleinste voorschriften opheft », de volgende verklaring : « *De voorschriften van Mozes, zooals b. v. ge zult niet dooden, geen overspel bedrijven,*

---

quia non intelligebant homicidium nisi peremptionem corporis humani, aperuit Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidii genere deputari; et quantum ad hujusmodi manifestationes, praecepta novae legis dicuntur majora praeceptis veteris legis. Nihil tamen prohibet majus in minori virtute contineri, sicut arbor continetur in semine.

AD TERTIUM dicendum, quod illud quod implicite datum est, oportet explicari; et ideo post veterem legem latam oportuit etiam novam legem dari.

ARTICULUS IV.

Utrum lex nova sit gravior, quam vetus.

[3. Dist. 40. q. 4. art. 4. et Quodl. 4. art. 13. corp. et Matth. 1.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod lex nova sit gravior, quam lex vetus. Matth. enim 5. super illud : Qui solverit unum de mandatis his minimis, dicit Chrysostomus [hom. 10.] : « Mandata Moysi in actu facilia sunt;

zijn gemakkelijk te onderhouden, terwijl de voorschriften van Christus, zooals b. v. : Ge zult niet toornen, gij zult niet begeeren, moeilijk te onderhouden zijn. » (X^e *Homelie op Mattheus*). Dus is de Nieuwe Wet lastiger dan de Oude.

2. Het is gemakkelijker aardschen voorspoed te hebben, dan tegenspoed te doorstaan. Welnu in het Oude Testament volgde op de onderhouding der Oude Wet tijdelijke voorspoed, wat blijkt uit het Boek *Deuteronomium* (28, 1-14) terwijl op de onderhouding van de Nieuwe Wet dikwijls veel tegenspoed volgt, zooals blijkt uit den II^n *Brief aan de Corinthiërs* (6, 4 vv.) : « *Wij trachten te behagen, zooals het betaamt aan dienaars van God, door groote standvastigheid, in kwellingen, in nood, in benauwdheid* », enz. Dus is de Nieuwe Wet lastiger dan de Oude.

3. Wat aan iets anders toegevoegd is, is lastiger. Welnu de Nieuwe Wet verhoudt zich zoo tot de Oude, want de Oude Wet verbood alleen de meineed, de Nieuwe ook de gewone eed; de Oude Wet verbood de echtscheiding zonder scheidsbrief, terwijl de Nieuwe iedere echtscheiding verbood, zooals blijkt uit *Mattheus* (5), volgens de verklaring van Augustinus

---

ut : Non occides, Non adulterabis; mandata Christi autem : Non irascaris, Non concupiscas, in actu difficilia sunt. » Ergo lex nova est gravior, quam vetus.

2. PRÆTEREA, facilius est terrena prosperitate uti, quam tribulationes perpeti; sed in veteri testamento observationem veteris legis consequebatur prosperitas temporalis, ut patet Deut. 28 [v. 1-14]; observatores autem novae legis consequitur multiplex adversitas, prout dicitur 2. ad Cor. 6 [v. 4. sqq.] : « Exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis », etc. Ergo lex nova est gravior, quam lex vetus.

3. PRÆTEREA, quod se habet ex additione ad alterum, videtur esse difficilius; sed lex nova se habet ex additione ad veterem, nam lex vetus prohibuit perjurium, lex nova etiam juramentum; lex vetus prohibuit dissidium uxoris sine libello repudii, lex autem nova omnino dissidium prohibuit, ut

(*Over de Bergrede*, I^e B., XIV^e H.). Dus is de Nieuwe Wet lastiger dan de Oude.

Maar daartegenover staat het gezegde van *Mattheus* (11, 28) : « *Komt allen tot Mij, die belast en beladen zijt* », wat Hilarius (in zijn *Verklaring van Mattheus*, XI^e H.) aldus verklaart : « *Hij roept tot zich die belast zijn met de moeilijkheden der Wet, en beladen met de zonden van dien tijd.* » Met betrekking tot het juk van het Evangelie zegde de Heer verder (30) : « *Want mijn juk is zoet, en mijn last licht.* » Dus is de Nieuwe Wet lichter dan de Oude.

LEERSTELLING. — Met betrekking tot de deugddaden, waarover de voorschriften van de wet gaan, kan een dubbele moeilijkheid zich voordoen : een van den kant der uiterlijke daden, die op zichzelf al een zekere moeilijkheid en last meebrengen. In dien zin is de Oude Wet veel lastiger dan de Nieuwe, daar de Oude Wet bij vele uiterlijke daden tot veel meer ceremoniën verplicht dan de Nieuwe Wet, die in de leer van Christus en de Apostelen aan de voorschriften van de natuurwet heel weinig toevoegt, ofschoon er naderhand verschillende dingen aan toegevoegd zijn door de instelling der Heilige Vaders. Ook Augustinus zegt,

---

patet Matth. 5. secundum expositionem Augustini [lib. 1. de Serm. Dom. in monte, cap. 14.]. Ergo lex nova est gravior, quam vetus.

SED CONTRA est, quod dicitur Matth. 11 [v. 28]: « Venite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis », quod exponens Hilarius [cap. 11. in Matth.] dicit : Legis difficultatibus laborantes et peccatis saeculi oneratos ad se advocat » ; et postmodum de jugo Evangelii subdit [v. 30] : « Jugum enim meum suave est, et onus meum leve. » Ergo lex nova est levior, quam vetus.

RESPONDEO dicendum, quod circa opera virtutis, de quibus praecepta legis dantur, duplex difficultas attendi potest. Una quidem ex parte exteriorum operum, quae ex seipsis quamdam difficultatem habent, et gravitatem : et quantum ad hoc lex vetus est multo gravior, quam nova, quia ad plures actus exteriores obligabat lex vetus in multiplicibus caeremoniis, quam lex nova, quae praeter praecepta legis naturae paucissima superaddidit in doctrina Christi et Apostolorum, licet aliqua sint postmodum superaddita ex institu-

dat de grootste gematigheid moet in acht genomen worden met betrekking tot die ceremoniën, opdat het leven der geloovigen niet nog verzwaard zou worden. Hij immers zegt in zijn « *Onderzoek van Januarius* (LV^e^ Brief), *dat God in Zijn barmhartigheid gewild heeft, dat er in onzen godsdienst alleen eenige zeer duidelijke en uiterst zeldzame offerplechtigheden zouden zijn, opdat hij vrij zou zijn. Sommigen echter hebben hem met slavenlasten zoo overladen, dat de toestand van de Joden dragelijker was, die immers alleen wettelijke plechtigheden moesten onderhouden, en niet gebukt gingen onder willekeur van menschen.*

De andere moeilijkheid met betrekking tot de deugddaden is gelegen in de innerlijke daden nl. voor zoover een deugddaad gemakkelijk en met genot gesteld wordt. In dit opzicht is de deugd moeilijk, want voor dengene, die de deugd niet heeft is het uiterst moeilijk, terwijl het door de deugd gemakkelijk wordt. In dit opzicht zijn de voorschriften van de Nieuwe Wet lastiger dan die van de Oude, omdat in de Nieuwe Wet de innerlijke zielsbewegingen worden verboden, die in de Oude Wet niet altijd uitdrukkelijk verboden werden, en wanneer ze wel verboden werden, werd er geen straf op gesteld. Dit nu is uiterst

---

tione sanctorum Patrum; in quibus etiam Augustinus dicit esse moderationem attendendam, ne conversatio fidelium onerosa reddatur : dicit enim, ad inquisitiones Januarii [epist. 55.], de quibusdam, quod ipsam religionem nostram, quam in manifestissimis et paucissimis celebrationum sacramentis Dei voluit misericordia esse liberam, servilibus premunt oneribus, adeo ut tolerabilior sit conditio Judaeorum, qui legalibus sacramentis, non humanis praesumptionibus subjiciuntur.

Alia autem difficultas est circa opera virtutum in interioribus actibus, puta quod aliquis opus virtutis exerceat prompte et delectabiliter : et circa hoc difficile est virtus; hoc enim non habenti virtutem est valde difficile, sed per virtutem redditur facile. Et quantum ad hoc praecepta novae legis sunt graviora praeceptis veteris legis, quia in nova lege prohibentur interiores motus animi, qui expresse in veteri lege non prohibebantur in omnibus, etsi in aliquibus prohiberentur, in quibus tamen prohibendis poena non apponebatur; hoc autem est difficillimum non habenti virtutem, sicut etiam Philosophus dicit

moeilijk voor hem die de deugd niet heeft, wat ook de Wijsgeer zegt in het V^e Boek van zijn *Ethica* (IX^e H.), dat het nl. *gemakkelijk is, daden te stellen, die de rechtvaardige stelt; maar die daden te stellen op dezelfde manier als de rechtvaardige* (d. i. gemakkelijk en met genot) *is moeilijk voor hem die de rechtvaardigheid niet heeft.* Daarom zegt *Joannes* (I^e *Brief*, 5, 3) : « *De voorschriften zijn niet lastig* », wat Augustinus in zijn Boek *Over Natuur en Genade* (LXIX^e H.) verklaart door te zeggen, dat ze *niet lastig zijn voor hem die bemint, wel voor hem die niet bemint.*

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Die woorden spreken uitdrukkelijk over de moeilijkheid van de Nieuwe Wet, met betrekking tot het uitdrukkelijk verbod van de innerlijke zielsbewegingen.

2. De tegenspoed, dien de onderhouding van de Nieuwe Wet met zich medebrengt, komt niet van de Wet zelf, terwijl hij door de liefde, waarin de Wet bestaat, gemakkelijk gedragen wordt, daar, zooals Augustinus zegt in zijn Boek *Over de woorden des Heeren* (IX^e Preek), *dat de liefde al wat wreed en zelfs onmenschelijk is, gemakkelijk maakt en zelfs bijna geheel wegneemt.*

---

in 5. Ethic. [cap. 9], quod operari ea quae justus operatur, facile est, sed operari ea eo modo quo justus operatur, scilicet delectabiliter et prompte, est difficile non habenti justitiam. Et sic etiam dicitur 1. Joan. 5 [v. 3], quod « mandata ejus gravia non sunt », quod exponens Augustinus [lib. de Nat. et Grat., cap. 69.] dicit, quod non sunt gravia amanti, sed non amanti sunt gravia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod auctoritas illa loquitur expresse de difficultate novae legis, quantum ad expressam cohibitionem interiorum motuum.

AD SECUNDUM dicendum, quod adversitates, quas patiuntur observatores novae legis, non sunt ab ipsa lege impositae; sed tamen propter amorem, in quo ipsa lex consistit, faciliter tolerantur, quia, sicut Augustinus dicit in lib. de Verb. Dom. [serm. 9.] omnia saeva et immania, et facilia et prope nulla efficit amor.

3. Die toevoegingen aan de voorschriften van de Oude Wet zijn volgens Augustinus (*Over de Bergrede*, I^e B., XVII^e H.) geordend tot het gemakkelijk vervullen van de voorschriften der Oude Wet. Uit die opwerping blijkt dus niet, dat de Nieuwe Wet lastiger is, maar veeleer dat ze minder lastig is.

AD TERTIUM dicendum, quod illae additiones ad praecepta veteris legis ad hoc ordinantur, ut facilius impleatur quod vetus lex mandabat, sicut Augustinus dicit [lib. 1. de Serm. Dom. in monte, cap. 17], et ideo per hoc non ostenditur, quod nova lex sit gravior, sed magis quod sit facilior.

HONDERD EN ACHTSTE KWESTIE.

OVER DEN INHOUD VAN DE NIEUWE WET

(*Vier Artikelen.*)

Vervolgens wordt gehandeld over den inhoud van de Nieuwe Wet; waarover we vier vragen stellen :

1) Moet de Nieuwe Wet sommige uiterlijke daden gebieden of verbieden?

2) Gebiedt of verbiedt de Nieuwe Wet voldoende uiterlijke daden?

3) Regelt ze de menschen voldoende met betrekking tot de innerlijke daden?

4) Is het doeltreffend, dat ze aan de voorschriften nog raden toevoegt?

QUÆSTIO CVIII.

DE HIS, QUAE CONTINENTUR IN LEGE NOVA.

Deinde considerandum est de his, quae continentur in lege nova.
Et circa hoc quaeruntur quatuor.

1. Utrum lex nova debeat aliqua opera exteriora praecipere vel prohibere. — 2. Utrum sufficienter se habeat in exterioribus actibus praecipiendis vel prohibendis. — 3. Utrum convenienter instituat homines quantum ad actus interiores. — 4. Utrum convenienter superaddat consilia praeceptis.

I^e ARTIKEL.

Moet de Nieuwe Wet enkele uiterlijke daden gebieden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet geen enkele uiterlijke daad moet gebieden of verbieden. — 1. De Nieuwe Wet immers is het Evangelie van het Rijk, volgens het woord van *Mattheus* (24, 14) : « *Dit Evangelie van het Rijk zal verkondigd worden over heel de aarde.* » Welnu het Rijk Gods bestaat niet in uiterlijke daden, maar slechts in innerlijke, overeenkomstig het woord van *Lucas* (17, 21) : « *Het Rijk Gods is in U* », en van den *Brief aan de Romeinen* (14, 17) : « *Het Rijk Gods is geen spijs en drank, maar gerechtigheid en vrede en vreugde in den H. Geest.* »

2. De Nieuwe Wet is, zooals de Apostel zegt in zijn *Brief aan de Romeinen* (8, 2), *de wet van den Geest.* Welnu « *waar de Geest Gods is, daar is wijsheid* », zegt hij in zijn *II^n Brief aan de Corinthiërs* (3, 17). Welnu er is geen vrijheid, wanneer de mensch verplicht wordt bepaalde uiterlijke daden te doen of

---

ARTICULUS I.

Utrum lex nova aliquos exteriores actus debeat praecipere vel prohibere.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod lex nova nullos exteriores actus debeat praecipere vel prohibere : lex enim nova est Evangelium regni, secundum illud Matth. 24 [v. 14] : « Praedicabitur hoc Evangelium regni in universo orbe. » Sed regnum Dei non consistit in exterioribus actibus, sed solum in interioribus, secundum illud Luc. 17 [v. 21] : « Regnum Dei intra vos est », et Rom. 14 [v. 17] : «Non est regnum Dei esca et potus, sed justitia et pax et gaudium in Spiritu Sancto. » Ergo lex nova non debet praecipere vel prohibere aliquos exteriores actus.

2. PRÆTEREA, lex nova est lex Spiritus, ut dicitur Rom. 8 [v. 2] ; sed «ubi Spiritus Domini, ibi libertas, ut dicitur 2. ad Cor. 3 [v. 17] ; non est autem libertas, ubi homo obligatur ad aliqua opera exteriora facienda vel vitanda; ergo lex nova non continet aliqua praecepta vel prohibitiones exteriorum actuum.

te laten. Dus bevat de Nieuwe Wet geen voorschriften of verboden aangaande uiterlijke daden.

3. Men houdt het er voor, dat alle uiterlijke daden verband houden met de handen, zooals de innerlijke met de ziel. Welnu het verschil tusschen de Oude en de Nieuwe Wet is juist, dat de Oude Wet *de hand beteugelt*, de Nieuwe Wet, *de ziel*. Dus moeten er in de Nieuwe Wet geen voorschriften of verboden staan aangaande uiterlijke daden, maar alleen aangaande innerlijke daden.

Maar daartegenover staat, dat de menschen door de Nieuwe Wet *zonen des lichts* worden; waarom *Joannes* zegt (12, 36) : « *Gelooft in het licht, om zonen des lichts te zijn.* » Welnu zonen des lichts moeten werken des lichts doen en de werken der duisternis ontwijken, volgens deze woorden uit den *Brief aan de Ephesiërs* (5, 8) : « *Eertijds waart gij in duisternis, nu zijt gij licht in den Heer. Wandelt als kinderen des lichts.* » Dus moet de Nieuwe Wet sommige uiterlijke daden gebieden en andere verbieden.

LEERSTELLING. — Zooals vroeger gezegd is (CVI^{e} Kw., 1^{e} en 2^{e} Art.), bestaat de Nieuwe Wet hoofdzakelijk uit de genade van den H. Geest, die openbaar wordt in het geloof, werkend door de liefde. Die genade nu verkrijgen de menschen door

---

3. PRÆTEREA, omnes exteriores actus pertinere intelliguntur ad manum, sicut interiores actus pertinet ad animum; sed haec ponitur differentia inter novam legem et veterem, quod vetus lex cohibet manum, sed lex nova cohibet animum; ergo in lege nova non debent poni prohibitiones et praecepta exteriorum actuum, sed solum interiorum.

SED CONTRA est, quod per legem novam efficiuntur homines filii lucis; unde dicitur Joan. 12 [v. 36] : « Credite in lucem, ut filii lucis sitis. » Sed filios lucis decet opera lucis facere, et opera tenebrarum abjicere, secundum illud Ephes. 5 [v. 8] : « Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino; ut filii lucis ambulate. » Ergo lex nova quaedam exteriora opera debuit prohibere, et quaedam praecipere.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut supra dictum est [q. 106. art. 1. et 2.], principalitas legis novae est gratia Spiritus Sancti, quae manifestatur in fide per dilectionem operante; hanc autem gratiam consequuntur homines per

den menschgeworden Zoon van God, wiens menschheid God vervuld heeft door de genade, en vandaar komt zij tot ons. Daarom zegt *Joannes* (1, 14) : « *Het woord is vleesch geworden* », en Het was « *vol van genade in waarheid* », en « *van Zijn volheid hebben wij allen ontvangen, genade op genade.* » En hij besluit : « *De genade en de waarheid kwam door Jesus Christus.* » Het is dus passend, dat de genade, die voortkomt uit het menschgeworden Woord, door sommige uiterlijke daden in ons wordt voortgebracht, en dat door de innerlijke genade, waardoor het vleesch aan den geest onderworpen wordt, uiterlijke daden worden voortgebracht.

Zoo kunnen de uiterlijke daden op twee manieren tot de genade behooren : ten eerste, door op een of andere manier de genade voort te brengen. Die daden zijn de Sacramenten, die in de Nieuwe Wet zijn ingesteld, zooals het Doopsel, de Eucharistie, en dergelijke. Ten tweede kunnen de uiterlijke daden tot de genade behooren, in zoover zij door de genade worden voortgebracht. In deze daden nu is onderscheid te maken : sommige immers hebben een noodzakelijke overeenkomst of een noodzakelijke tegenstelling met de innerlijke genade, die bestaat in het door de liefde werkend geloof, en die uiterlijke daden worden in de

---

Dei Filium hominem factum, cujus humanitatem Deus replevit gratia, et exinde est ad nos derivata : unde dicitur Joan. 1 [v. 14] : « Verbum caro factum est », et postea subditur : « Plenum gratiae et veritatis », et infra : « De plenitudine ejus nos omnes accepimus, et gratiam pro gratia » ; unde subditur, quod « gratia et veritas per Jesum Christum facta est. » Et ideo convenit, ut per aliqua exteriora sensibilia gratia a Verbo incarnato profluens in nos deducatur, et ex gratia interiori, per quam caro spiritui subditur, exteriora quaedam opera sensibilia producantur.

Sic igitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt : uno modo, sicut inducentia aliqualiter ad gratiam : et talia sunt opera Sacramentorum, quae in nova lege sunt instituta, sicut Baptismus, Eucharistia, et alia hujusmodi. Alia vero sunt opera exteriora, quae ex instinctu gratiae producuntur ; et in his est quaedam differentia attendenda. Quaedam enim habent necessariam convenientiam vel contrarietatem ad interiorem gratiam, quae in fide per di-

Nieuwe Wet voorgeschreven of verboden, zooals het voorgeschreven is het geloof te belijden en het tegendeel verboden is. We lezen immers bij *Mattheus* (10, 32-33) : « *Alwie Mij beleden zal hebben voor de menschen, zal ook Ik belijden voor Mijn Vader; doch die Mij verloochend heeft voor de menschen, zal ook Ik verloochenen voor Mijn Vader.* » Andere daden echter hebben geen noodzakelijke overeenkomst of tegenstelling met het door de liefde werkend geloof, en die daden worden in de Nieuwe Wet niet geboden of verboden krachtens de eerste instelling van de Wet, maar worden door den wetgever, Christus, overgelaten aan eenieder, overeenkomstig zijn levensomstandigheden, waarin eenieder vrij is te bepalen wat voor hem nuttig is te doen of te laten; en aan iedere overheid heeft Hij overgelaten te bepalen wat zijn onderdanen hieromtrent te doen en te laten hebben. Vandaar wordt ook onder dat opzicht de Wet van het Evangelie *de wet der vrijheid* genoemd, want de Oude Wet bepaalde veel, terwijl zij weinig aan de vrijheid der menschen overliet.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — Het Rijk Gods bestaat voornamelijk in innerlijke daden; maar als gevolg behoort

---

lectionem operante consistit : et hujusmodi exteriora opera sunt praecepta vel prohibita in lege nova, sicut praecepta est confessio fidei, et prohibita negatio : dicitur enim Matth. 10 [v. 32 sq.] : « Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo; qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo. » Alia vero sunt opera, quae non habent necessariam contrarietatem vel convenientiam ad fidem per dilectionem operantem : et talia opera non sunt in nova lege praecepta vel prohibita ex ipsa prima legis institutione, sed relicta sunt a legislatore scilicet Christo, unicuique, secundum quod aliquis alicujus curam gerere debet; et sic unicuique liberum est circa talia determinare quid sibi expediat facere vel vitare et cuicumque praesidenti circa talia ordinare suis subditis, quid sit in talibus faciendum, vel vitandum; unde etiam quantum ad hoc dicitur lex Evangelii lex libertatis, nam lex vetus multa determinabat, et pauca relinquebat hominum libertati determinanda.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod regnum Dei in interioribus actibus con-

alles tot het Godsrijk, zonder wat de innerlijke daden niet kunnen zijn; indien b. v. het Rijk Gods gerechtigheid is en vrede en geestelijke vreugde, dan zijn ook alle uiterlijke daden, die strijdig zijn met de gerechtigheid of de vrede of met de geestelijke vreugde, strijdig met het Rijk Gods, en moeten ze in het Evangelie van het Rijk verboden worden. In die daden echter, die zich neutraal er toe verhouden, zooals b. v. die of die spijzen eten, bestaat het Rijk Gods niet. Vandaar laat de Apostel aan de aangehaalde woorden voorafgaan : « *Het Rijk Gods is geen spijs en dranḳ.* »

2. Zooals de Wijsgeer zegt in het I^e^ Boek der *Metaphysica* (II^e^ H.), *is hij vrij, die uit zichzelf is.* Hij doet dus iets vrij, die iets uit zichzelf doet. Welnu wat de mensch doet krachtens een hebbelijkheid, die met zijn natuur overeenkomt, dat doet hij uit zichzelf, daar de hebbelijkheid werkt overeenkomstig den natuurdrang. Indien er echter een hebbelijkheid zou zijn, strijdig met de natuur, dan zou de mensch niet uit zichzelf handelen, maar krachtens een verkeerde gesteltenis, die bij zijn natuur bijkomt. Daar dus de genade van den H. Geest als het ware een ons innerlijk ingestorte hebbelijkheid is, die ons een neiging geeft om

---

sistit principaliter; sed ex consequenti etiam ad regnum Dei pertinent omnia illa, sine quibus interiores actus esse non possunt, sicut si regnum Dei est interior justitia et pax et gaudium spirituale, necesse est quod omnes exteriores actus, qui repugnant justitiae aut paci aut gaudio spirituali, repugnent etiam regno Dei, et ideo sunt in Evangelio regni prohibendi; illa vero, quae indifferenter se habent respectu horum, puta comedere hos vel illos cibos, in his non est regnum Dei; unde Apostolus praemittit : « Non est regnum Dei esca, et potus. »

Ad secundum dicendum, quod secundum Philosophum in 1. Metaph. [cap. 2.] liber est, qui sui causa est; ille ergo libere aliquid agit, qui ex seipso agit, quod autem homo agit ex habitu suae naturae convenienti, ex seipso agit, quia habitus inclinat in modum naturae; si vero habitus esset naturae repugnans, homo non ageret, secundum quod est ipse, sed secundum aliquam corruptionem sibi supervenientem. Quia igitur gratia Spiritus Sancti est sicut interior habitus nobis infusus, inclinans nos ad recte operandum,

goed te handelen, maakt zij dat wij vrij doen wat overeenkomstig de genade is, en vermijden wat er mee in strijd is.

Zoo kan de Nieuwe Wet op twee manieren *de wet der vrijheid* genoemd worden. Ten eerste, in zoover zij ons niet oplegt bepaalde handelingen te doen of te laten, tenzij die, welke krachtens zichzelf noodig zijn voor, of strijdig met ons heil, en die handelingen gebiedt of verbiedt ze. Ten tweede, in zoover ze ons dergelijke bevelen en verboden vrij doet volbrengen, voor zoover wij ze vervullen, als gedreven door den innerlijken drang der genade. Om deze twee redenen wordt de Nieuwe Wet genoemd *de wet der volmaakte vrijheid* (*Brief van Jacobus*, 1, 25).

3. Doordat de Nieuwe Wet den geest van ongeregelde daden afhoudt, moet zij ook de hand afhouden van ongeregelde daden, die het gevolg zijn van innerlijke zielsbewegingen.

II^e^ ARTIKEL.

Regelt de Nieuwe Wet voldoende de uiterlijke daden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet niet

---

facit nos libere operari ea, quae conveniunt gratiae, et vitare ea, quae gratiae repugnant.

Sic igitur lex nova dicitur lex libertatis dupliciter : uno modo, quia non arctat nos ad facienda vel vitanda aliqua, nisi quae de se sunt vel necessaria, vel repugnantia saluti, quae cadunt sub praecepto vel prohibitione legis; secundo, quia hujusmodi praecepta vel prohibitiones facit nos libere implere, inquantum ex interiori instinctu gratiae ea implemus. Et propter haec duo lex nova dicitur « lex perfectae libertatis » Jacobi 1 [v. 25].

AD TERTIUM dicendum, quod lex nova prohibendo animum ab inordinatis motibus, oportet etiam quod cohibeat manum ab inordinatis actibus, qui sunt effectus interiorum motuum.

ARTICULUS II.

Utrum lex nova sufficienter exteriores actus ordinaverit.

[Infr. art. 4. et Quodl. 4. art. 13. corp.].

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod lex nova insufficienter exte-

voldoende de uiterlijke daden regelt. — 1. Tot de Nieuwe Wet immers schijnt vooral het door de liefde werkend geloof te behooren, overeenkomstig het woord van den Apostel in zijn *Brief aan de Galaten* (5, 6) : « *In Christus Jesus heeft noch besnijdenis eenige kracht, noch voorhuid, maar het geloof, dat werkt door de liefde.* » Welnu de Nieuwe Wet heeft sommige geloofswaarheden, die in de Oude Wet niet uitgedrukt stonden, zooals b. v. de Drievuldigheid, uitdrukkelijk verklaard. Dus moest zij ook nog enkele uiterlijke daden bevatten, die in de Oude Wet niet bepaald waren.

2. In de Oude Wet waren niet alleen sacramenten ingesteld, maar ook enkele heilige voorwerpen, zooals hierboven (CI^e Kw., 4^e Art. en CII^e Kw., 4^e Art.) gezegd is. In de Nieuwe Wet daarentegen, ofschoon er wel sacramenten zijn ingesteld, is geen enkel heilig voorwerp door God ingesteld, dat b. v. betrekking zou hebben op de wijding van een kerk of van vazen, of op eenige plechtigheid. Dus heeft de Nieuwe Wet de uiterlijke daden niet voldoende geregeld.

3. Evenals er in de Oude Wet sommige verplichtingen waren voor de priesters, waren er ook voor het volk, zooals hierboven

---

riores actus ordinaverit : ad legem enim novam praecipue pertinere videtur fides per dilectionem operans, secundum illud ad Gal. 5 [v. 6] : « In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque praeputium, sed fides, quae per dilectionem operatur. » Sed lex nova explicavit quaedam credenda, quae non erant in veteri lege explicita, sicut de fide Trinitatis; ergo etiam debuit superaddere aliqua exteriora opera moralia, quae non erant in veteri lege determinata.

2. PRÆTEREA, in veteri lege non solum sunt instituta sacramenta, sed etiam aliqua sacra, ut supra dictum est [q. 101. art. 4. et q. 102. art. 4.] ; sed in nova lege etsi sint instituta aliqua sacramenta, nulla tamen sacra instituta a Deo videntur, puta quae pertineant vel ad sanctificationem alicujus templi vel vasorum, vel etiam ad aliquam solemnitatem celebrandam; ergo lex nova insufficienter exteriora opera ordinavit.

3. PRÆTEREA, in veteri lege sicut erant quaedam observantiae pertinentes ad Dei ministros, ita etiam erant quaedam observantiae pertinentes ad popu-

(CI^e Kw., 4^e Art. en CII^e Kw., 5^e en 6^e Art.) gezegd is, wanneer over de ceremonieel-bepalingen der Oude Wet gehandeld werd. In de Nieuwe Wet daarentegen schijnen alleen verplichtingen gegeven te zijn aan de priesters, zooals b. v. bij *Mattheus* (10, 9) : « *Goud noch zilver zult gij bezitten, noch geld in uwe gordels dragen,* » enz. en andere, die daar volgen, en die door Lucas (9 en 10) genoemd worden. Dus hadden er in de Nieuwe Wet ook verplichtingen gegeven moeten worden, voor de gelooVigen.

4. Behalve de voorschriften op zedelijk en godsdienstig gebied bestonden er in de Oude Wet ook voorschriften op rechtsgebied. In de Nieuwe Wet daarentegen zijn geen voorschriften gegeven op rechtsgebied. Dus regelt de Nieuwe Wet de uiterlijke daden niet voldoende.

Maar daartegenover staat het gezegde van den Meester bij *Mattheus* (7, 24) : « *Al wie mijn woorden hoort en ze nakomt, is gelijk aan een wijs mensch, die zijn huis op een steenrots gebouwd heeft.* » Welnu een wijze bouwmeester zal niets wat noodig is voor den bouw vergeten. Dus is in de woorden van Christus alles gegeven wat noodig is tot het heil der menschen.

---

lum, ut supra dictum est [q. 101. art. 4. et 102. art. 5. et 6.], cum de caeremonialibus veteris legis ageretur; sed in nova lege videntur aliquae observantiae esse datae ministris Dei, ut patet Matth. 10 [v. 9] : «Nolite possidere eaurum neque argentum, neque pecunias in zonis vestris », et caetera, quae ibi sequuntur, et quae dicuntur Luc. 9. et 10.; ergo etiam debuerunt aliquae observantiae institui in nova lege ad populum fidelem pertinentes.

4. PRÆTEREA, in veteri lege praeter moralia et caeremonialia fuerunt quaedam judicialia praecepta; sed in lege nova non traduntur aliqua judicialia praecepta; ergo lex nova insufficienter exteriora opera ordinavit.

SED CONTRA est, quod Dominus dicit Matth. 7 [v. 24] : « Omnis, qui audit verba mea haec et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram. » Sed sapiens aedificator nihil omittit eorum, quae sunt necessaria ad aedificium; ergo in verbis Christi sufficienter sunt omnia posita, quae pertinent ad salutem humanam.

LEERSTELLING. — Gelijk (in het vorig Artikel) gezegd is, moest de Nieuwe Wet, met betrekking tot de uiterlijke daden slechts die uiterlijke daden gebieden of verbieden, waardoor wij de genade verkrijgen, of die noodig zijn voor het goede gebruik er van. Aangezien wij nu de genade niet uit ons zelf kunnen verkrijgen, maar alleen door Christus, moest Christus zelf de Sacramenten instellen, waardoor wij de genade verkrijgen, zooals het Doopsel, de Eucharistie, de wijding van de priesters der Nieuwe Wet, door het aanstellen van de Apostelen en de twee en zeventig leerlingen, de Biecht, het onverbreekbaar huwelijk; het Vormsel heeft Hij beloofd door de zending van den H. Geest; ook lezen wij (bij *Marcus*, 6, 13), dat de Apostelen krachtens Zijn instelling de zieken genazen door ze met olie te zalven. Dit zijn de Sacramenten der Nieuwe Wet.

Van de genade maken wij een goed gebruik door de werken der liefde, welke voor zoover ze noodig zijn voor de deugd, vallen onder de voorschriften op zedelijk gebied, die ook in de Oude Wet gevonden werden. Vandaar behoefde de Nieuwe Wet met betrekking tot de uiterlijke daden, noodig voor het goede gebruik der genade, geen voorschriften te voegen bij die der Oude Wet. De nadere omschrijving echter van bovengenoemde daden,

---

RESPONDEO dicendum, quod, sicut dictum est [art. praec.], lex nova in exterioribus illa solum praecipere debuit vel prohibere, per quae in gratiam introducimur, vel quae pertinent ad rectum gratiae usum ex necessitate; et quia gratiam ex nobis consequi non possumus, sed per Christum solum, ideo Sacramenta, per quae gratiam consequimur, ipse Dominus instituit per seipsum, scilicet Baptismum, Eucharistiam, Ordinem ministrorum novae legis, instituendo Apostolos et septuaginta duos discipulos, et Poenitentiam, et Matrimonium indivisibile; Confirmationem etiam promisit per Spiritus Sancti missionem, ex ejus etiam institutione Apostoli leguntur oleo infirmos ungendo sanasse, ut habetur Marc. 6 [v. 13], quae sunt novae legis Sacramenta.

Rectus autem gratiae usus est per opera charitatis : quae quidem, secundum quod sunt de necessitate virtutis, pertinent ad praecepta moralia, quae etiam in veteri lege tradebantur; unde quantum ad hoc lex nova super veterem addere non debuit circa exteriora agenda. Determinatio autem praedictorum

die een orde zeggen tot den goddelijken eeredienst, valt onder de voorschriften van de wet op godsdienstig gebied; die echter welke een orde zeggen tot den naaste, vallen onder de voorschriften op rechtsgebied, zooals hierboven gezegd is (XCIX^{e} Kw., 4^{e} Art.). Daar nu deze nadere omschrijving op zichzelf niet noodig is voor de innerlijke genade, waarin de Wet bestaat, vallen zij niet onder het gebod van de Nieuwe Wet, maar zijn zij overgelaten aan het oordeel der menschen : die daden, welke betrekking hebben op ieder afzonderlijk, aan de onderdanen; die echter, welke betrekking hebben op het algemeen welzijn, aan de geestelijke of tijdelijke overheden.

Zoo behoefde de Nieuwe Wet geen andere uiterlijke daden te gebieden of te verbieden, dan de Sacramenten en de voorschriften op zedelijk gebied, die uiteraard tot het wezen der deugd behooren, b. v. : Gij zult niet dooden, niet stelen, en dergelijke.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. Die dingen die behooren tot het geloof, gaan het menschelijk verstand te boven; daarom kunnen wij er niet toe komen, dan door de genade. Naar gelang dus de genade grooter wordt, moeten meer geloofswaarheden verklaard worden. Tot de deugddaden daarentegen komen

---

operum in ordine ad cultum Dei pertinet ad praecepta caeremonialia legis, in ordine vero ad proximum ad judicialia, ut supra dictum est [q. 99. art. 4.]. Et ideo, quia istae determinationes non sunt secundum se de necessitate interioris gratiae, in qua lex consistit; idcirco non cadunt sub praecepto novae legis, sed relinquuntur humano arbitrio. Quaedam quidem quantum ad subditos, quae scilicet pertinent sigillatim ad unumquemque; quaedam vero ad praelatos temporales vel spirituales, quae scilicet pertinent ad utilitatem communem.

Sic igitur lex nova nulla alia exteriora opera determinare debuit praecipiendo vel prohibendo, nisi sacramenta et moralia praecepta, quae de se pertinent ad rationem virtutis, puta non esse occidendum, non esse furandum, et alia hujusmodi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ea quae sunt fidei, sunt supra rationem humanam; unde in ea non possumus pervenire, nisi per gratiam; et ideo, abundantiori gratia superveniente, oportuit plura credenda explicari. Sed ad

wij krachtens ons natuurlijk verstand, dat een norm is voor de menschelijke daden, zooals hierboven gezegd is (XIX^e Kw., 3^e Art. en LXIII^e Kw., 2^e Art.). Hieromtrent behoefden dus geen voorschriften gegeven te worden buiten de voorschriften der Wet op zedelijk gebied, die vallen onder de leiding van het verstand.

2. Bij de Sacramenten der Nieuwe Wet wordt de genade gegeven, die slechts gegeven kan worden door Christus, door wien ze dan ook ingesteld moesten worden. Bij de heilige voorwerpen daarentegen wordt geen genade gegeven, b. v. bij de wijding van een kerk of altaar of wat ook, of bij het vieren der Heilige Geheimen. Daar die dingen uiteraard niet noodig zijn voor de innerlijke genade, heeft de Meester de instelling er van overgelaten aan het oordeel der geloovigen.

3. Die voorschriften heeft de Meester niet aan de Apostelen gegeven als ceremonieel-voorschriften, maar als zedelijke voorschriften. Ze kunnen op twee manieren begrepen worden : ten eerste, volgens de verklaring van Augustinus in zijn werk *Over de Overeenstemming der Evangelisten* (XXX^e H.), niet als voorschriften, maar als toelatingen, Want Hij stond hen toe uit pree-

---

opera virtutum dirigimur per rationem naturalem, quae est regula quaedam operationis humanae, ut supra dictum est [q. 19. art. 3. et q. 63. art. 2.] ; et ideo in his non oportuit aliqua praecepta dari ultra moralia legis praecepta, quae sunt de dictamine rationis.

AD SECUNDUM dicendum, quod in Sacramentis novae legis datur gratia, quae non est nisi a Christo; et ideo oportuit, quod ab ipso institutionem haberent. Sed in sacris non datur aliqua gratia, puta in consecratione templi, vel altaris, vel aliorum hujusmodi, aut etiam in ipsa celebritate solemnitatum; et ideo quia talia secundum seipsa non pertinent ad necessitatem interioris gratiae, Dominus fidelibus instituenda reliquit pro suo arbitrio.

AD TERTIUM dicendum, quod illa praecepta Dominus dedit Apostolis, non tamquam caeremoniales observantias, sed tamquam moralia instituta; et possunt intelligi dupliciter. Uno modo, secundum Augustinum in lib. 2. de Consensu Evangelistarum [cap. 30.], ut non sint praecepta, sed concessiones : concessit enim eis, ut possent pergere ad praedicationis officium sine pera

kèn te gaan zonder reiszak, stok of iets dergelijks, hiermee aangevende, dat zij de macht hadden het noodige voor hun leven te ontvangen van diegenen, aan wie zij predikten. Daarom laat Hij er op volgen : « *Degene die werkt, is zijn brood waardig.* » Hij echter die het zijne meedraagt, waarvan hij tijdens zijn predikambt moet leven, terwijl hij, gelijk Paulus gedaan heeft, van hen, aan wie hij het Evangelie verkondigt, geen gave aanneemt, zondigt niet, maar doet iets wat niet geboden is. Ten tweede kan het, overeenkomstig de opvatting van andere heiligen, zóó verklaard worden, dat het tijdelijke instellingen zijn, aan de Apostelen gegeven voor dien tijd toen zij vóór het Lijden van Christus ter prediking gezonden werden in Judea. De leerlingen immers hadden, als kinderen die nog onder de bijzondere zorg van Christus stonden, enkele speciale bepalingen van Christus noodig, zooals alle onderdanen speciale bepalingen van hun oversten noodig hebben, voornamelijk omdat zij stilaan moesten geoefend worden in het afzien van iedere ijdele bezorgdheid voor tijdelijke zaken, waardoor zij geschikt werden voor de prediking van het Evangelie over heel de aarde. Ook is het heel niet te verwonderen, dat Hij een bepaalde levenswijze vaststelde, zoolang de toestand der Oude Wet voortduurde en zij de volledige

---

et baculo, et aliis hujusmodi, tamquam habentes potestatem necessaria vitae accipiendi ab illis, quibus praedicabant; unde subdit : « Dignus est enim operarius cibo suo » : non autem peccat, sed supererogat, qui sua portat, ex quibus vivat in praedicationis officio, non accipiens sumptum ab his, quibus Evangelium praedicat, sicut Paulus fecit. Alio modo possunt intelligi, secundum alios Sanctorum expositionem, ut sint quaedam statuta temporalia Apostolis data pro illo tempore, quo mittebantur ad praedicandum in Judaeam ante Christi passionem. Indigebant enim discipuli, quasi adhuc parvuli sub Christi cura existentes, accipere aliqua specialia instituta a Christo, sicut quilibet subditi a suis Praelatis, praecipue qui erant paulatim exercitandi ut temporalium solicitudinem abdicarent, per quod reddebantur idonei ad hoc, quod Evangelium per universum orbem praedicarent. Nec est mirum, si adhuc durante statu veteris legis et nondum perfectam libertatem Spiritus consecutis, quosdam determinatos modos vivendi instituit. Quae quidem statuta imminente

vrijheid van den Geest nog niet verkregen hadden. Die bepalingen trok Christus onmiddellijk vóór Zijn Lijden in, omdat de Apostelen reeds voldoende waren geoefend. Daarom kon Hij zeggen : « *Toen ik u uitzond zonder beurs en reiszak en sandalen, heeft er toen wel iets ontbroken? Zij zeiden : Niets. — Hij zeide hen dan : Maar nu, wie een beurs heeft, neme ze en evenzoo een reiszak.* » (*Lucas*, 22, 35). Immers de tijd der volmaakte vrijheid was daar, waarin zij geheel aan hun eigen oordeel waren overgelaten met betrekking tot die dingen, die niet uiteraard noodig zijn voor de deugd.

4. De voorschriften op rechtsgebied zijn ook op zichzelf beschouwd niet noodzakelijk voor de deugd in hun bepaaldheid, maar alleen in het algemeen, als behoorende tot de rechtvaardigheid zonder meer. Daarom heeft de Meester deze bepalingen overgelaten aan hen, die de geestelijke of tijdelijke zorg over iemand zouden krijgen. Omtrent de bepalingen op rechtsgebied van de Oude Wet daarentegen heeft Hij er enkele verklaard, om den verkeerden uitleg der Farizeën, zooals verderop zal gezegd worden (volgend Art., Antw. op de 2e Bedenk.).

---

passione removit, tamquam discipulis jam per ea sufficienter exercitatis; unde Luc. 22 [v. 35 sq.] dixit : « Quando misi vos sine sacculo, et pera, et calceamentis, numquid defuit aliquid vobis? At illi dixerunt : Nihil. Dixit ergo eis : Sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram » : jam enim imminebat tempus perfectae libertatis, ut totaliter suo dimitterentur arbitrio in his, quae secundum se non pertinent ad necessitatem virtutis.

Ad quartum dicendum, quod judicialia etiam secundum se considerata non sunt de necessitate virtutis, quantum ad talem determinationem, sed solum quantum ad communem rationem justitiae; et ideo judicialia praecepta reliquit Dominus disponenda his, qui curam aliorum erant habituri, vel spiritualem, vel temporalem. Sed circa judicialia praecepta veteris legis quaedam explanavit, propter malum intellectum Pharisaeorum, ut infra dicetur [art. seq. ad 2.].

III^e ARTIKEL.

Heeft de Nieuwe Wet de menschen voldoende geregeld met betrekking tot de innerlijke daden?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat de Nieuwe Wet de menschen niet voldoende geregeld heeft met betrekking tot de innerlijke daden. — 1. Immers er zijn tien geboden, die den mensch regelen met betrekking tot God en den naaste. Welnu met betrekking tot slechts drie er van heeft de Meester iets naders verklaard, nl. met betrekking tot het verbod van moord, echtbreuk en meineed. Door het achterlaten van een verklaring over het vervullen der overige geboden, heeft Hij dus den mensch niet voldoende geregeld.

2. In het Evangelie heeft de Meester niets verordend met betrekking tot de voorschriften op rechtsgebied, behalve met betrekking tot de echtscheiding, weerwraak, en de vervolging der vijanden. Welnu er zijn nog veel andere voorschriften op rechtsgebied, zooals hierboven gezegd is (CIV^e Kw., 4^e Art.; en CV^e Kw.). Hier-

---

ARTICULUS III.

Utrum lex nova hominem circa interiores actus sufficienter ordinaverit.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod circa interiores actus lex nova insufficienter hominem ordinaverit : sunt enim decem praescepta decalogi ordinantia hominem ad Deum et proximum; sed Dominus solum circa tria illorum aliquid explicavit, scilicet circa prohibitionem homicidii, et circa prohibitionem adulterii, et circa prohibitionem perjurii; ergo videtur, quod insufficienter hominem ordinaverit, adimpletionem aliorum praeceptorum praetermittens.

2. PRÆTEREA, Dominus nihil ordinavit in Evangelio de judicialibus praeceptis, nisi circa repudium uxoris, et circa poenam talionis, et circa persecutionem inimicorum; sed multa sunt alia judicialia praecepta veteris legis,

omtrent heeft Hij dus het leven van de menschen niet voldoende geregeld.

3. In de Oude Wet zijn er, behalve voorschriften op zedelijk en rechtsgebied, nog voorschriften op godsdienstig gebied, waaromtrent de Meester niets geregeld heeft. Hij heeft dus niet voldoende geregeld.

4. Het is een vereischte tot de innerlijke goede gesteltenis van den geest, dat de mensch geen enkel goed werk verricht om een tijdelijk doel. Welnu er zijn nog veel andere tijdelijke goederen buiten de menschelijke eer; ook zijn er nog veel andere goede werken dan vasten, aalmoes geven en bidden. Dus is het niet aan te nemen, dat de Meester alleen met betrekking tot deze drie soorten goede werken geleerd heeft, de menschelijke eer te vermijden, en niet de andere aardsche goederen.

5. Van nature is het den mensch eigen, bekommerd te zijn om die dingen, die noodig zijn om te leven, en daarin komen de overige dieren met hem overeen. Vandaar lezen we in het Boek der *Spreuken* (6, 6): « *Ga tot de mier, o luiaard, en sla hare wegen gade. Zij toch, al heeft zij geen aanvoerder of leider, bereidt zich spijs in den zomer, en verzamelt zich voedsel in den oogst.* »

---

ut supra dictum est [q. 104. art. 4. et q. 105.]; ergo quantum ad hoc insufficienter vitam hominum ordinavit.

3. PRÆTEREA, in veteri lege praeter praecepta moralia et judicialia, erant quaedam caeremonialia, circa quae Dominus nihil ordinavit; ergo videtur insufficienter ordinasse.

4. PRÆTEREA, ad interiorem bonam mentis dispositionem pertinet, ut nullum bonum opus homo faciat propter quemcumque temporalem finem; sed multa sunt alia temporalia bona quam favor humanus; multa etiam sunt alia bona opera, quam jejunium, eleemosyna, et oratio; ergo inconveniens fuit, quod Dominus docuit solum circa haec tria opera gloriam favoris humani vitari, et nihil aliud terrenorum bonorum.

5. PRÆTEREA, naturaliter homini inditum est, ut solicitetur circa ea, quae sunt sibi necessaria ad vivendum; in qua etiam solicitudine alia animalia cum homine conveniunt; unde dicitur Proverb. 6 [v. 6]: « Vade ad formicam, o piger, et considera vias ejus; quae cum non habeat praeceptorem vel

Welnu ieder voorschrift, dat gegeven wordt tegen een natuurneiging in, is onrechtvaardig, omdat het tegen de natuurwet is. Het is dan ook niet aannemelijk, dat de Meester zou verboden hebben, bekommerd te zijn om spijs en kleeding.

6. Geen enkele deugddaad moet verboden worden. Welnu het oordeel is een daad van de rechtvaardigheid overeenkomstig het woord van den Psalmist (*Ps.*, 93, 15) : « *Totdat gerechtigheid weder kome tot het oordeel.* » Dus is het niet aan te nemen, dat de Meester het oordeel verboden heeft, en zoo blijkt het, dat de Nieuwe Wet den mensch niet voldoende geregeld heeft met betrekking tot de innerlijke daden.

Maar daartegenover staat het woord van Augustinus in zijn Boek *Over de Bergrede* (I^e^ B., I^e^ H.) : « *Men moet bedenken, dat de woorden: Die deze mijne woorden hoort, voldoende aangeven, dat die leer van den Meester al de voorschriften bevat voor het christelijk leven.* »

LEERSTELLING. — Zooals uit de aangehaalde woorden van Augustinus blijkt, omvat de leer, die de Meester op den berg uiteenzette, de geheele vorming van het christelijk leven, waarin de innerlijke daden van den mensch volkomen geregeld worden,

---

ducem, parat in aestate cibum sibi, et congregat in messe quod comedat. » Sed omne praeceptum, quod datur contra inclinationem naturae, est iniquum, utpote contra legem naturalem existens; ergo inconvenienter videtur Dominus prohibuisse solicitudinem victus et vestitus.

6. PRÆTEREA, nullus actus virtutis est prohibendus; sed judicium est actus justitiae, secundum illud Psal. 93 [v. 15] : « Quousque justitia convertatur in judicium. » Ergo inconvenienter videtur Dominus judicium prohibuisse. Et ita videtur lex nova insufficienter hominem ordinasse circa interiores actus.

SED CONTRA est, quod, ut Augustinus dicit in lib. I. de Sermone Domini in monte [cap. 1.], considerandum est, quia cum dixit : Qui audit verba mea haec, satis significat sermonem istum Domini omnibus praeceptis, quibus Christiana vita formatur, esse perfectum.

RESPONDEO dicendum, quod, sicut ex inducta auctoritate Augustini apparet, sermo, quem Dominus in monte proposuit, totam informationem Chri-

Want na de verklaring van het eigenlijke doel der gelukzaligheid en het met nadruk noemen van de waardigheid der Apostelen, door wie de leer van het Evangelie moest bekend gemaakt worden, regelt Hij de innerlijke daden der menschen, ten eerste ten opzichte van hemzelf, en vervolgens ten opzichte van den naaste.

Ten opzichte van hemzelf, op twee manieren, overeenkomstig de twee innerlijke daden van den mensch met betrekking tot zijn handelingen, nl. de wil om de middelen te gebruiken, en de wil om het doel na te streven. Daarom regelt Hij eerst den wil van den mensch overeenkomstig de verschillende voorschriften der Wet, nl. dat men zich niet alleen moet onthouden van uiterlijke daden, die uiteraard verkeerd zijn, maar ook van innerlijke daden en van de gelegenheid tot het kwaad. Vervolgens regelt Hij het doel wat we moeten nastreven, door te zeggen, dat we in het goede wat we doen den roem der menschen niet moeten zoeken, noch de rijkdommen der wereld, wat gelijk staat met *schatten zoeken op de aarde.*

Daarna regelt Hij de innerlijke daden van den mensch ten opzichte van den naaste, dat we hem nl. niet onbezonnen of onrechtvaardig of bevooroordeeld mogen beoordeelen, en dat we

---

stianae vitae continet, in quo perfecte interiores motus hominis ordinantur; nam post declaratum beatitudinis finem, commendata Apostolica dignitate per quos erat doctrina Evangelica promulganda, ordinat interiores hominis motus; primo quidem quantum ad seipsum; et deinde quantum ad proximum.

Quantum autem ad seipsum dupliciter, secundum duos interiores hominis motus circa agenda, qui sunt voluntas de agendis, et intentio de fine; unde primo ordinat hominis voluntatem secundum diversa legis praecepta, ut scilicet abstineat aliquis non solum ab exterioribus operibus, quae sunt secundum se mala, sed etiam ab interioribus et ab occasionibus malorum; deinde ordinat intentionem hominis, dicens quod in bonis quae agimus, neque quaeramus humanam gloriam, neque mundanas divitias, quod est thesaurizare in terra.

Consequenter autem ordinat interiorem hominis motum quoad proximum, ut scilicet eum non temerarie aut injuste judicemus aut praesumptuose; neque tamen sic simus apud proximum remissi, ut eis sacra committamus, si sint indigni.

toch, in zoover onzen naaste moeten beoordeelen, dat we hem niet het heilige mededeelen, als hij het niet waardig is.

Ten slotte leert Hij de manier om de leer van het Evangelie na te leven, nl. door de goddelijke hulp af te smeeken, door te trachten binnen te gaan door de nauwe poort der volmaakte deugd, door voorzichtig te zijn opdat wij niet door verleiders overrompeld worden, door aan te toonen, dat de onderhouding der geboden noodig is voor de deugd, terwijl de geloofsbelijdenis alleen of de wonderwerken of alleen het aanhooren van het woord niet voldoende is.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — 1. De Meester heeft alleen verklaring gegeven van de vervulling van die voorschriften der Wet, die de Schriftgeleerden en Farizeën verkeerd begrepen, en dit was vooral het geval met betrekking tot drie van de Tien Geboden. Want met betrekking tot het verbod van echtscheiding en doodslag meenden zij, dat alleen de uiterlijke daad verboden was, en niet het innerlijke verlangen, wat ze sterker hielden met betrekking tot echtbreuk en doodslag dan met betrekking tot diefstal of valsche getuigenis, daar zij ons eenigszins van nature eigen schijnen te zijn, en niet het verlangen om te stelen of een

---

Ultimo autem docet modum adimplendi Evangelicam doctrinam, scilicet implorando divinum auxilium, et conatum apponendo ad ingrediendum per angustam portam perfectae virtutis, et cautelam adhibendo ne a seductoribus corrumpamur; et quod observatio mandatorum ejus est necessaria ad virtutem; non autem sufficit sola confessio fidei, vel miraculorum operatio, vel solus auditus.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Dominus circa illa legis praecepta adimpletionem apposuit, in quibus Scribae et Pharisaei non rectum intellectum habebant : et hoc contingebat praecipue circa tria praecepta decalogi. Nam circa prohibitionem adulterii et homicidii aestimabant solum exteriorem actum prohiberi, non autem interiorem appetitum; quod magis credebant circa homicidium et adulterium, quam circa furtum vel falsum testimonium, quia motus irae in homicidium tendens et concupiscentiae motus tendens in adulterium, videntur aliqualiter nobis a natura inesse, non autem appetitus furandi vel falsum testimonium dicendi. Circa perjurium vero ha-

valsche getuigenis te geven, wel echter toorn, die leidt tot moord, en de zinnelijke lust, die leidt tot echtbreuk. Ook van meineed hadden ze een verkeerd begrip, daar zij meenden dat, hoewel meineed zonde was, de eed zelf uiteraard goed was en dikwijls moest worden afgelegd, daar hij tot de eer van God schijnt te strekken. Daarom leerde de Meester, dat de eed niet als iets goeds moest nagestreefd worden, maar dat het beter is zonder eed te spreken, tenzij in geval van noodzakelijkheid.

2. Met betrekking tot de voorschriften op rechtsgebied begingen de Schrifgeleerden en Fariseën een dubbele fout Ten eerste hielden zij sommige voorschriften, die in de Wet van Mozes stonden als toelatingen, voor uiteraard rechtvaardig, zooals de echtscheiding en leenrente nemen van vreemden. Daarom verbood de Meester de echtscheiding (*Mattheus*, 5, 32) en het nemen van leenrente (*Lucas*, 6, 35), met de woorden : « *Leent uit, zonder iets terug te hopen.* » Ten tweede meenden ze dat sommige voorschriften, waaromtrent de Oude Wet bepaald had, dat ze om de rechtvaardigheid gedaan moesten worden, moesten onderhouden uit begeerte naar wraak, of uit ver-

---

bebant falsum intellectum, credentes perjurium quidem esse peccatum, juramentum autem per se esse appetendum et frequentandum, quia videtur ad Dei reverentiam pertinere; et ideo Dominus ostendit juramentum non esse appetendum tamquam bonum, sed melius esse absque juramento loqui, nisi necessitas cogat.

AD SECUNDUM dicendum, quod circa judicialia praecepta dupliciter Scribae et Pharisaei errabant. Primo quidem, quia quaedam, quae in lege Moysi erant tradita tamquam promissiones (1), aestimabant esse per se justa, scilicet repudium uxoris et usuras accipere ab extraneis; et ideo Dominus prohibuit uxoris repudium, Matth. 5 [v. 32], et usurarum acceptionem, Luc. 6 [v. 35], dicens: « Date mutuum, nihil inde sperantes. » Alio modo errabant credentes, quaedam, quae lex vetus instituerat facienda propter justitiam, esse exequenda ex appetitu vindictae, vel ex odio inimicorum; et hoc in tribus praeceptis. Appetitum enim vindictae credebant esse licitum propter praecep-

---

(1) permissiones.

langen naar tijdelijke goederen, of uit haat tegen de vijanden. En dit met betrekking tot drie voorschriften. Want begeerte naar wraak hielden zij voor geoorloofd, naar aanleiding van het voorschrift over weerwraak, wat echter gegeven was tot behoud der rechtvaardigheid en niet om wraak te zoeken. Om dit nu af te schaffen leerde de Meester, dat de geest van den mensch zóó gestemd moest zijn, dat hij, als het noodig is, bereid is nog meer te verdragen. De begeerte naar tijdelijke zaken hielden ze voor geoorloofd, naar aanleiding van de rechtsregels, waarin bevolen wordt, dat vergoeding moet gegeven worden voor een gestolen zaak, zelfs met toevoeging, zooals hierboven gezegd is (CV^{e} Kw., 2^{e} Art., Antw. op de 9^{e} Bedenk.). Dit nu beval de Wet opdat de gerechtigheid zou onderhouden worden en niet om gelegenheid te geven tot ongeregeld verlangen. Daarom leerde de Meester, dat wij het onze niet uit ongeregeld verlangen terug mogen vorderen, maar dat wij bereid moeten zijn om, als het noodig is, nog meer te geven. Den haat hielden zij voor geoorloofd, naar aanleiding van de voorschriften der Wet met betrekking tot het dooden der vijanden, wat de Wet bepaald heeft, om aan de rechtvaardigheid te voldoen, en niet om den haat te voldoen, zoo-

---

tum datum de poena talionis; quod quidem fuit datum ut justitia servaretur, non ut homo vindictam quaereret; et ideo Dominus ad hoc removendum docet animum hominis sic debere esse praeparatum, ut, si necesse sit, etiam paratus sit plura sustinere. Motum autem cupiditatis aestimabant esse licitum propter praecepta judicialia, in quibus mandabatur restitutio rei ablatae fieri etiam cum aliqua additione, ut supra dictum est [q. 105. art. 2. ad 9]; et hoc quidem lex mandavit propter justitiam observandam, non ut daret cupiditati locum; et ideo Dominus docet, ut ex cupiditate nostra non repetamus, sed simus parati, si necesse fuerit, etiam ampliora dare. Motum vero odii credebant esse licitum propter praecepta legis data de hostium interfectione; quod quidem lex statuit propter justitiam implendam, ut supra dictum est [q. 105. art. 3. ad 4.], non propter odia exsaturanda; et ideo Dominus docet, ut ad inimicos dilectionem habeamus, et parati simus, si necesse fuerit, etiam benefacere : haec enim praecepta secundum praeparationem animi sunt accipienda, ut Augustinus exponit [lib. 1. de Serm. Dom. in monte, cap. 19. et seq.].

als hierboven gezegd is (CV^e Kw., 3^e Art., Antw. op de 4^e Bed.). Daarom leerde de Meester, dat we onze vijanden lief moeten hebben en bereid moeten zijn hen indien het noodig is, wel te doen. Volgens Augustinus toch (*Over de Bergrede*, I^e B., XIX^e H. en v.) moeten die voorschriften zóó opgevat worden, dat we bereid moeten zijn er naar te handelen.

3. De voorschriften op zedelijk gebied mochten geenszins in de Nieuwe Wet wegblijven, daar zij uiteraard behooren tot de deugd; de voorschriften echter op rechtsgebied bleven niet noodzakelijk zooals de Wet ze nader omschreven had, maar het werd aan het oordeel der menschen overgelaten of ze zus of zoo omschreven moesten worden. Aldus heeft de Meester ons hieromtrent heel goed geregeld. De onderhouding der voorschriften op godsdienstig gebied echter wordt door het vervullen der zaak geheel opgeheven; daarom wordt er in die algemeene leer niets omtrent die voorschriften geregeld. Elders toont Hij aan, dat heel de lichamelijke eeredienst, die door de Wet voorgeschreven was, veranderd moest worden in een geestelijken eeredienst, wat blijkt uit *Joannes* (4, 23) : « *Het uur komt dat gij, noch op dezen berg, noch in Jerusalem den Vader zult aanbidden, maar de ware aanbidders zullen den Vader in geest en waarheid aanbidden.* »

AD TERTIUM dicendum, quod praecepta moralia omnino in nova lege remanere debebant, quia secundum se pertinent ad rationem virtutis; praecepta autem judicialia non remanebant ex necessitate secundum modum, quem lex determinavit, sed relinquebatur arbitrio hominum, utrum sic vel aliter esset determinandum; et ideo convenienter Dominus circa haec duo genera praeceptorum nos ordinavit. Praeceptorum autem caeremonialium observatio totaliter per rei impletionem tollebatur; et ideo circa hujusmodi praecepta in illa communi doctrina nihil ordinavit. Ostendit tamen alibi, quod totus corporalis cultus, qui erat determinatus in lege, erat in spiritualem commutandus: ut patet Joan. 4 [v. 23] ubi dixit : « Veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem, sed veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate. »

AD QUARTUM dicendum, quod omnes res mundanae ad tria reducuntur, scilicet ad honores, divitias, et delicias, secundum illud 1. Joan. 2 [v. 16] :

4. Alle wereldsche zaken worden tot drie teruggebracht, nl. tot eer, rijkdom en vermaak, overeenkomstig het woord uit den I^n *Brief van Joannes* (2,16) : « *Alles wat in de wereld is, is begeerlijkheid van het vleesch* (vleeschelijk genot), *en van de oogen* (rijkdom), *en hoogmoed des levens* (zoeken naar eer en glorie). » Onredelijk genot van het vleesch heeft de Wet dus niet beloofd, maar veeleer verboden. Daartegenover heeft zij wel grootere roem en een overvloed van rijkdommen beloofd; want in het Boek *Deuteronomium* (28,1) wordt gezegd : « *Indien gij luistert naar het woord van den Heer uw God, zal Hij u hoog verheffen boven alle geslachten* (dat slaat op den roem) *en u overvloed geven van alle goed* (dat slaat op de rijkdommen). » Die beloften begrepen de Joden echter verkeerd, alsof ze nl. om die verheffing en die goederen, als hun doel, God moesten dienen. Daarom is de Meester daar tegen ingegaan door aan te toonen, ten eerste, dat de deugddaden niet gedaan moeten worden om menschelijke glorie. Hij geeft als voorbeeld drie daden aan, waartoe al de andere kunnen worden teruggebracht, want alles wat iemand doet om zich zelf te beheerschen in zijn zinnelijke begeerten, wordt teruggebracht tot het *vasten;* alles wat gedaan wordt uit liefde tot den naaste, wordt teruggebracht tot de *aalmoes;* alles wat gedaan

---

Omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est : quod pertinet ad delicias carnis, et concupiscentia oculorum, quod pertinet ad divitas, et superbia vitae, quod pertinet ad ambitum gloriae et honoris. Superfluas autem carnis delicias lex non promisit, sed magis prohibuit. Repromisit autem celsitudinem honoris, et abundantiam divitiarum; dicitur enim Deuter. 28 [v. 1] : « Si audieris vocem Domini Dei tui, faciet te excelsiorem cunctis gentibus », quantum ad primum; est post pauca subdit : « Abundare faciet te omnibus bonis » quantum ad secundum. Quae quidem promissa sic prave intelligebant Judaei, ut propter ea esset Deo serviendum, sicut propter finem; et ideo Dominus hoc removit, ostendens primo, quod opera virtutum non sunt facienda propter humanam gloriam; et ponit tria opera, ad quae omnia alia reducuntur, nam omnia, quae aliquis facit ad refraenandum seipsum in suis concupiscentiis, reducuntur ad jejunium; quaecumque vero fiunt propter dilectionem proximi, reducuntur ad eleemosynam; quaecumque vero propter cultum Dei fiunt, redu-

wordt om den eeredienst van God, wordt teruggebracht tot het *gebed*. Die drie geeft Hij in het bijzonder aan, als de voornaamste en waarmee de menschen gewoonlijk roem najagen. Ten tweede leert Hij, dat wij ons doel niet moeten stellen in rijkdommen, met de woorden van *Mattheus* (6,19) : « *Verzamel u geen schatten op aarde.* »

5. De Meester heeft de noodige bezorgdheid niet verboden, maar de ongeregelde bezorgdheid. Welnu in de bezorgdheid om het tijdelijke moet een viervoudige ongeregeldheid vermeden worden. Ten eerste, dat wij er ons doel niet in stellen, noch God dienen om spijs en drank, waarom dan ook gezegd wordt : « *Wilt u geen schatten verzamelen* », enz. Ten tweede, dat we niet zóó bezorgd moeten zijn voor het tijdelijke, dat we aan de hulp van God wanhopen; waarom gezegd wordt: « *Uw Vader weet, dat gij dit alles noodig hebt.* » Ten derde dat onze bezorgdheid niet overmoedig mag zijn, en de mensch niet mag denken dat hij door zijn bezorgdheid kan voorzien in de noodzakelijke behoeften van het leven, zonder de hulp van God. Dit wendt de Meester hier door af, dat de mensch *niets kan toevoegen aan zijn gestalte*. Ten

---

cuntur ad orationem. Ponit autem haec tria specialiter, quasi praecipua et per quae homines maxime solent gloriam venari. Secundo docuit, quod non debemus finem constituere in divitiis, cum dixit : « Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. » [Matt. 6., v. 19].

Ad quintum dicendum, quod Dominus solicitudinem necessariam non prohibuit, sed solicitudinem inordinatam; est autem quadruplex ordinatio (1) solicitudinis vitanda circa temporalia : primo quidem, ut in eis finem non constituamus, neque Deo serviamus propter necessaria victus et vestitus; unde dicit : « Nolite thesaurizare vobis », etc.; secundo, ut non sic solicitemur de temporalibus cum desperatione divini auxilii; unde Dominus dicit : « Scit Pater vester, quod his omnibus indigetis »; tertio, ne sit solicitudo praesumptuosa, ut scilicet homo confidat se necessaria vitae per suam solicitudinem posse procurare absque divino auxilio; quod Dominus removet per hoc, quod homo non potest aliquid adjicere ad staturam suam; quarto per hoc, quod

(1) inordinatio.

vierde, dat de mensch den tijd om bezorgd te zijn vooruitloopt, omdat hij nl. bezorgd is over iets, waarover hij nu niet bezorgd moet zijn, maar in de toekomst; waarom dan ook gezegd wordt : « *Weest niet bezorgd voor den dag van morgen.* »

6. De Meester verbiedt niet het oordeel overeenkomstig de rechtvaardigheid, zonder welk het heilige niet van de onwaardigen kan onthouden worden, maar hij verbiedt het ongeregelde oordeel, zooals (in de Leerstelling) gezegd is.

IV^e^ ARTIKEL.

Is het nuttig, dat er in de Nieuwe Wet sommige wel omschreven raden staan voorgesteld?

BEDENKINGEN. — Men beweert, dat het niet nuttig is, dat er in de Nieuwe Wet sommige wel omschreven raden staan voorgesteld. — 1. Raden immers worden gegeven omtrent dingen, die nuttig zijn voor het doel, zooals hierboven gezegd is (XIV^e^

---

homo solicitudinis tempus praeoccupat, quia scilicet de hoc soliticus est nunc, quod non pertinet ad curam praesentis temporis, sed ad curam futuri; unde dicit : « Nolite soliciti esse in crastinum. »

AD SEXTUM dicendum, quod Dominus non prohibet judicium justitiae, sine quo non possent sancta subtrahi ab indignis, sed prohibet judicium inordinatum, ut dictum est [in corp. art.].

ARTICULUS IV.

Utrum convenienter in lege nova consilia quaedam determinata sint proposita.

[Lib. 3. Contr. g. cap. 230. et Quodl. 5. art. 19. corp.].

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod inconvenienter in lege nova consilia quaedam determinata sint proposita : consilia enim dantur de rebus expedientibus ad finem, ut supra dictum est [q. 14. art. 2.], cum de consilio

Kw., 2e Art.), wanneer gehandeld werd over het beraad. Welnu een en hetzelfde is niet nuttig voor allen. Dus moeten er geen wel omschreven raden voor allen gegeven worden.

2. Raden worden gegeven met betrekking tot een hooger goed. Welnu er zijn geen vaststaande en welomschreven graden voor het hooger goed. Dus moeten er geen welomschreven raden gegeven worden.

3. De raden behooren tot het volmaakte leven. Maar ook de gehoorzaamheid behoort tot het volmaakte leven. Dus is het niet goed, dat daaromtrent geen raden gegeven worden in het Evangelie.

4. Tusschen de voorschriften staat veel wat behoort tot het volmaakte leven, zooals b. v. : « *Bemint uwe vijanden* », en de voorschriften, die de Meester aan de Apostelen gegeven heeft (*Mattheus*, 5, 44). Dus is het niet goed, dat er in de Nieuwe Wet raden staan, zoowel daar niet alle raden gegeven worden, alsook omdat ze niet onderscheiden zijn van de geboden.

Maar daartegenover staat, dat de raad van een wijzen vriend zeer nuttig is, overeenkomstig het woord uit het Boek der *Spreuken* (27,9) : « *Balsem en velerlei reukwerken verheugen het hart, en de goede raadgevingen van een vriend zijn aangenaam voor de*

---

ageretur; sed non eadem omnibus expediunt; ergo non sunt aliqua consilia determinata omnibus proponenda.

2. PRÆTEREA, consilia dantur de meliori bono; sed non sunt determinati gradus melioris boni; ergo non debent aliqua determinata consilia dari.

3. PRÆTEREA, consilia pertinent ad perfectionem vitae; sed obedientia pertinet ad perfectionem vitae; ergo inconvenienter de ea consilium non datur in Evangelio.

4. PRÆTEREA, multa ad perfectionem vitae pertinentia inter praecepta ponuntur, sicut hoc quod dicitur: « Diligite inimicos vestros », et praecepta etiam quae dedit Dominus Apostolis Matth. 5 [v. 44]; ergo inconvenienter traduntur consilia in nova lege, tum quia non omnia ponuntur, tum etiam quia a praeceptis non distinguuntur.

SED CONTRA, consilia sapientis amici magnam afferunt utilitatem, secundum illud Proverb. 27. [v. 9.]: « Unguento et variis odoribus delectatur cor, et bonis amici consiliis anima dulcoratur. » Sed Christus maxime

ziel. » Welnu Christus is de grootste wijze en de beste vriend. Dus zijn Zijn raden het meest nuttig en goed.

LEERSTELLING. — Het onderscheid tusschen een voorschrift en een raad is dit, dat een raad aan de vrije keuze van hem, aan wien ze gegeven wordt, is overgelaten. Daarom is het goed, dat er in de Nieuwe Wet, die de Wet der vrijheid is, buiten de voorschriften nog raden gegeven worden, en niet in de Oude Wet, die de wet der slavernij is.

De voorschriften van de Nieuwe Wet moeten dus in dien zin verstaan worden, dat ze gegeven zijn met betrekking tot die dingen, die noodig zijn om het doel van de eeuwige gelukzaligheid te bereiken, waartoe de Nieuwe Wet onmiddellijk leidt; de raden echter gaan over die dingen, waardoor de mensch beter en gemakkelijker het bovengenoemde doel bereikt.

De mensch nu is geplaatst tusschen de goederen van deze wereld, en de geestelijke goederen, waarin de eeuwige gelukzaligheid bestaat, zoodat hij zich meer verwijdert van het één, als hij meer gehecht is aan het ander, en andersom. Hij dus die geheel gehecht is aan de goederen van deze wereld, zoodat hij er zijn doel in stelt, en ze als het ware voor norm en maatstaf van zijn

---

est sapiens, et amicus; ergo ejus consilia maximam utilitatem continent et convenientia sunt.

RESPONDEO dicendum, quod haec est differentia inter consilium et praeceptum, quod praeceptum importat necessitatem, consilium autem in optione ponitur ejus, cui datur; et ideo convenienter in lege nova, quae est lex libertatis, supra praecepta sunt addita consilia; non autem in veteri lege, quae erat lex servitutis.

Oportet igitur, quod praecepta novae legis intelligantur esse data de his, quae sunt necessaria ad consequendum finem aeternae beatitudinis, in quem lex nova immediate introducit; consilia vero oportet esse de illis, per quae melius et expeditius potest homo consequi finem praedictum.

Est autem homo constitutus inter res mundi hujus, et spiritualia bona, in quibus aeterna beatitudo consistit, ita quod quanto plus inhaeret uni eorum, tanto plus recedit ab altero, et e converso. Qui ergo totaliter inhaeret rebus hujus mundi, ut in eis finem constituat, habens eas quasi rationes et regulas

doen en laten houdt, heeft zich geheel verwijderd van de geestelijke goederen. Zulk een ongeregeldheid wordt door de voorschriften opgeheven.

Maar om bovengenoemd doel te bereiken is het niet noodzakelijk, dat de mensch de goederen van deze wereld verwerpt, daar hij de eeuwige gelukzaligheid kan bereiken, ook wanneer hij ze gebruikt, zonder er zijn doel in te stellen; doch hij zal haar beter bereiken, wanneer hij ze totaal verwerpt, waarover dan de raden van het Evangelie gegeven worden.

De goederen nu van deze wereld bestaan in drie dingen, nl. in het bezit van uiterlijke goederen, wat valt onder *de begeerlijkheid der oogen;* in de voldoening van het vleesch, wat valt onder de *begeerlijkheid van het vleesch;* en in de eer van de menschen, wat valt onder de *hoovaardij des levens*, zooals blijkt uit den I^{n} *Brief van Joannes* (2,16). Aan deze drie goederen nu, voor zoover het mogelijk is, geheel en al vaarwel te zeggen, is het doel van de Evangelische raden. Daarop steunt ook het kloosterleven, dat den staat van volmaaktheid beoefent, want van den rijkdom wordt afstand gedaan door de armoede; van de voldoening van het vleesch, door de eeuwigdurende zuiverheid, en van de hoovaardij des levens, door de gehoorzaamheid.

---

suorum operum, totaliter excidit a spiritualibus bonis; et ideo hujusmodi inordinatio tollitur per praecepta.

Sed quod homo totaliter ea quae sunt mundi abjiciat, non est necessarium ad perveniendum in finem praedictum, quia potest homo utens rebus hujus mundi, dummodo in eis finem non constituat, ad beatitudinem aeternam pervenire : sed expeditius perveniet, totaliter bona hujus mundi abdicando; et ideo de hoc dantur consilia Evangelii.

Bona autem hujus mundi, quae pertinent ad usum humanae vitae, in tribus consistunt, scilicet in divitiis exteriorum bonorum, quae pertinent ad concupiscentiam oculorum; et in deliciis carnis, quae pertinent ad superbiam vitae; sicut patet 1. Joan. 2. [v. 16.]. Haec autem tria totaliter derelinquere, secundum quod possibile est, pertinet ad consilia Evangelica. In quibus etiam tribus fundatur omnis religio, quae statum perfectionis profitetur : nam divitiae abdicantur per paupertatem, deliciae carnis per perpetuam castitatem, superbia vitae per obedientiae servitutem.

Dit nu zonder meer onderhouden, is de raden zonder meer onderhouden, terwijl de onderhouding van een van die drie in een bepaald geval, is de raden onderhouden onder een bepaald opzicht, nl. in dit bepaald geval. Wanneer b. v. een mensch een aalmoes geeft aan een arme, wanneer hij er niet toe gehouden is, geeft hij in dit geval gehoor aan een raad; zoo ook wanneer iemand op een bepaalden tijd zich onthoudt van de vleeschelijke lusten, geeft hij voor dien bepaalden tijd gehoor aan een raad; zoo ook wanneer iemand zijn wil niet volgt in iets, wat hij gerust zou mogen doen, b. v. als hij zijn vijanden weldoet, zonder dat hij er toe gehouden is, of als hij een beleediging vergeeft waarvan hij rechtens wraak zou kunnen eischen. Zoo kunnen alle bijzondere raden teruggebracht worden tot deze drie algemeene en volmaakte raden.

ANTWOORD OP DE BEDENKINGEN. — Bovengenoemde raden zijn uiteraard nuttig voor allen, maar krachtens een verkeerde gesteltenis van sommigen gebeurt het, dat zij voor een of ander niet nuttig zijn, omdat hun hart er niet toe geneigd is. Daarom maakt de Meester, telkens als Hij een Evangelischen raad voorstelt, melding van de geschiktheid der menschen om de raden te onder-

---

Haec autem simpliciter observata pertinent ad consilia simpliciter proposita; sed observatio uniuscujusque eorum in aliquo speciali casu pertinet ad consilium secundum quid, scilicet in casu illo, puta cum homo dat aliquam eleemosynam pauperi, quando dare non tenetur, consilium sequitur quantum ad factum illud; similiter etiam quando aliquo tempore determinato a delectationibus carnis abstinet, ut orationibus vacet, consilium sequitur pro tempore illo; similiter etiam quando aliquis non sequitur voluntatem suam in illo casu, puta si benefaciat inimicis suis, quando non tenetur, vel si offensam remittat, cujus juste posset exigere vindictam. Et sic etiam omnia consilia particularia ad illa tria generalia et perfecta reducuntur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod praedicta consilia, quantum est de se, sunt omnibus expedientia, sed ex indispositione aliquorum contingit, quod alicui expedientia non sunt, quia eorum affectus ad hoc non inclinatur. Et ideo Dominus consilia Evangelica proponens, semper facit mentionem de idoneitate hominum ad observantiam consiliorum : dans enim consilium per-

houden. Immers als hij den raad van eeuwige armoede geeft, zegt Hij eerst : « *Indien gij volmaakt wilt zijn* » (*Mattheus*, 19,21), en daarop pas laat Hij volgen: « *Ga, en verkoop al wat gij hebt.* » Hetzelfde doet Hij als Hij den raad geeft tot eeuwige zuverheid (*Mattheus*, 19, 12) : « *Er zijn onhuwbaren, die zich zelf onhuwbaar hebben gemaakt om het Rijk der hemelen* », want onmiddellijk daarna zegt Hij : « *Wie het vatten kan, vatte het.* » Dit doet ook de Apostel als hij den raad der maagdelijkheid geeft (I[n] *Brief aan de Corinthiërs*, 7, 35) : « *Dit nu zeg ik tot uw voordeel, niet om een strik over u te werpen.* »

2. Wat het beste is voor bepaalde gevallen is niet bepaald voor ieder geval, maar wat in het algemeen en absoluut het beste is, is bepaald in het algemeen. Daartoe ook worden alle bijzondere gevallen teruggebracht, zooals (in de Leerstelling) is uiteengezet.

3. Ook de raad tot gehoorzaamheid heeft de Meester willen geven, nl. door te zeggen: « *En volg mij.* » Wij volgen Hem immers niet alleen door Zijn werken na te volgen, maar ook door gehoor te geven aan zijn voorschriften, volgens *Joannes* (10, 27) : « *Mijn schapen hooren mijn stem en volgen mij.* »

---

petuae paupertatis, Matth. 19. [v. 21.] praemittit : « Si vis perfectus esse », et postea subdit : « Vade, et vende omnia, quae habes. » Similiter dans consilium perpetuae castitatis, cum dixit [ibid. v. 12.] : « Sunt eunuchi, qui castraverunt seipsos propter regnum coelorum », statim subdit : « Qui potest capere, capiat. » Et similiter Apostolus, 1. ad Cor. 7. [v. 35.] praemisso consilio virginitatis, dicit : « Porro hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam. »

AD SECUNDUM dicendum, quod meliora bona particulariter in singulis sunt indeterminata; sed illa, quae sunt simpliciter et absolute meliora bona in universali sunt determinata; ad quae etiam omnia illa particularia reducuntur, ut dictum est [in corp. art.].

AD TERTIUM dicendum, quod etiam consilium obedientiae Dominus intelligitur dedisse in hoc, quod dixit : « Et sequatur me », quem sequimur non solum imitando opera, sed etiam obediendo mandatis ipsius, secundum illud Joan. 10 [v. 27.] : « Oves meae vocem meam audiunt, et sequuntur me. »

4. Wat de Meester (*Mattheus*, 6, en *Lucas*, 6) zegt met betrekking tot de ware liefde tot zijn vijanden, en dergelijke, is noodig ter zaligheid, wanneer het zóó opgevat wordt, dat men bereid moet zijn er naar te handelen. Zoo moet de mensch er toe bereid zijn, zijn vijanden wel te doen, en dergelijke, wanneer het noodig is, en daarom staat dit bij de geboden. Maar zijn vijanden ook metterdaad wel te doen, wanneer het niet bijzonder noodig is, valt onder de bijzondere raden, zooals (in de Leerstelling) gezegd is. Wat echter bij *Mattheus* (10) en *Lucas* (9 en 10) wordt opgesomd, zijn tuchtmaatregelen of bijzondere toelatingen geldig voor dien tijd, zooals hierboven gezegd is (2e Art., 3e Antw.) ; ze worden dan ook niet voorgesteld als raden.

AD QUARTUM dicendum, quod ea quae de vera dilectione inimicorum et similibus Dominus dicit Matth. 6. et Luc 6., si referantur ad praeparationem animi, sunt de necessitate salutis, ut scilicet homo sit paratus benefacere inimicis, et alia hujusmodi facere, cum necessitas hoc requiret; et ideo inter praecepta ponuntur. Sed ut aliquis inimicis hoc exhibeat prompte in actu, ubi specialis necessitas non occurrit, pertinet ad consilia particularia, ut dictum est [in corp. art.]. Illa autem, quae ponuntur Matth. 10. et Luc. 9. et 10., fuerunt quaedam praecepta disciplinae pro tempore illo vel concessiones quaedam, ut supra dictum est [art. 2. huj. q. ad 3.]; et ideo non inducuntur tamquam consilia.